7
21
33

7
1 C
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7. — 2. I. 33.

60 50
B B

Digitized by Google

SERIES ET ACTA EPISCOPORVM CADVRCENSIVM QVOTQVOT HACTENVS SVMMA CVRA INVENIRI POTVERVNT.

Auctore GVILLELMO DE LA CROIX *Cadurcenſi, in Cadurcenſium Curia Patrono.*

Acceſſit Index Chronologicus, quo Epiſcoporum Cadurcenſium anni, ad Chriſti Domini, ſummorum Pontificum, & Regum Galliæ tempora reuocantur.

Cum triplici Jndice tum Antiſtitum Cadurcenſium, tum rerum quæ toto libro notabiliores viſuntur.



CADVRCI,

ANNO M. DC. XVII.

Ex Prælo CLAVDII ROVSSÆI Academiæ Cadurc. Typographj.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google


IPSVM
VINCE

BREVE APOSTOLICVM

Venerabili Fratri Simeoni Epiſcopo Caturcenſi
PAVLVS. PP. V.

Venerabilis frater, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Accepimus literas fraternitatis tuæ, ſimul & tuæ Eccleſiæ hiſtoriam Epiſcoporum, quam, cum pij hominis opera conditam eſſe enarres, non dubitamus quin omnia, etiam nominis Dei gloriam, & Catholicæ religionis vtilitatem ſpectent, & ad eius normam compoſita ſint: eaque re, eius animæ, quando mortalitatem exuit, meritam precabimur laborum mercedem. Pergrata fuit, & Eccleſiæ tuæ ſtatus, tuæque ſolicitudinis paſtoralis monumentorum delineatio. Vilicationem tuam, cœleſti fauore proſequatur Dominus, in dies magis; vt poſtquam perſeuerare in finem vſque, tibi dederit, retribuat abundanter retributionem. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die ſeptimo Auguſti, M. D. C. XVII, Pontificatus noſtri Anno decimo tertio.

S. Card. S. Suſannæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

REVERENDISSIMO

DOMINO DOM. SIMEONI

STEPHANO A POPIANO CADVR-
CENSIVM ANTISTITI, BARONI, AC
COMITI MERITISSIMO.

COSMAS DE LA CROIX FRATRIS
præmaturè erepti poſthumum

DAT DICAT.

IAM inde ab aliquot annis, Antiſtes Meritiſſime, *tuâ, & patriæ cauſsâ (quamquam vtraque vna eſt) ſuſceptum opus, in lucem prodit. An verò luci publicę maturum ſatis! proles vtique poſthuma eſt, quam non raró informem confuſamque, ex patre mortuo conceptus dolor quaſi ſuperfœtatio contraria, ante Lucinam tempeſtiuam, gremio genitali excuſſit. Certè tot annos, vel caſtigatiſſimos ingenij fœtus, de Muſarum conſilio, tenebris damnat vates politiſſimus, quot menſes ipſa ſuis hominibus à primâ rudique origine, maternum ergaſtulum natura circumdedit. An quia fœminas Lunæ ſpatia, viros Solis curſus imitari con-*

ueniat! An quòd hi quàm illæ diutius vterum ferant? quod olim feſtiuè dixit Henricus Magnus. *An quòd hornotinus labor recognoſcẽdis alumnorum operibus cuiq; Muſarũ vix ſufficiat! An deniq; quòd natura incredibili ſedulitate opus quod molitur proſequatur ad faſtigium, ars cogatur idemtidem manum à tabulâ remouere!*

Vtcumque ſe res habeat, vtinam id conſilij per longiorem vitam fratri meo capere licuiſſet. Hęc nimirũ vrbs etiãnum Ciue optimo, forum Cauſidico integerrimo, Reſpublica viro Conſulari ſpectatiſſimo, Academia ſpe ſcriptoris accuratiſſimi gloriaretur. Sanè quod iuxta mecum fatebuntur omnes, qui hominẽ norunt, hic erat de noſtrâ ciuitate optimè meritus, quod extremus illius vitę actus (vt cętera in remp. beneficia omittam) faciet, vt ſpero, planiſſimũ. Non ita diu ante ipſius obitum, maxima difficultas annonę in vniuerſas pene Galliarum oras incubuerat, ex quo tanta repente fames conſecuta erat, vt paſſim mediæ viæ, atque fora ſternerentur eorum cadaueribus, qui cum inopiâ cibi luctantem animam exhalaſſent. Heîc vir ille inter ſuos ciues Conſulari dignitate primus, Chriſtianâ humilitate poſtremus, omnium beneuolentiâ frater, ſolicitudine parens, tantam hominũ perniciẽ ferre non potuit. Exãgues illos ac tantumnon mortuos egenorũ greges vndiq; in vnum locũ colligit, quantũ poteſt de ſuo, ſuáq; ipſius manu paſcit, imperio continet, pręſentiâ recreat, nihil veritus ad viliſſima famulorũ officia deſcendere. Sed cùm non perinde corpus atq; animus par eſſet tãtis laboribus, inde ſibi cõflauit ęgritudinẽ, quâ tandẽ fractus & debilitat' vir bono publico natus, malo publico mortuus eſt. Talis fuit huius libri autor ne fortè fides illius apud quẽquam vacillet, quã ſumma vitę

integritas ita corroborauit. Sed quis animo, nedũ oratione conſequatur quantũ operę poſuerit in eo concinnãdo! quoties eo tantũ conſilio agrũ Cadurcenſem peragrauit; quoties luſtrauit oppida; quoties ędiũ ſacrarũ monumẽta; quoties antiquarũ familiarũ tabularia volutauit. Vidi ego ſępenumero cum fugiẽtes litterularũ apices vix multo tẽpore reuocaret. Vidi cũ tabulas alias ſitu & annis obſitas, alias carie blattiſq; corroſas, oculorum, & ingenij contentione intolerabili reſtitueret. Vidi cùm abditã hiſtoriæ veritatẽ ex bene multis voluminibus, ex antiquis inſcriptionibus, ex doctorum hominum congreſſu expiſcari, ſi quę pugnantia videbãtur, conciliare, ſi quæ dubia, ſtabilire conaretur. Ad quæ omnia labore prorſus athletico, magnâ ingenij facultate, acri iudicio, non modicâ memoriæ vi, ſolertiâ non mediocri, patientiâ omnino ſingulari inſtructum eſſe oportebat.

Ad hęc omnia tamen accedebat voluntas eximia de te, Pręſul optime, tuiſq; poſteris immortali munere bene merendi, quę omniũ difficultatũ ſalebras ita ſuperabat, vt eas maiores eſſe peroptaſſet, dum maior extitiſſet apud omnes propenſioris erga te animi ſignificatio. Meritò ſibi, totique Cadurco gratulabatur, quòd in hac honorificâ Cadurcenſium Epiſcoporum traductione agmen tu clauderes vniuerſum, quod tibi currenti in ſtadio pietatis putabat ſtimulos additurum, cùm intelligeres ex ſuis ſcriptis eam te perſonam ſuſtinere, in quâ vulgaris tantũ ſanctitatis opinio nõ vulgare flagitium cẽſeri poſſet. Te quippe vno mitiur quodcũq; virtutis nomẽ ſuis rectè factis maiores tui collegerũt. Quod facit imago Phidię in Mineruę clypeo, quod baſis in columnâ, quod vmbilicus in opere fornicato, quod ſcapus in ſcalâ cochlide, quod modiolus

in rotâ, hoc tu facis in hoc opere. Iſta poſtrema ſunt ordine, præcipua dignitate, neceſſitate prima. Hæc ſi tollas, vel ipſa ſi per ſe diſſoluantur, cætera peſſum ire neceſſe eſt.

SCIO, V. C. quâ ſorte natus ſim, vt ne putes me Monitoris vicem temerè apud te vſurpare. Monita iſta non ſunt, ſed vota, vota autem? imò gratulationes, quòd tuę vitę probitate omnium expectationem longè longéque ſuperes. Scio crebrò venire tibi in mentem, cùm tacitus apud te Deceſſorum tuorum annales memoriâ replicas. Ego, inquis, illam eandem infulam meo capiti accommodo, quam geſtauit olim vir ille ſanctiſſimus! vnum aliquem nominas: ego manu teneo pedum illud, quod manus tot miraculorum artifices, tam erga egenos liberales ſuo merito contrectarunt! ego eodem annulo, eodem vtor ornatu, ac pompâ cum ijs, quos ſua mentis ac corporis ſanctimonia, Eccleſiæ Chriſti ſponſæ interiori thalamo dignos effecerat! Sāctitatis hæc ſunt non minoris argumenta, ſed maioris humilitatis. Scio illorum memoriā apud te inſtar obtinere illius bullę Oracularis, quā ex duodecim inſertis illigatiſque prægrandibus gemmis coagmentatā, duabus ex obryzo catenulis aptā, ſummus Iudeorū Sacerdos ante pectus promittebat, vt quoties captus liquidiſſimâ voluptate, quæ inde cum luce varia continēter emicabat, in eas aciem oculorum intendiſſet, toties ſtirpis Iſraeliticæ duodena capita, eorumq; virtutis opera meminiſſet. Scio denique vel eo nomine gratum fore tibi hoc mei Germani munus, quod in eo veluti ſuis loculamētis diſpoſitę maiorum tuorum imagines conſeruentur. Moris erat olim primi cenſûs Quiritibus, ſuorum parentū ora per atrium in ædiculis collocata, feſto ac lætiori die aperire, vt eſſet vnde

generis ſui claritudinem inanitatis aucupes oſtentarent. Equidē quod illi dimidiati homines, dum eſſent in viuis egerant, hoc docebant. Tu contrà feriatus à publicis occupationibus, hunc quandoque librum ſumes in manus, & vel in tuis maioribus te ipſe cognoſces, vel ad tuas virtutes amplificandas nouum impetum capies domeſtico incitatus exēplo.

Neque verò Eccleſiæ, Senatui, Academiæ, populoq; Cadurcenſi minus acceptum fore cōfido, hoc noſtræ gentis erga patriam memoris animi teſtimonium, quòd illius auctor non complexus ſit omnia, quę non dicam intra fines regionis Cadurcenſis, ſed vrbis ſolius intra mœnia geſta ſunt, ad conſequētium ætatum memoriam iure merito tranſmittenda. Dicam quod res eſt, pace veſtrâ, Viri Clariſſimi, *ſanioris iudicij apud vos ſemper extitit frater meus. Vel enim ſuorū virium in tantâ negotiorum turbâ malè conſcius, vel rerum magnitudinis æſtimator iniquus, fuiſſet aggreſſus id operis, quod non ſolum peritiſſimum, ſed otioſiſſimum quemq; mole ſuâ opprimere potuiſſet. Non deerūt mihi credite, qui hoc exemplo laceſſiti in veſtrę Reip. decora liberrimo ſtylo decurrāt. Stabitis, ſtabitis, vel inuito illo corruptore Frontini, qui vos Caducos homo minimè malus appellauit. Gerite laudabilia quod facitis, nec deſiderabitis laudatores. Hoc tu, Magne Præſul, à Deo nobis omnibus apprecare, mihiq; in primis*

Tuæ Celſitudinis

Clienti addictiſſimo.

Cadurci ad V. Id. Mai. qui ſanctæ Cruci inuentæ dicatus eſt Anno M. DCXVI.

VT
MEMORIA
SIT
IN BENEDICTIONE
PROBI ET DOCTI VIRI
GVILLELMI CRVCEI ADVOCATI
STEMMATVM EPISCOPII
CADVRC. ILLVSTRATORIS
ORONTIVS
CAN. CAD.
S.

EPICEDIVM.

TERRIS dum raperis Deo vt fruare
Magnum vitiſeri decus Cadurci,
Muſarumque lepos ſeueriorum,
Æqui ſemper amans, tenax honeſti,
O dulcis Crucee, acriter dolentem
Me, mœſtos obitu tuoſque ciues
Præſaga bene mente ſubleuaſſis,
Cum fœtum eximium tui laboris
Nobis diptycha præſulum Cadurcûm
Pignus nobile poſtumum relinquis.
Tu felix, rediuiuus ac perennis
Surgas hac pietate, glorioſa
Qua tu tot monumenta lapſa chartis
Nunc viuacibus inſtruis tuis, queis
Contexis ſeriem ſacram virorum
Qui Chriſti populum pio Cadurcum
Lætum gramine rite nutrierunt.
Æternum Crucee hinc manere nomen
Securè tibi gaudeas, ab iſtis
Cum tu obliuia longa depuliſti.

OBIIT IN CONSVLATV SVO SECVNDO. ANNO SAL.
M. VIc. XIIII. XI. KAL. IVL. VIXIT ANNOS XXXIX.
ILLATVS MONVMENTO MAIORVM
IN ÆDE CARMELITARVM.
CADVRCI.

Digitized by Google

CIVITATI CADVRCENSI DE SVA IPSIVS HISTORIA.

Scazon.

O te beatam quæ tot inclytos Myſtas,
Qua tot tuliſti clara mater Heroas,
Duœona, ſidus Galliæ tot illuſtre
Facibus, quot ornant Præſules tuos faſtos!
At proh iniqua fata! proh edax æuum!
Queis vita factis clara, nomen æternum
Meruit, vetuſtas pene nomen extinxit.
Nunc ergo feſtum tolle gaudio melos.
Quotquot fouebas in ſinu pio mater
Beatiorum nomina Archimyſtarum,
Tuus Crucæus vindicauit à morte,
Tuus Crucæus excitauit in lucem.
Crucæus æui reſtitutor antiqui,
Si quid ſepultum iacuit hactenus, nobis
Ceu pridiana luce conditum reddit,
Segetemque laudum præbet affatim votis
Encomiaſta Præſulum Cadurcorum,
Panegyriſta ciuitatis auguſtæ.
Analecta veterum trita codicillorum,
Quæ blatta multas eſitarat ætates,
Voluit Crucæus, & notas ſepulcrales,
Lamnaſque lucis neſcias ab antiquo,
Tenebricoſis traxit è ſepulcretis.
Sic nomen amplum reddidit tuis. Ergo
O te beatam Douœona quæ tales,
Quæ tot tuliſti clara mater Heroas

G. C. S. I.

Εἰς τὸ Ἱλερμοῦ τοῦ Κρυχείου βιβλίον τὸ μετὰ σπουδῆς καὶ παιδείας δεδοκιμωτάτης

Ἐπίγραμμα.

Εἰ νεκροὺς ῥύσαι γλυκύπικρας, ἀντιπελαργεῖν
Ἐςὶ, τίς ἄρα γονεῦς ἐς᾽ ἀντιγεραίμεναι;
Ἀρχιερῆας ἀνεζώγρησεν ἑοὺς, πατέρας τε νομεῖς τε
Ἱλερμὸς, τί μὲν ἄλλ᾽ ἀντιπελαργείμεν;

G. C. S. I.

IN OBITVM GVILLELMI CRVCII PROXIME POST EXPLETAM CADVRCORVM HISTORIAM.

EPIGRAMMA.

INVIDA virtuti iampridem parca parabat
Docte CRVCI, vita rumpere fila tua.
Vidit vt armatam Ducone forſice dextram,
Horruit, & dixit perfida ſiſte manum.
Paruit, & Crucij fatis ſuperaddidit annos,
Scriberet vt patria grandia facta ſua.
Vt ſcripſit, ſine me cœlo iam quærere vitam,
Hîc, ait, in terris patria viue mihi.

G. P. S. I.

IN ACCVRATOS ET ILLVSTRES COMMENTARIOS RERVM CADVRCENSIVM

à Guillelmo Cruceo eruditè conſcriptos

EPIGRAMMA.

HOC lege Lector opus, pariter ſed carpe legendo :
Hic liber eſſe poteſt, hortus & eſſe poteſt.
Si legis, hic liber eſt, ſi carpſeris, hortus: vtrâque
Dignum opus æternùm conditione legi.
Hoc volue, hoc legito : dabit area prima Genulphi,
Prima Cadurcenſi lilia nata ſolo.
Illic Ambroſii ſpirantes nectare ſuccos,
Hîc Deſiderij ſerta parentis habes.
Hîc Sanſulpicio texunt ſua facta coronam,
Hic Popiane tibi laurea pacta viret.
Cætera quid memorem? liber hic floralia totus,
Quiſquis amas flores, hunc lege, ſerta lege.

FRANC. CAMMAS.

ΕΤΣΕΒΕΣΤΑΤΩ ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ ΣΤΜΕΩΝΙ ΣΤΕΦΑΝΩ ΠΟΠΙΑΝΩ ΤΗΣ ΤΩΝ ΚΑΔΟΤΡΚΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΠΡΟΕΔΡΩ ΤΩΝ ΠΡΟΣΤΑΤΩΝ ΤΩΝ ΜΑΚΑΡΙΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΤΗΝ ΕΤΣΕΒΕΙΑΝ ΔΙΠΤΤΧΩΝ

Ι. ΒΑΠΤΙΣΤΗΣ ΑΝΣΕΝΙΟΣ ΒΕΑΓΗΣ ΠΑΡΑ ΤΟΙΣ ΚΑΔΟΤΡΚΟΙΣ ΠΡΟΗΓΜΕΝΟΣ

ΣΤΓΧΑΙΡΕΙ.

Σπίμματα σεμνὰ παλαγγίνιων ἐμῶν ἀνεγείρειν,
Θαῦμα νέον, πολιῇ τώμυνον ἴσοεἴη,
Γενναίη ὑπόειλπε πότε κλίος. οὐδ' ἀρχαίοις
Εἰκόνων, κρατεῖς ἤδε πολυχρονίως.
Μήτι χρόνων πολίωνγε μόνοις καύχημα γ' ἔθνων
Τοῦτ' οὐ τόλμησ' ἔργον ἐπ' εὐσεβίης,
Τερπνὸς ἐν ἠλυσίοις πεδίοις ἐς' ὧν ἀνάπαυσις,
Ἄλλατε καλλίων οὐ μέρος οἷς ἔσεται.
Εἰπεῦθεν σὺ Καδδύρκων δεῦς φέγγια κλεινά,
Καδδύρκων ἔτυμως ἔνδικος ἐσσὶ πατήρ.

AD IDEM.

An ſolus video duplicem hic ſe oſtendere lucem?
AN Tum Popiane, tuam; tum Cruciane tuam?
Sed tua lux tantò maior Popiane, recurrit,
Quantò etiam maior Sol, Popiane, tuus.
Tu primus docuiſti nos, ô maxime Præſul,
Palladium é coſtis non fieri Pelopis.
Et primus docuiſti nos, hic, optime Præſul,
Palladium é coſtis Pontificum fieri:
Nempe, opere in tanto, mentem Popiane dediſti
Et genium, ingenium; tu Cruciane, tuum.

I. D'ARTIS, in Senatu
Franciæ Aduocat.

APPROBATIO.

HANC Reuerendiſſimorum Cadurcenſium Epiſcoporum ſeriem à me perlectam, nihilq; quod fidẽ offendat continentem, ob maximæ eruditionis & veritatis hiſtoriæ præſtantiam, emiſſione in publicum dignam iudicaui 24. Nouembris 1616.

Fr. Cosmas Pelapratus Acad.
Cad. Procancell. & Profeſſor
Theologus Auguſtinian.

APPROBATIO.

FR. *Joannes Carriere, Ordinis FF. Minorum de Obſeruantia, Prouinciæ Aquitaniæ antiquioris Exprouincialis, librum, qui inſcribitur* Series & acta Epiſcoporum Cadurcenſium *&c. validioris argumenti, contra Religionarios hæreticos, circa Miſſionem, & legitimam vocationem, & ſucceſſionem virorum Apoſtolicorum Eccleſiæ Cat. Apoſt. Romanæ, à nobis recognitum, publica luce dignum iudicauimus. Cadurci Aduentum Domini prædicantes. anno eiuſdem* 1616.

Fr. Ioannes Carriere.

APPROBATIO.

NOS *Antonius Briſſon Doctor Theologus, & Canonicus Theologalis, necnon Vicarius Generalis Reuerendiſſimi In Chriſto Patris, & Domini, D. Simeonis Stephani à Popiano, ad præſens ſedentis, Librum D. Guillelmi Crucæi Iuriſperiti, cui titulus* Series Epiſcoporum &c. *noſtro & Præmiſſorum P.P. Theologorum iudicio, vt pote ſana,& perutili doctrina refertum, excudendi, & in lucem edendi, facultatem concedimus, Cadurci 3. Non. Decembr. anno Dom.* 1616.

BRISSON Canonicus Theologalis, & Vicarius Generalis.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

LE Roy par ſes lettres Patentes données à Paris le 26. de Iuillet 1615, ſignées par le Roy en ſon Conſeil, le Febure, & ſeellées du grand ſeel de cire ieaune. A permis à CLAVDE ROVSSEAV Imprimeur Iuré de l'Vniuerſité de Caors en Quercy, d'Imprimer ou faire Imprimer vendre & debiter durant le temps de ſix ans entiers à compter du iour & datte de l'acheuement, de l'Impreſſion, le Liure intitulé *Series & acta Epiſcoporum Cadurcenſium quotquot hactenus ſumma cura inueniri potuerunt*, faict par feu Guillaume de la Croix Docteur & Aduocat audict ſiege de Caors. Et faict defenſes ſadicte Maieſté à tous Marchands, Libraires, Imprimeurs & tout autre perſonne de quelque eſtat & condition qu'ils puiſſent eſtre de l'Imprimer ny expoſer en vente, ny en aucune langue durant ledict temps ſans la permiſſion dudict ROVSSEAV ſur peyne de confiſcation d'iceulx & de tous deſpens domaiges & interets ainſi qu'il eſt plus amplement contenu eſdictes lettres patentes, Voulant ſadicte Maieſté qu'en mettant ou faiſant mettre par bref le contenu dudict priuilege au commancement ou à la fin dudit Liure, il ſoit tenu pour deüement ſignifié comme ſi expreſſement & particulierement il auoit eſté à chaſcun.

Acheué d'Imprimer le ſeptieſme Ianuier 1617.

ISAGOGE AD SERIEM EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.

QVANDO primùm fides Chriſtiana & à quibus quôue euentu in hanc Diœceſin illata demùm propagatáque ſit(qui aditus eſt operis) Chriſto ipſo auſpice manifeſtum faciam. Neque enim ad tenue ita climata de hoc oratio in meas manus hactenus venit.

1 STATIM à Chriſto paſſo apud omnes in confeſſo eſt, Eccleſiæ limites diffuſos: illamque tantam amplitudinem nactam eſſe, vt totus orbis, Apoſtolorum in varias regiones commeantium voces, ſimulque diſcipulorum jiſdem conſonantium, & in ſibi viritim & ſortitò aſſignatas nationes conuolantium , oracula exceperit: Cui confirmando id ſufficiat, *Profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante* ex Marco Euangelij ſui calce: Idem Hegeſippus; Hilarius verò ſic Apoſtolorum peregrinationes verbique propalationem attigit; *Illi manu atque opera ſe alentes, intra cænacula ſecretaque coëuntes, vicos & caſtella genteſque fere omnes, terrâ ac mari contra S.C. & regum edicta peragrantes, claues regni cælorum non habebant?* Chriſtiana Religio toto oibe diffunditur. *de excidio Hieroſ. lib. 2. cap. 9.* *aduerſus Arrianos.*

2 FIDE porró Chriſtianâ tam læto & proſpero ſucceſſu euulgatâ, Apoſtolos alioſque ab ijs delegatos in prouincias quaſque aduenientes, Eccleſijs quas in oppidis lumine fidei illuſtratis conſtituiſſent, Epiſcopos præfeciſſe veriſſimè conjicitur ex Paulo. Adeò vt quæcumque Eccleſia vel cœtus fidei catholicæ conſenſione ſociatus iam inde fuerit, hunc vel Apoſtoli, vel ab ipſis Apoſtolis deſignati & ab eorum Variæ ſedes Epiſcopales ab Apoſtolis ſtabilitæ *Ep. ad Tit. cap. 1. v. 5. 6. 7.*

gremio emiſſi autores fundauerint & ſtabilierint. Id Tertulianus attigit explanatiſſimè his verbis: *Primò per Iudæam conteſtata fide in Ieſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitutis: dehinc in orbem profecti.* (Apoſtoli nempe & diſcipuli) *Eandem doctrinam eiuſdem fidei rationibus promulgarunt, & proinde Eccleſias apud vnamquamque Eccleſiam condiderunt: à quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ Eccleſiæ exindè mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, vt Eccleſiæ fiant; ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum; Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt.* Subſcribit Cyprianus, *Epiſcopatus vnus eſt* (inquit) *cuius, à ſingulis in ſolidum pars tenetur, Eccleſia vna eſt quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur. Quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum tenuiori radice fundatum, & cum de fonte riui plures defluant, vnitas tamen ſeruatur in origine.* Et Hieronymus, *Nec altera Romanæ vrbis Eccleſia, altera totius orbis exiſtimanda eſt: & Gallia & Britannia, & Affrica & Perſis, & Oriens & India, & omnes barbaræ nationes, vnum Chriſtum adorant.*

De Præſcrip.

lib. de ſimplic. prælat.

ad Pammach.

Sedis Romanæ primatus.

3 PRIMVM inter has Sedes locum, Romanam Petro creditam, ab ipſis Eccleſiæ naſcentis auſpicijs tenuiſſe, primatumque illum ſucceſſione perpetua ad nos transmiſſum, multò eſt compertiſſimum. Cyprianus, Nouatianorum immo hæreticorum omnium errorem ex eo fonte natum aſtruit, quòd Romano Pontifici minimè ſubeſſent, *Non aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut natæ ſchiſmata, quàm inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemò aduerſus Sacerdotum Collegium quidquam moueret.* Hieronymus *Damaſum* Rom. Pontificem *Paſtorem* agnoſcit, illius *cathedra, quæ & Petri eadem ſit, Vitale Meletio, alijſque ſpretis, communione ſociatur.* Quid Ambroſij verbis diſertius, *Cùm totus mundus Dei ſit, tamen domus eius Eccleſia eſt Cuius hodie Rector eſt Damaſus?* Quid Auguſtini, *In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus?* vt innumera id genus ſileam idque in primis, ab eodem Auguſtino, totoque Mileuitano Concilio Innocentij Rom. Præſulis paſtoralem curam contrà Pelagium imploratam.

lib. 1. ep. 3.

ad Agenthium De Monogam.

in 1. Timo. cap. 3.

ep. 162.

ep. 92.

A Rom. Sede Gallicanę in primis promotæ.

4 AB huius Romanæ Sedis ſole, radij ad reliquum orbem, Gallias in primis vniuerſas, Eccleſiamque noſtram Cadurcenſem Bituricenſi ſubiectam Metropoli, felici propagatione deriuati ſunt; vt Romani imperij principatu, ſic Chriſtianæ fidei auctoritate paribus veluti paſſibus ſeſe in dies ampliante. Etſi enim Aopſtoli, eorumque aſſeclæ ac diſcipuli terrarum orbem Chriſtum enuntiando peruagati

ſint,

Digitized by Google

ſint, Gallias tamen tanti Collegij legati maiori cura, charitate & numero quàm nationes reliquas inundarunt. Quæ enim in ijs vix matrix & primaria Eccleſia ſit adeò obſcura & humilis vt non ſuum ab ijs datum auctorem & doctorem laudet, clariſsimiſque teſtimonijs comprobet? Id niſi à ſuſcepti operis anguſtijs alienum foret ex catalogo ad rem appoſité attexto à Bernardo Guidonis, Petro Huberti S. Papuli Epiſcopo, Vuernero ad annum Chriſti 84. facillimé demonſtrarem. *Tomo 1. de SS. lib. de cultu vinea cap de nominib. diſcipulorum. Faſciculo temporũ.* In hunc ſcilicet finem orbis habenas Romanæ vrbi permiſit præpotens Deus, vti creſcente imperio in ampliores ſe terminos diffunderet Chriſtiana Religio quæ primariam Romæ ſedem fixiſſet. Id agnoſcit Ambro. *in Pſal. 45.f.* *Cum enim*, inquit, *Deus quò Apoſtoli plura obirent ſpatia terrarum in exortu Eccleſia, poteſtatem Romani Imperij toto orbe diffudit, & diſſidentium mentes terrarumque diuortia donata pace compoſuiſſet, didicerunt omnes homines ſub vno terrarum Imperio viuentes, vnius Dei omnipotentis Imperium fideli eloquio confiteri.* Et Hegeſippus, *An ſine nutu Dei putamus illam creſcere religionem, vrbemque Romam ſupra omnes regiones proferre Imperium ſuum &c.* De Galliis annotauit S. Leo, in hęc verba *Præſentiſſimo pacis illius commodo vtentes Apoſtolorum legati, Gallias aduentantes Gallos pleroſque ritus Chriſtiani ſanctitate imbuerunt.* *Ser. 1. in feſto SS. Petri & Pauli* Enimuero cùm Imperij amplitudinem & conſeruationem ex Gallorum deiectione ſubiectioneque ſæuiſſima Romani rerum domini pendere arbitrarentur, iiſque in officio continendis peritiſsimos quoſque rei militaris duces ſummęque auctoritatis viros adhiberent (vnde Imperatores pene omnes intra trecentos annos vel Galli ipſi, vel in limite Gallicano ſunt) Ita viciſsim ab Apoſtolis ſanctiſsimos ex albo ſuo collegas Gallorum animos ſalutari doctrina luſtraturos, ad nos miſſos tanto eo numero quis miretur? Vt ergo ad negotium propiùs accedamus.

5 OMMISSIS iam diuiſionibus Galliarum quas Cæſar, Strabo, Plinius, & Oroſius, aſſignarunt, ex quibus Metropoles & Diœceſes alij collegerunt, ſcitum eſt Aquitaniam earum partem iam olim latiſſimam & nobiliſſimam fuiſſe: quæ quidem in *primam* & *ſecundam* ab ipſo Conſtantino ſecreta eſſet, vt videre eſt ex ſubſcriptionibus Concilij Arelatenſis ſecundi; poſtmodùm verò ſexcentis locis, potiſsimùm apud Ammianum in notitia vtriuſque imperij, necnon prouinciarum, & Sigonium in eodem *Conſtantino* Aquitaniæ autem primæ caput & metropolis *Biturica* fuit ſeu *Auaricum* Ita Sidonius & Adreualdus Floriacenſis qui Auaricum quæ Biturica vulgò habetur *caput regni Aquitanici* dixit opere Benedictino. Idem noticia prouinciarum. A quarum diſtributione longo poſt interuallo argumentum duxere Fulbertus & Yuo ad probandos Sedium duarum Gallicanarum gradus. Vt tamen obiter notem luculentiſſimum pri- Aquitania Prima, in eaque Bituricæ primatus.

matus Bituricenſis Sedis in Burdigalenſem (quæ olim *Bituriges Viuiſci* & *ſecunda Aquitania*) ex Innocentij III. Regiſtro, ex quo ſequens reſcriptum à me petitum eſt. INNOCENTIVS *&c.* Bituricenſi Archiepiſcopo S. &c. *Diligenter auditis & perſpicaciter intellectis quæ tu & d. f. Amalcus procurator Ven. fratris noſtri Burdigalenſis Archiepiſcopi coram nobis proponere voluiſti ſuper ſententia quam auctoritate Primatiæ in eundem Archiepiſcopum promulgaſti ſuſpendendo ipſum ab officio Metropolicæ dignitatis, pro eo quod ad tuum vocatus concilium accedere non curauit nec pro ſe aliquem idoneum deſtinare. De communi fratrum noſtrorum conſilio ſententiam ipſam ratam habemus , & vſque ad ſatisfactionem idoneam, præcipimus obſeruari, hoc ad cautelam expreſſo, quod lis coram nobis non de. Primatia ſed de ſententia extitit ventilata.* Nulli ergo&c. *Dat. Lateran 16. Cal. Iunij pontif. N. anno 15.* Alterum, INNOCENTIVS &c. *Credentes igitur ad ſatisfactionem ſufficere competentem pro prædicta ſententia relaxanda vt memoratus Archiepiſcopus per ſeipſum aut alium virum idoneum ad tuam accedat præſentiam, relaxationem eiuſdem ſententiæ humiliter petiturus, promiſſurus firmiter ſub ſuarum ſi neceſſe fuerit teſtimonio literarum quod ad tuum Concilium vocatus accedet, facturus quod de iure fuerit faciendum, fraternitate &c.* Tertium porro quo Epiſcopis Burdigalenſis prouinciæ ſcribit inter alia , *Sententiam relaxauimus , memoratam firmam promiſſionem recipientes à Burdigalenſi Archiepiſcopo quod vocatus accedet ad Bituricenſe Concilium facturus quæ de iure fuerint facienda. Dat. 8. Idus Iunij Pontif. ſui an. 16.*

Cadurcenſis ſedes Bituricenſi Metropoli ſubeſt

BITVRICENSI autem Metropoli *ſedes Gadurcenſis* ſubiecta eſt à 6
diſtinctione prouinciarum vltimò facta à Romanis de qua in eadem notitia. Manifeſtum quoque id fit ex tota ſerie Synodorum Bituricenſium aliarumque quibus Primas Bituricenſis præfuit: ijs enim Epiſcopi Cadurcenſes , ceu ſuffraganei ſubſcribunt: tum multò clarius euadet, ex ijs quæ deinceps in *Vrſicino* illiuſque deceſſoribus quamplurimis. Vnde primum iſtud de Sede Cadurcenſi dicatur, Eam ſubeſſe necnon contribui Bituricenſi Primatui. Cuius cum moderatores Pontifices Antonius Demochares nonaginta quinque non interciſa ſerie attigerit , tum poſteà perpetuà hiſtoria Io. Chenu nuper aſſecutus ſit, adeo ſecundè induſtriè & conuenienter , vt vix addi illorum numero quiſquam vel ab ijs tractatis detrahi quidquam, negariue de ijs poſſit ,

De Miſſa ſacrif. cap. 24.

Auctoris in hoc opere ſcopus,

HIC ſane elenchus noſter tanquam riuulus accerſitus & ductus ab 7
ipſo capite ſit, tantam ſedem ſumma veneratione proſecututus , acceſſionemque reliquarum tanto primatui ſubiectarum Diœceſeon à pijs & eruditis viris aliquando incundam præſtolatus. Ex quo dignitas tantos viros ſubſequendi ſaltem aliqua ſit , & cum citra

æmulum

æmulum ſim, imitari me illos à nemine vitio detur, quippe qui vt Demetrius olim ille pictor fuit, ſimititudinis quam pulchritudinis, amantior ſim. Hæc igitur ad fidei Chriſtianæ ad nos perferendæ, Illiuſque apud Cadurcos beneficio-ſedis noſtræ conſeruandæ, & demùm retinendæ rationem, prælufio, hæſitantibus verbis tremebunda, ac ſuſpenſa admodum manu comparata, iudicio ſanctæ matris Eccleſiæ ſubmiſſa in lucem prodeat, quam ſatis prolixa narratio ſequatur: ſtultum enim eſſet ante hiſtoriam effluere, in ipſa autem hiſtoria ſuccingi. Iam quæ primordia fidei ad nos iandudum delata fuerint videamus, id enim ordo noſter poſtulat.

8 BEATVM MARTIALEM GALLIÆ APOSTOLVM ex ſanctiſſimo Apoſtolorum collegio ad Gallias emiſſum, omnium primum Cadurcis Chriſtianæ fidei elementa tradidiſſe, & templum *S. Stephano Protomartyri*, Cadurci dedicâſſe docent S. Martialis ipſe, Cadurcum adit, inibi templum S. Stephani dedicat

Priſca fides facto, ſed fama perennis,

& acta vitæ illius, quæ Lemouicibus, vbi viuens ſedit, & corpus illius iam in cælos recepti quieſcit, habentur; Tum ex epiſtola illius ſecunda fit clarum: Epiſtolas enim quæ ſub eius nomine habentur germanas eſſe, aduerſus eos qui ſua tantum pro authenticis deputant docet Bernardus Guido ſanctorali in Martiale. *b.v.* Hæ duæ epiſtolæ Domitiani perſecutione aduerſus omnem Dei Eccleſiam, reconditæ fuerunt in ſacrario B. Petri, videlicet in baſilica prædicti Apoſtoli in tumulo cuiuſdam, in qua etiam *baſilica* pontificum ſepultura antiquitus ſolebat haberi, vbi hactenus, vt in titulo ſcriptum reperimus, latuerunt: Quæ nimia vetuſtate conſumptæ ſignis & literis penè nobis incognitis vt mos antiquorum fuerat, ſcriptæ, vix tandem legi potuerunt: Noſtro autem in tempore Philippo regnante ſunt repertæ. Potiſſimum verò fauet recepta apud nos à maioribus autoritas cõſtanſq; aſſeueratio quam iuuet Lectionarij Cadurcenſis fides in eius vita. *Martialis ep.2. n. 8.*

9 CVM eo quoque Cadurcos commeauit B. AMATOR qui quidem ſub rupe ab eius nomine nuncupata vitam ſolitariam multis annis egerit. Cuius etiam num reliquiæ admodum religioſe aſſeruatæ extent in baſilica ad fauces antri ſub ea patentis opere vetuſto coque magnificentiſſimo conſtructa, poſt ſolidi & integri Diui illius à tot ſeculis corporis fruſtulatim concifi defectionem impiè à ſegregibus factam: Inibi enim erat corpus *Amatoris* à cuius compagum ſoliditate inoleuit & iam pene vetuſtate contritum prouerbium à Gallis circumfertur: Diuique illius partes acciſæ quas ignis iis ſubiectus abſumere non potuit, integræ, ne quidem ſemiuſtulatæ, non ſine admiratione viſuntur. Interim vero dum me ad ſacra patria longiori paululum ſubſellio ſcribenda comparo, videat lector bene- S. Amator Martialis ſocius in Cadurcenſibus inſtitutis, ſanctitate clarus, & corporis poſt mortem integritate.

1. parte hiſt. cap. 2. tit. 6. §. 2.
Originũ Aquitaniæ par. 1. cap. 4.

uolus Rob. de monte ad annum Chr. 1171. Bernardum inibi B. Antonium & Bochetum.

Qualis Martialis noſter.

QVIS autem quantuſque fuerit Martialis noſter Martyrologi vniuerſi tradunt. pr. Cal. Iulii, Aurelianus in eius vita, necnon monu- 10
menta quinque numero ex tabulario Abbatiæ S. Martialis Lemouicenſis exſcripta, Primum, quo Hugonis eiuſdem abbatiæ Abbatis cum Gauzlono Bituricenſi Archiepiſcopo diſcuſſio habita coram Roberto rege de Martialis ſanctitate aſſignatur, idque totius Galliæ celebritate circa annum Domini 1029. Tum Ioannis Papæ 20. reſcriptum datum anno Chriſti 1030. Tertiò acta Synodi Bituricenſis ab Aymone Archiepiſcopo & Comprouincialibus Epiſcopis ſubnotata Ann. Chr. 1031. Quartò Synodus ipſo ab eodem Aymone Lemouicæ eodem anno coacta, necnon Acta conſecrationis Baſilicæ Diuo eidem inibi dicatæ ab Vrbano 2. peractæ ann. Chr. 1095. Addo quæ Innoc. 3. & gl. cap. ſingul. f. de ſacra vnct. Petrus item Huberti notat Romæ olim diuinitus in codice Euangeliorum & cap. Matt. 18. loco vocis (*paruulum*) nomen *Martialis* ſcriptum lectitatumque. Tum veſtigia digitorum Chriſti, capiti Martialis impreſſa extare, ex Petro de palude ſcribit. Hic autem poſteris ad memoriam temporum ſempiternam prodendum eſt, quod Apoſtoli noſtri nomen & ſanctitatem, quanquam ex ſe ſatis ſuperque nixam maximé fulciat celebremque reddat: Cum nempe Diœceſis hæc, annis aliquot incredibilia valdeque miſeranda incommoda ſenſerit Pridie Cal. Iulias, aut non multo ſecus ex procellis grandinibuſque arbores conuellentibus fructuſque pendentes malé perdentibus, SIMEON antiſtes hodieque noſter, & Canonici Eccleſiæ Cathedr. lõge religioſiſſimi quorumque compellatio ſuauis, commendatio glorioſa eſt, tanti eiuſque prope fatalis exitii miſerati de cauſa illius quærendum cenſuerunt. Eam, multis inter ſe diu ſæpeque collocuti ſolam hanc eſſe compererunt, quod Apoſtoli noſtri tantus eſſet tota Diœceſi neglectus obliuioque vt ne quidem die Diuo, vniuerſæ Eccleſiæ conſenſu, ſacro, vllus ei cultus exhiberetur: Cum tamen à maioribus noſtris ſecus actum probetur: Tantus enim tamque frequens populi olim conuentus fuit ad ædem Martiali ſacram *Pradinis* vico Cadurci vicino, vt nocturnæ peruigilationes ibi olim factæ ſint, & ab armatis, eò confluentes populares aduerſus aggreſſorum iniurias defendi opus fuerit: Idque iure factum eſſe faciendumque poſtea pro Ramundo Beraldi milite à Seneſcallo Petragoricenſi & Caturcenſi pronunciatum ſit, Iudicatis duobus, datis, Annis Chr. 1312. & 1314. quæ ad hanc rem apud me exſcripta ſunt. Tum mẽbranæ obituales Eccleſiæ Cadurcenſis primariæ ante ducentos quinquaginta annos exaratæ ſic habent: *No. Julij celebratur hic ſolemnitas S. Martialis pro cuius*

lib. citati 7. partis cap. 2.

Cadurcenſium in S. Martiale colẽdo negligentiam plectit numen.

Martialis olim Cadurci quis cultus.

ſolemniis hic celebrandis more feſti trium caparum, & ſicut vnius Apoſtoli Do. Guillelmus de Ortileno can. Cat. acquiſiuit in proprietate huius Eccleſiæ 20. ſol. &c. Quamobrem quotannis in poſterum pr. Kal. Iulias feriandum, & Martiali in vota vocando eo otio quod diebus ipſis Dominicis ſolemne Catholicis eſt, SIMEON eiuſque Canonici ſanxerunt. Iam inde Diuo noſtro omnium ſuffragiis perhonorificè hac tota Diœceſi culto, necnon veneratione quæ vetuſtate & negligentia euanuerat, reſtauratâ: deſiit calamitas illa antehàc certa & prope ſtata: quæ ſit Apoſtolatus gratiæque à Martiale impenſę teſtificatio firmiſſima & ſempiterna, Martialis cultum SIMEON cum Capitulo reſtaurant: ponit Dei vltio.

Tibi ſic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.

Quod te Chriſtus adeo mirè

Nimborumque facis tempeſtatumque potentem.

Quia verò nuſquam temperandum puto ab iis quę cælitum commendationem erga pios concilient; ideo hic indicandum ad Martialis laudem exiſtimo, extare nunc etiam apud me Ioannis ipſius tantopere ab antiquariis quæſitum diploma de quo Bernardus IOANNES Papa 20. qui ſedit an. Do. 1024. Scribens Iordano Epiſcopo Lemouicenſi ac cunctis Galliarum Epiſcopis auctoritate Apoſtolica id definiuit decernens ſuis literis, cùm *Apoſtolus* non ſit muneris ſed Officij nomen, S *Martialem Apoſtolum* meritò nominari; Et ſibi æque Apoſtolica officia in diuinis miniſteriis exhiberi. Sedis Apoſtolicę calculo, Martialis Apoſtolus eſto

S. GENVLPHVS I. EPISCOPVS CADVRCENSIS.

11 LONGO deinde annorum interiectu in quorum tenebris annales noſtri cæcutiunt. Imperantibus Valeriano & Gallieno circa annum Chriſti 260. *SS. Genulphus & Genitus* in Gallias à Xiſto Papa miſſi, S. Genulphus Caducum appellit.

Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere detur,
Quo res cunque cadent, vnum & commune periclum
Vna ſalus ambobus erit, Virg. Aen. lib. 3 lib. 2.

Caducum appulerunt, ibique Chriſtiani ritus pene tectam memoriam Chriſtianis ex ſedis Apoſtolicæ mandato annuntiando excitarunt. Seditq; Genulphus Geniti filius Põtificia poteſtate ordine & dignitate. Ex quo illum maiores noſtri primum Eccleſię Cadurcenſi Epiſcopũ prodiderũt, noſque cultus auiti hęredes talem nunc agnoſcimus. *Illumines lucernam meam Domine, Deus meus, illumina tenebras meas.* Rei extant ſcripta Pſal. 17. nobiliſsima teſtimonia, cum primam inſtrumentis autoritatem ſumma antiquitas vendicet ait Tertull. De præſcrip.

Genulphus Epiſcopus Cadurcen. ab anno Chr. 260.

PRIMVM ſit, S. GENVLPHI Epiſcopi Cadurcorum primarii natalem diem deuotè in hac Diœceſi anniuerſariis ſacris 16. Cal. Februar. coli in indice Sanctorũ: vt quamuis maiorũ ſcripta nulla ad nos fideliter tranſmiſſa, ab exitu tanti viri ſupereſſent quæ id agendum innuerent; pietatis tamen teſtatiſſimæ fides hæreditario ab illis nexu ad nos deducta hunc cultũ abundé teſtatũ faceret. Tum conſentiunt lectionario noſtro, Gauleſini & Maurolyci martyrologia, Molanique diligentiſſimi ſcriptoris ad Vſuardum auctarium, Nec minoris momenti ſunt libri duo M. S. quanquã incertis autoribus de Diuo eodem concinnati, & in rem noſtram compoſiti, nuper ex tabulis Floriacenſibus petiti, quorumque Simeoni noſtro (quæ canonicorum ibi degentium erga pios & eruditos eſt gratia) ex æde Victoriana ad Pariſiorum muros, copia antea erat facta, dum tamen quibus locis in ijs *Giturnienſis* dictio habetur, *Cadurcenſis* ciuitatis nomen, fauens, nihilque cunctatus lector reponat. Iis ſubtexo *Abbatiam S. Genulphi* nomine dictam dicatamque in Diœceſi Bituricenſi etiamnum extare, in qua Diuo noſtro litetur. Tum haud longè à *Teminis* in hoc tractu viſitur templum prope ſolo æquatum eidem ſacrum, quod quidem cùm vetuſtate & bellorum priſcorum iniuria labefactatum ſit, tamen prædicanda illius rudera ſunt, cum etiam olim parrochiali prærogatiua cenſeretur vt ex Cenſualibus capituli Cadurcenſis libris ann. Chr. 1325. conſcriptis, accepi. Legitur item in fornice Eccleſiæ noſtræ primariæ, dextrorſum, vncialibus literis haud ita recenti charactere mandatum ſub pictura illius: *S. GENVLPHVS primus Cadurcenſis Epiſcopus.*

S. Genulphi Abbatia.

Templum S. Genulphi Teminis vicinum.

Nos quoque templa iuuant, quamuis antiqua probentur.

Ouid. faſt. 1.

His accedit tanti viri in vniuerſa quoque Eccleſia celebre nomen & peruulgatum eſſe, quamuis illius detorta paululum appellatione; cum tamen Bituriges & Cadurci eius nomen adhuc concordiſſimé teneant. Etenim in Romano Martyrologio memoria Genulphi habetur 15. Cal. Iulij *h. v. In pago Bituricenſi S. Gundulphi Epiſcopi. Genulphum* emendatius legendum non abs re coniecerim, quod ſcilicet Bituricenſi breuiario S. Genulphi ea die tantum acta recenſeantur eius plane tenoris quo apud nos ad 16. Cal. Februarias. Cum autem Rom. Eccleſia faſtum feſtumque eum diem ſciuerit, rogante & ſuggerente Eccleſia Bituricenſi in cuius ſinu legitur quieuiſſe Genulphum; ad germanum illius Diui nomen quod in eadem etiamnum retinetur Eccleſia, reflectatur dictio illa *Gundulphi* male iam diu excepta, neceſſe eſt. Tum autores illi duo incerti proximé citati idem adſtruunt. Demum licet ex Ianuarij & Iunii menſium promiſcua ſcriptura & pene ſimili, turbata res probabiliter conciliari poſſet, vtrunque tamen diem (hoc eſt 16. Cal. Febr. & 15. Cal. Iulii) in varia nomenclatione & temporis notatione huiuſmodi

Martyrologium Romanum Gundulphum pro Genulpho habet.

12

Diuo noſtro ſacrum eſſe ex ſequentibus eluceſcere, quouis pignore contenderim. Dies enim ille, mortis ſeu exceſſus Genulphi tempus reſpicit: cum illum eo die obiiſſe geſta Eccleſiæ noſtræ incertorumque illorum auctorum prior comprobent. Hic autem in quo Romanum & Bituricenſe martyrologia congruunt ad diem tranſlationis refertur: cum auctor poſterior incertus liquidò Genulphi corpus hoc die tranſlatum conſignet: dum tamen duæ vnitatis notæ poſt denarium ab eo poſitæ, ita iungantur vt normalem angulum conſtituant, tunc enim exurget quinarius; fiatque loco duodenarii quindenarius qui Rom. & Bituricenſi Breuiario ademptus eſt numerus: hac enim coniectura ducor ad id ſuſpicandum. Tranſlationis autem cœlitis alicuius diem, plerunque in Eccleſia coli, æquè ac natali ſeu depoſitioni ſacrum, vnicuique propriè etiam & ad legem veritatis loquenti exploratum eſt.

Dies Genulphi morti ſacer eſt 16. Kal. Febr. At Tranſlationi 15. Kal. Iul.

13 DENIQVE nec prætereundum ſilentio eſt, apud Pariſienſes Epiſcopo noſtro ſacratum diem Idus Nouembres quotannis eſſe, eiuſque corpus in matrice eorum Eccleſia piè aſſeruari, eo nempe tranſlatum ex Biturigibus vt ab æditius illius accepi. Tum ne me tantum auctore res prodeat, hoc ipſum Iacobus leBreul Benedictinus in *originibus Pariſienſibus* notauit. Patet autem Lutetiæ obſeruatum *Genulphum* haud diuerſum eſſe ab eo qui à nobis colitur ex Breuiario eiuſdem Eccleſiæ veteri quidem (neque verò tanquam ethnici nummorum ſimilitudinem expiſcamur) quo SS. Genulphi & Geniti cognatio, patria, mores, legatio, oſtentáque ab iis patrata, eodē propè contextu, iiſdem penè verbis, quibus apud nos, mandata ſunt, vt ei tantum Cadurci noſtræ commemoratio deſit; Recenti vero remiſsiori paulò & nutanti ſtylo ſcripto: Quippe correctoribus illius in tenebris titubantibus & propè cæcutientibus: cum quid de Genulpho Bituriges noſtratesque callerent, planè ignorarent. Vnde Molanus in hoc æſtu, & ex aliorum ſcripto notas ſuas compingens cū Genulphum & Gundulphum ſuis diebus ex Cadurcenſi & Romano Martyrologiis ſubiunxiſſet; Id. quoque Nouembris ſyncerè & germanè ex Breuiario Pariſienſi notauit tranſitum B. Genulphi à B. Sixto ordinati, cuius iuſſu mortuum gentilis ſuſcitauit filium: Quaſi uero tres eſſent varii viri illi triplici die ab eo ſuo Vſuardo inſcripti: Cum tamen tres illi dies de vno Genulpho mendosè iterato, ſemel depoſito, biſque tranſlato accipiendi ſint.

Genulphi corpus Pariſienſes habent, feſtum colunt Id. Nou.

lib. 1. cap. de Baſilica D. Virgini ſacra.

Molani lapſus.

Genulphus mortuum ſuſcitat.

Tantum aui longinqua valet mutare vetuſtas — *Aen. lib. 3.*

Tanto ergo errore benignè emaculato,

Ne dubita nam vero fides — *Aene. lib. 3.*

hoc, beneuolè amplectendus Molanus eſt, quod ſumma diligentia Diuum noſtrum vbicunque eſſet conſectatus ſit, aliena ſemper fide,

Theſſal. 1. cap. 2.

Actorum S. Genulphi ſeries,

nihilque amplius quærendo, in quo lapſus eſt, & in illud Pauli commiſit. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.*

NOS hîc Præſulis noſtri Sanctiſsimi Actorum ſeriem vno tenore collectam inſeramus, quæ & poſteris ſit ſpeculum Sanctitatis terſiſsimum ad intuendum, & exemplar illuſtriſsimum ad imitandum: Suppetet ea ex Sanctorali Cadurcenſi, iuncto M. S. Pariſienſi iàm laudato, breuiter licet ac non nihil emendato ſtylo, fideliſsimè tamen excepta. 14

Genulphi parentes.

Matris Acciæ (alij *Achan* alij *Achum* legunt) ſterilitas.

Ortus Genulphi, pueritia, mores.

CIRCA ea tempora quibus Deciana conſpiratio in naſcentem vix dùm Eccleſiam graſſabatur, *Genitus* fidei Catholicæ præceptis altiùs tinctus illuſtris proſapiâ, ſed virtutũ ſtemmate clarior, in viduas, pupillos atq; id genus indigos iuuandos vel plus nimio effuſus, *Acciam* Chriſtianam itidem, probitatis ornamentis inſignem, ſibi in vitę ac tori ſociam iunxit. Nulla ex honeſtiſsimo matrimonio proles ſuſcepta, Acciæ ſterilitate id prohibente; donec poſt non paucos annos Genulphum ceu *Samuelem alterum* iunctis enixiùs parentum precibus atque votis (veriùs Cadurcenſium ſaluti) placuit ſuperis indulgere. Traditur is quinquennis etiam *B. Sixto* qui ſub eo nomine *ſecundus* annũ inter Romanos ſedit Pontifices, ad annum Chriſti 261. pietate iuxtà ac litteris imbuendus: *Sixtus enim I. ante Decianã cladem obierat.* Atque vt erat ingenio acer, moribus ſerius, & iam ſenili maturitate ſupra puerum puer alea ludorũque oſor, laboris ingenui patientiſsimus, breuiculo tempore magnam eruditionis famam iure adeptus eſt, maiorem probitatis: in ſemine nimirùm ſe dabant certa indicia fructuum olim metendorum: Æqualibus inuidis ea res mordacis dicacitatis, Inſtitutori Sixto mirâ ac ſupra ætatẽ infractâ inferendis dicteriis, contumeliis, verberibus etiam conſtantiâ, admirationis argumentum fuit. Indole igitur, morumque integritate compertâ Sixtus iàm Pontifex ſacris initiat ordinibus, ipſâ etiam Epiſcopatus dignitate nihil meritis inferiorem inſignit. Mox declinando Imperatorum Romm. in Chriſtianos furori & Decianæ cladis reliquiis, inſtituendiſque ac confirmãdis procul populis in Gallias cum Genito Patre deſtinat, factâ vbique Chriſti fidem enuntiandi ampliſsimâ Genulpho poteſtate. Parent Sixto vterque & bonis omnibus diuenditis, deque cõſilio Euangelico in vſus pauperum liberaliùs erogatis, nudi nudum ſequuntur Chriſtum, capeſſunt iter, ac tandem ductu numinis Cadurcum appellunt.

Initiatio.

In Gallias deſtinatio.

Cadurcum aductus.

Vita auſterior

Miracula.

HIC Genulphus vitæ ſeueritate notabilis, nullo ad hordeaceum panem opſonio addito, inuinius (vno dempto Euchariſtici ſacrificii tempore) hirſuto ex cameli pilis cilicio *Ioannes alter* armatus, quem pium non colendi corporis cultum ad extremum diem conſtantiſſimè retinuit, mox fidei, ſanctitatis eximiæ, diuineque virtutis nihil nutantia ſigna dat, ad Chriſti vexillum, incredulis bonam adhùc partem Cadurcenſibus allectandis. Viduæ in cuius domum, *Eliam diceres*, diuerterat, filium il- 15

lico

Viduæ filium à Dæmone liberat: familiã ad Chriſtum cõuertit.

licò ſanat, arreptum dudùm à Dæmone, Genulphi nominatim aduẽtum (nondum id nominis inibi notum vlli homini) primùm elatâ voce execrante, mox ad ſancti iuſſum non ſine omnium ſtupore exeunte. Effecit miraculi vis, tota vt ſe familia ad 40. capita, fidei Chriſtianæ articulos apprimè docta, triduanoque ieiunio ex Genulphi monitu, ſacroq; Baptiſmo ritè luſtrata, ad fidem IESV-CHRISTI ab Idolorum cultu reciperet. Effecit vt *Agilbertus* Cadurcenſis ciuis ad filiam defunctam ſuſcitandam, nouum accerſeret mortuorum etiam medicum, ſuſcitatâque confeſtim ſe cum ſuis Chriſto adiungeret. Effecit itidem Dæmonis inuidiâ in id coniurante, vt *Dioſcorus Cadurcenſis Comes* Magos binos (ſic ſacra Chriſto capita Genitum Genulphumque vocabant) Româ aduentaſſe monitus, aduocaret; Chriſtum eiurare præciperet; abnuentes conſtantiſsimè, fuſtibus obſtinatiſsimè cęderet; cęſos nec cedentes hærente ad ſpectaculum ciuitate, coniiceret in rogum, ſed eum qui ope adſtantis Angeli *Babylonicæ inſtar pyræ* calorem omnem mentitus in rorem ſe auramque ſuauiſsimam commutaret. Miratur nouitate attonita, nec immeritò, adſtantium turba, acclamat, fidem Chriſtianam tot teſtatam oſtentis ſuſpirat. Infrendere contra Comes acerbiùs, retrudere in carcerem, populi ſuffragio & tumultu, mortis iàm ereptos faucibus: At breui, nolens licet, extrahit, ſubitâ filii perculſus morte, cuius ad reuocandam vitam eorum vtendum opera ſuadet iam fama miraculorum perſuaſa coniux: Adſunt, rogantur vt ſi id in iis ſit facultatis vitâ defunctum donent, eâ lege, vt ſi res pro voto cadat ipſe Comes ſit cum ſuis omnibus confeſtim de Ethnico Chriſtianus. Nec iniqua viſa conditio. Iubet Genulphus, ipſe vt Comes cadauer manu prehenſum aſtare iubeat in pedes, *in nomine D. N. JESV-CHRISTI* à quo iſthæc omnis poteſtas; Iubet, & (quę vis eſt ſanctiſsimi nominis,) extemplò adſtantem ſpectat, incolumemque filium; Ad pedes Diui cum prole, cum vxore, cum vniuerſa familia benè numeroſa ſupplex accidit, temeritatis & ſæuitię veniam deprecatur; Chriſtianis præceptis inſtituitur; cum tota ciuitate, eiuratâ penitus Idolorum vanitate, Chriſti fidem, legemque profitetur. Ita Genulpho ſacra ſua debet maiorem partem ciuitas noſtra, debet & parem, ſi non Diui meritis, (quam non poteſt,) ſuis certe viribus venerationem.

Agilberti filiam mortuã ſuſcitat:

Dioſcori Comitis perſecutio.

Comitis filium vita donat; Comitem & ciuitatẽ ipſam Chriſto adiungit.

QVAMQVAM non hęc ſola, nam genitis Cadurci in Chriſto filiis
16 ritéque inſtitutis S. Pręſul ad *Bituricenſes* ſe confert, myſteria Chriſtiana non paucis propalat, *Templum Dianæ* ob Sathanica ſpectra inacceſſum ad fluminis *Naonis* ripam expiat, *S. Petri* nomine inſignitum Deo dedicat, Genitum genitorem obſeruãdiſsimum. V. Kal. Nou. inibi vita functum tumulat, eôdemque ipſe ſanctiſſimè demortuus XVI. Kal. Febr. prope parentẽ tumulatur: vnde factum vt nomen hodiéq; loco qui olim *Cella Dæmonũ* audiebat, *Cella S. Genulphi* religio accolarũ fecerit.

Genulphus Bituricas adit.

Inibi geſta?

Mors Geniti & Genulphi.

Sanctitas morientis Genulphi.

NEC caruit ipſa mors ſuis virtutis inſignibus ſuis miraculis ſanctita- 17
tis. Celebrato ſe coram auguſtiſſimo Euchariſtiæ myſterio, viatico Do-
minici corporis munitus, Diſcipulos & filios in Chriſto genitos enixé
obſecrabat moriens ſuum vt corpus ne humo conderent, nc vllo honore
funebri proſequerētur, ſed verò *fimeto* tegerent digno ſuis moribus mau-
ſoleo. Ita ſcilicet demiſſé de ſe, deque ſua ſanctitate vir eximius ſentie-
bat: Vetuit & diſertiſsime ne poſt mortem etiam cilicio nudarent, hac
voce tanto præſule digna, & quæ omnem Magnatum faſtum facile ſter-
nat ac elidat, vitam claudens, *Chriſtianum decet in cruce & cilicio mori.*
At nihilo ſeciùs grata diſcipulorum filiorumq; memoria funebres aman-
tiſſimo parenti honores exhibuit religioſiſſimé, quos Angelorum acci-
nentium ab omnibus palam exaudita melodia cumularet. Et verò inſo-
lentem illam animi deiectionem oſtentis ac miraculis deinceps quaſi
vlturi ſuperi, proſecuti ſunt; dum tranſlato dehinc corpore *ad S. Salua-
toris* Monaſterium S. Genulphi inuocata pié ope, arreptitij Dæmoni
erepti, linguæ vſu aliorumque membrorum priuati non pauci eorumdé
vſui, & iam deſperatæ varios ob morbos valetudini ſunt bene multi reſ-
tituti quorum nomina, actorumque ſeriem habet M. S. codex Pariſiēſis
ſed paulo fuſius quàm vt hoc loci cùm breuitati ſtudemus attexere pre-
tium operæ videatur.

Poſt mortem miracula.

Ignoratur qui Genulpho proximé ſucceſſerit,

IGNORANTVR autem Epiſcopi S. Genulphi ſucceſſores, ſi qui 18
proximé poſt fuerint; aut ordinis iàm cœpti interruprio fuit vſque ad
Exuperij noſtri tempora annos fere 40.

Virg. lib. 7. Aen.

Fama eſt obſcurior annis,

Tunc verò Chriſtiana fide longé ante orbe Romano conſpicuâ, non potuit Epiſcoporum noſtrorum latere dignitas. Genulphi autem noſtri ætate, tanta clade nomen Chriſtianum, à Decio eiuſque ſucceſſoribus vſque ad *Conſtantinum* Imp. affectum eſt, & profligatū vt niſi ad Rom. Eccleſiam tanquam ad pharum nauis Chriſtianæ, & lumen menſæ Euangelicæ impoſitum, corpuſque ad quod aquilæ aduolarint, veſtigia reflectamus, religionem publicé interpolatam, prope generatim in Galliis fuiſſe à Deciana clade ad dictam ætatem exiſtimandum ſit. Quanquā à priuatis quamplurimis martyria duriſſima perpeſſis a lijſque ſummo numero iis fide conſentiētibus (quippe qui coram Baal genua non flexiſſent) ſyncerè & inuiolatè cuſtodita ſit: Vix tamen in tot Diœceſibus ſuperſtite aliquo Pontifice relicto. Vtque, ne exterorum autoritatem emendicare videar, exploratum id fore puto ex tribus ſcriptoribus Gallicis illuſtriſſimarum trium ſedium Pontifices hiſtoriæ ſuæ miſcentibus, eaque tempeſtate ſolùm nutantibus. *Adone* quidem, qui cum ſedis *Viennenſis* Antiſtites continuò enumeret, interdùm tamen præ vniuerſę huius tempeſtatis iniuria, inſtitutam ſeriem turbare cogitur. Tùm *Gregorio Tur.* ſub Francicæ hiſtoriæ finem, quo prerupté & abſciſſé non-

Epiſcopos, hos ... am Chriſti ... interim im... dit; tollit.

nunquam, quantumuis fuerit ille diligens, deceſſores ſuos Pontifices compellat. *Flodoardo* demùm cuius textus ita hiat in publicis Eccleſiæ calamitatibus, vt deſultorié *Rhemenſium* Epiſcoporum Catalogum operis ſui aditu componat. Ne quis ergo mihi vitio vertat, quòd inſtitutum ordinem tenere non poſſim: præſertim poſt *Albigeorum* & *Caluiniſtarum* peſtes multò grauiores quam fuerit ethnicorum ipſorum ſcelerata ſęuitia: *Reſiduum enim eruca comedit Bruchus* cum ea quę gentilium furori ſubducta monumenta maiorum noſtrorum accuratione fuerant, deiecerint illi poſtmodùm, exuſſerint & labefactarint. lib. 1. cap. 5.

EXVPERIVS.

19 EXVPERIVM vt inter Cadurcenſes Præſules qui poſt Genulphum occurrunt primum collocem facit coniectura ex Auſonij verſibus vbi ſuum illum *Burdigalenſem Rhetorem* ex Rhetore Hiſpaniarum *Præſidem*, ex Præſide *Cadurci placidis tranquillisque moribus SEDENTEM*, ac diem vltimum obeuntem facit Exuperius A. C. 339.

Tempora prædiues finiſti SEDE CADVRCA

Nam à Chriſtiano iàm poëta Epiſcopalem dignitatem SEDEM ἁπλῶς vocitari, quod id temporis ſolenne fuit, facile mihi quis aſſentiatur. Sic enim & Pontius Paulinus Nolanus Præſul, Auſonij diſcipulus in Natali S. Felicis vſurpat *SEDIS* vocem Auſon. in Profeſſo. nu. 18.

Preſbyter & creuit meritis, qui creſcere SEDE *Noluit*

Prudentius *Vſque Epiſcopali* In Cyprian.

Prouehitur ſolum Doctor, capit & Sedile ſummum

Arator *Speculentur vt omnes* ſub finem.

Terrarum Domina fundata cacumina Sedis

Proſper *Peſtem ſubeuntem prima recidit* lib. de Ingratis

SEDES *Roma Petri*

Nec vim in ſola *Sedis* voce facio firmandæ coniecturæ, ſed vero & in hominis meritis & in temporum computo, & in ipſo Cadurci id ætatis ſtatu. Cum enim aſſertore Auſonio poſt eruditionis eximiæ ac geminæ in primis eloquentię data ſigna non pauca, Exuperius Toloſæ primùm honorificentiſſimé exceptus, tùm turpiſſimé præter merita pulſus, Narbone Delmatij filios inſtituendos docendoſque ſuſceperit, inque laboris mercedem ab ijs iam Cęſaribus Hiſpaniæ Præſes fuerit conſtitutus, cùm dehinc tanta nominis claritate vir, Cadurcum petierit, inibique tranquillum vitæ genus ducens, viuendi tandem finem fecerit *SEDE Cadurca*, quid poſſit SEDIS Cadurcenſis nomine aliud aptiùs deſignari quam Epiſcopalis auctoritas? Neque enim ma-

Digitized by Google

giſtratu profano Cadurci perfunctum, iuri dicundo vacaſſe facilé vti credat adducatur is qui Cadurcum illuſtriorum Magiſtratuum Romanorum ſedem nuſquam fuiſſe ſciuerit. In otio verò *placidé tranquilléque,* omni & ſacra & profana dignitate exauctoratum virum tantũ, ſediſſe, extremoſque Cadurci in vmbra ac latebris, duxiſſe dies, longiùs multò abſit à veroſimili, quàm ad ſedem Epiſcopalem euectũ hominem ea ſcientia, auctoritate, morum æquabilitate. Enimuerò inualuerat iàm is mos in Eccleſia, viri vt ſummi ex foro exque tribunalibus, ad Epiſcopales infulas votis ſuffragiiſque omnium raperẽtur quod in Exupetio noſtro haud difficulter contigerit. Commendat eo nomine Auguſtinus Ambroſium ad Mediolanenſem, Sidonius Simplicium ad Bituricenſem, Fortunatus Leontium ad Burdigalenſem euectum ſedem; vt quorum clerus, populareſque, probitatem ac fidẽ in iudiciis, cognitionibuſque capitis perſpectã anteà habuiſſent, eorum arbitrium deinceps expectarent ligandi atque ſoluendi Pontificio iure delato.

Aug. lib. 1. contra Iulia.
Sido. lib. 7. ep. 9.
For. lib. 1. cap. 12. verſuum.
Hildeb. ep. 12. de Elect.

Exuperius hic alius à Toloſano

ATENIM contendit Annalium Eccleſiæ ſcriptor doctiſſimus Exuperium Rhetorem Auſonij elogio celebrem, Toloſanum illum eſſe Antiſtitem, ſanctitate, miraculis, S. in primis Hieronymi commendatione longé notiſſimum; adeò vt Cadurco eripiat laudem, quam tribuat Toloſæ, quia inquit Exuperius Toloſanus, Burdigalenſis patria fuerit iuxtà ac Auſonianus is Rhetor; quia ſtudia eadem coluerit; quia ex Paulino ep. 20. Burdigalæ presbyter fuerit, eâdem etiam ætate: Verùm quia plus veritas apud nos quam auctoritas valet dabit hoc veniæ nobilis ſcriptor ſuum vt Toloſæ Exuperium relinquamus, noſtrum nobis iure, quo qui optimo, æqui ſcilicet arbitri, vindicemus. Nam Toloſanus Exuperius *imitabatur quam maximé Chriſti Domini paupertatem* ex Hieronymi teſtimonio, *ſubſtantiam omnem pauperibus erogabat*, adeo vt *caniſtro vimineo Corpus Domini, Sanguinem vaſe vitreo geſtaret* præ penuria, quam liberalitas in egenos induxerat. At Auſonianus Exuperius prædiues vitam finiuit. Ille Toloſæ extremos dies duxit; Hic Cadurci. Ille nullo magiſtratu profano perfunctus ex eius Actis; Hic Hiſpaniarum præſes. Ille Burdigalæ iam Præsbyterium meruerat ex Paulino antequam Toloſam Epiſcopus concederet; Hic Toloſam accerſitus Rhetoricam docet, tùm Toloſa pulſus Præſes Hiſpaniarum creatur, quo tempore, quî ſacerdotio vnà ſit functus? Cadurci demùm tranquillé ſedet, ac moritur; quæ omnia quam ſunt ab illis diſſita? vt ſileam, ſi tamen ſileri poſſit, ab Auſonio patriæ laudis amantiſſimo nequaquàm tacitum iri *Toloſanum Epiſcopatum* in ſuo Exupetio, nec illam ſanctitatem quã cumulus ceteris laudibus poſſet non paruus accedere. Neque vna nominis patriæ, temporumque conſenſio, vt pote quam cognatio, aut caſus etiam 20

Baron. an. 405. n. 62. & in Martyrol. 28. ſep. lit. g. diſſentit.

Refellitur.

Hieron. Præfa. in Zachar.
Epiſt. 4. ad Ruſti.

Paulî. Ep. 20. ad Amandum.

facile

facile inuchat, teluctante tanta actorum diuerſitate, apud me de duobus vnum fecerint.

21 QVOD ad temporis rationem attinet, fuit Exuperius noſter Toloſano antiquior: Inſtituit enim, teſte Auſonio iam tùm Rhetoricam aliquandiu profeſſus, virili ipſe ætate, Delmatij filios *antequàm Cæſares nuncuparentur*, quæ nuncupatio incidit in annum Imperij Conſtantini 31. Chriſti 336. Toloſanus verò Exuperius anno Chr. 406. floruit poſt annos circitet 70. Cæterum Cadurci ſedere Exuperius ab Anno Chriſti 339. potuit. Cum enim Delmatij, *Cæſares* dicti ſint anno 336, moxque ex Auſonij verbis, Præſidis Hiſpaniarum honorē Exuperio detulerint ab ipſo Conſtantino qui & Cæſarum nomen fratris filijs indulſerat, facilè impetratum; Cùm rurſus poſt Conſtantini Magni obitum qui in annum 337. incidit, diuiſo in tres filios ſuperſtites imperio, Conſtantius Delmatium patrem vnaque Delmatij filios de medio ſuſtulerit eodem etiam anno: vero quam ſimillimum eſt Exuperium Præſidis munere in odium Delmatij nominis continuò priuatum; de prouincia deceſſiſſe, tumque Cadurci ſediſſe. Quare eius Epiſcopalem dignitatem ab A. C. 339. inchoatam ad 370. quod eſt Florentij ſucceſſoris auſpicium tenuiſſe, nullo incommodo fert Chronologicus calculus.

Temporis ratio.

Baro. A. C. 336. n. 24. & 25.

Baro. A. C. 337. n. 53. & 54.

22 ACTA vitæ vnde repetam non habeo aliud quàm Auſonij elogium; cui ſi credimus vti certè debemus in tanta temporum proximitate, fuit Exuperius patriâ Burdigalenſis; eloquentia grandi, forti ac maieſtatis plena, quæ plus naturæ ac nobili indoli, quàm fuco deberet, corporis habitu graui, honeſtoque; ore decoro ac pulchro; munere primùm Rhetor Burdigalæ, tùm Toloſæ, ac deinceps Narbone, vbi & Delmatijs impuberibus adhuc erudiendis præfuit; dehinc in Hiſpaniâ Preſes; tandem in Aquitania Cadurci Præſul; cenſu amplo; moribus placidis, pacatiſque; quæ omnia viuidiùs exprimat penicillo poëtico ipſe Auſonius

Exuperij noſtri laudes.

Exuperi memorande mihi facunde ſine arte,
Inceſſu grauis, & verbis ingentibus, ore
Pulcher, & ad ſummam motuque habituque venuſto;
Copia cui fandi longè pulcherrima; quam ſi
Auditu tenus acciperes, deflata placeret:
Diſcuſſam ſcires ſolidi nihil edere ſenſus.
Palladia primùm toga te venerata Toloſa,
Mox pepulit leuitate pari. Narbo inde recepit.
Illic Delmatio genitos, fatalia regum
Nomina, tum pueros, grandi mercede docendi
Formaſti, Rhetor, metam prope puberis æui.
Cæſareum qui mox indepti nomen, honorem

Auſon. in Profeſſor. num. 18.

Præſidis, Hiſpanumque tibi tribuere tribunal.
Decedens placidos mores, tranquillaque vita
Tempora prædiues finiſti SEDE CADVRCA
Sed patria te iura vocant, & origo parentum
Burdigala vt rurſum nomen de Rhetore reddas.

FLORENTIVS.

Florentius an. Ch. 370.

Paulin. ep. 30.

FLORENTIVM Exuperio ſufficio cùm ad eum lib. 4. Epiſtolam ſcripſerit Paulinus Nolanus Epiſcopus hâc epigraphe *Florentio Cadurcenſi Epiſcopo*: quanquam in poſteriore editione variato epiſtolarum ordine careat ea voce *Cadurcenſi* epiſtola *ad Florentium Epiſcopum* ceteras inter trigeſima. Interfuit Valentino Concilio in Tranſalpina Gallia Florentius noſter anno ſalutis partæ 374. æra 413. ſub Damaſo I. Valentiniano, & Gratiano Imperantibus, Gratiano III. & Equitio COSS. ad 4. Id. Iul. Quin & numeratur tertius in albo Epiſcoporum 21. qui in Actis Valentini Concilij ad reliquos Galliarum Epiſcopos, quid inibi ſtatutum fuiſſet vnis litteris ſcripſerunt, ſcilicet 1. de Digamis & internuptæ maritatis non initiandis. 2. De deuotarum Deo puellarum poſt ſacrilegas nuptias pœnitentia. 3. De lapſorum ad profana ſacra poſt Baptiſmum, perpetua ad mortem vſque pœnitentia. ac 4. tandem De ijs quos vel propria (etiam falsò confiſta, & deuitandi honoris nomine) vel aliena accuſatio mortalis ſceleris palam notaſſet, ad Epiſcopatus Cathedram minimè deinceps promouendis. 23

Tomo 1. Conciliorum

Intereſt Cócilio Valentino: quid ibi ſtatutum.

Florentij commendatio.

Doctrina. Eloquentia.

Epiſcopalis dignitas.

Conſtantia in docédo.

Suauitas

ep. 4.

NVMERATVR itidem tertius inter eoſdem Coëpiſcopos 21. in laudati Concilij litteris *ad Foroiulienſem Eccleſiam*: qui ordo conſtãs quanti iam fuerit Gallia tota Antiſtes noſter ſatis ac ſuper demonſtrat. Accedit & diſerta Paulini commendatio, *eius eloquia ſancta & ſicut argentum purgatum examinata*, venerantis; tùm addit: *De ſtillicidijs labiorum tuorum guſtauimus quàm ſuauis ſit in te dominus, qui factus es & poſitus in caput populi, electus ex ouibus in virum gregis. Deus te in ſortem Apoſtolorum ſuorum dignatus aſſumpſit, vt eorum arte hominum piſcator exiſteres, & de amaris ac profundis huius ſeculi fluctibus viuificandam potiùs quam perimendam Deo prædam, hamo verbi ſalutaris extraheres; quod vtique quotidie facis. Proculdubio per manſuetudinem Ouis, & Agni innocentiam, paſtor eſſe meruiſti. Memorem te noſtri Deus perpetuò faciat; omnibus Orationibus tuis &* Oblationibus *curam noſtræ ſalutis immiſceat, ne &c.* Facit hic laudũ cumulus (nec obſtat temporis ratio) vt hunc Florentium noſtrum eum facile aſſentiar quem S. Hieronymus honorificentiſſimis litteris 24

ſalutat,

ſalutat, *Quantus*, inquit, *Beatitudinis tuæ rumor diuerſa populorum ora compleuerit, hinc poteris æſtimare, quod ego te antè incipio amare quàm noſſe. Vt enim ait Apoſtolus quorundam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium: ita è contrario tuæ dilectionis fama diſpergitur, vt non tàm laudandus ſit ille qui ſe amat, quàm ſcelus putetur facere ille qui non amat. Prætermitto innumerabiles, in quibus Chriſtum ſuſtentaſti, paviſti, veſtiſti, viſitaſti.* Vt ſileam epiſtolâ
Eleemoſynæ.
proximâ inferiore, Galliarum ciuitates aliquot Gallo homini, meritiſſimè numeratas cenſeri. Habc igitur auctoritate firmatam inconcuſsâ Præſulis noſtri peritiam, vim in dicendo, in docendoque inflexam patientiam, morum æquabilitatem, in egenos iuuandos (quæ præclariſſima animi dos vt paſſim in decurſu notabis, hæreditario quaſi iure in noſtris eminet Antiſtitibus) effuſum caritatis ſinum. ep. 5.

25 ATENIM longiſſimè abeſt hic noſter à commendatiſſimo illo Florentij ætas
Florentio Præſule Viennenſi quem Chronographi ad annum Chriſti *Ado. in Chron.*
241. referunt quo tempore nec in Valentino Concilio plus centenis annis poſteriore, ſub Damaſo I. ſedere potuit, nec à Paulino Hieronymoque ætate multò inferioribus ſalutari. Differt & ab Florentio altero Patricio qui Theodoſio Imperante floruit, varias legationes pro re Chriſtiana obiuit, Carthaginenſi Concilio ſub Innocētio interfuit, Paulini etiam ætate vixit; nam is Cadurci non ſedit, vt
ille noſter ex Paulini teſtimonio; & qui anno Chr. 439. adhuc *Baro. eo anno*
magnâ erat apud Imperatorem gratiâ, vix potuit Concilio Valentino iam tunc florentiſſimus ante annos fere 70. Epiſcopus intereſſe. Cui Concilio hic noſter & adeſſe potuit & ab Hieronymo tùm vigente, nec non à Paulino iuniore quidem multò ſed tamen iam ea ætate nominato cum ea qua vidimus obſeruantię ſignificatione conſalutari: Conſtabit quippe horum omnium computus, ſi Florentius Cadurcis circa 370. annum præeſſe cœperit, ſubque ſeculi eiuſdem finem meritis ac ſanctitate clariſſimus vita ceſſerit, Paulino adhùc ſuperſtite à quo & cum Florentij ſucceſſore Alithio inita confeſtim amicitia fuerit. Cæterùm pręter Cadurcenſem noſtrum, Florentium alium qui adeſſe potuerit Valentino Concilio inter Gallicanos Epiſcopos haud occurrat.

ALITHIVS.

26 ALITHIVS (ſiue ALETHIVS ſi græcam vocem latino idiotiſmo Alithius an. Chr
dones) ſine temporum hiatu, Florentium ſequitur. Aſtruo frag- 400. ad 440.
mento Paulini quod apud Gregorium Turonenſem lib. 2. ſect. 13. habetur in hæc verba, *Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes*,

vel Exuperium Toloſa, vel Simplicium Vienna, vel Amandum Burdigala, vel Drogenianum Albiga, vel Dynamium Engoliſma, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, *vel nunc Pegaſium Petrogorijs; vtcunque ſe habent ſeculi mala, videbis profectò digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes.* Cum enim Paulino notus fuerit ſeculi quarti initio iam florenti; cùm itidem in eadem ſerie cum

Baron. an. 406.

Exuperio Toloſano Præſule quem anno Chriſti 406. ſediſſe Toloſæ conſtat, numeretur, facile conficias præfuiſſe Cadurcis Alithium in ipſis ſeculi quarti auſpicijs: Eundem hunc Alethium appellari autumo à Paulino, variatâ tantiſper ex græco etymo non tàm appel-

epiſt. 32.

latione quàm vocis prolatione. At quem virum? Ex ipſis Nolani Antiſtitis verbis addiſcas peruelim, quàm in egenos profuſus, quàm in defunctorum animas pius, antequam etiam Epiſcopali dignitate fulgeret, cùm Romæ adhùc ditiſsimus, Ruffinę coniux, Paulæ Magnæ gener commoraretur: ſic hominem Paulinus alloquitur, *Patronos*

Alithij eleemoſynæ.

animarum noſtrarum pauperes qui totâ Româ ſtipem merìtant, in aulam Apoſtoli congregaſti. Quàm lætum Deo & ſanctis Angelis eius de hac tua (vt dici ſolet) pera, ſpectaculum ſacer editor exhibebas! quanto ipſum Apoſtolum attollebas gaudio cum totam eius Baſilicam denſis

Erga S. Petrũ obſeruantia.

inopum cœtibus ſtipauiſſes. Tuum os benedictione plenum eſt; cuius diuitiæ vbera pauperum ſunt; cuius domus hoſpitium Chriſti eſt: qui non iacere mendicum ante ianuam tuam, epulante te, ſuſtines: ſed contrà tectis tuis latus inducis aut tecum epulaturum, aut etiam ieiunante te ſaturandum. Tibi felix à peccatis egeſtas, & beata in virtutibus opes ſunt. Spiritu Dei diues es, & tuo pauper. Et rurſus *Sua cuique parti debita perſolniſti; Lacrymas corpori fundens* (defunctâ vxore Ruffinâ recens nuptâ) *eleemoſynas animæ infundens: Benedictæ coniugis animam refeciſti, in illam tranfundente Chriſti manu, quæ tuâ pauperibus erogantur. Habes iam in Chriſto magnum tui pignus & ambitioſum ſuf-*

Suffragia pro defunctâ côiuge.

fragium; Coniugem quæ tibi tantum gratiæ in cœleſtibus parat, quantũ tu illi à terrenis opulentiæ ſuggeris, non illam luxibus caſſis honorans, ſed viuis muneribus accumulans, quibus illa nunc gaudet: Iamque illi

Stirps, Agnatio.

huius operis tui vſus in fructu eſt, cuius adhuc tibi munus in ſemine. Illa coniux fidei, ſoror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, ſoror Euſtochium, tu maritus. Hunc viduatum vxore Ruffina, ante

Temporis ratio.

omnem ſuſceptam ſobolem, ad Cadurcenſem ſedem miſſum conijcias ex nomine, ex tempore quo vixit, ex commendatione Paulini cui Alithium conſtat fuiſſe & cariſſimum, & ex fama notiſſimum ex priua amicitia ab eodem Paulino cum Florentio Alithij deceſſore initâ, qualem ſupra probauimus *num. 23. & 24.* ex ipſa etiam virtutis at probitatis fama.

ALIVS

27 ALIVS eſt hic an Alithius noſter, an Alethius, tùm ab illo *Latino Alcimo Alethio* Rhetore, Burdigalenſi, de quo Burdigalenſis vates in Profeſſoribus ſecundâ ſede, cui Sidonius in dicendò fortitudinem tribuit; tùm *ab Alethio Minervio* quem ſextũ inter profeſſores iàm laudatus laudat Auſonius. Nam primus ille poſterioris pater ex Hieronymi Chronico ſuperioribus claruit temporibus anno Chr. 360. & ſi Epiſcopalibus inſignitus foret infulis vix id Auſonio aut ignotum aut prudenter omiſſum in tanto patrij nominis ampliandi ſtudio. Alter etſi in eandem cum Alithio noſtro ætatem pene incidat, tamen magna vix dum puber eloquentiæ eruditioniſque fama patri & par & ſuperior, præcoci morte raptus eſt ex ipſius Auſonij verſibus vt Cadurci ſediſſe Epiſcopus neutiquam poſſit ſpei maiorum dignitatum præreptus.

Alithij plures.

Auſon. in Profeſſ. r. Sido. lib. 5. ep. 10.

S. CAPVANVS.

28 CAPVANVS *Alithium* ſequitur continenti etiam ſi vis & nihil abruptâ ſerie Cùm enim Alithii ſedes ad annum 400. cœperit Florentio ſublato; facilè eadem ad 440. circiter tenere potuit, vt & illa Paulini Nolani, quem Alithius familiarem, æqualem & laudum præconem egregium nactus eſt ad 432. Paulino iam duodeoctogeſimum nato, extremum. Dinceps verò Capuanum ab anno circiter 440. Cadurci ſediſſe, his ex hiſtoria ſacra argumentis conficio. S. Sacerdos Lemouicenſis Antiſtes ex Democharis tabulis triceſimus, circa annum 515. claruit, iàm grandi natu, grandiore famâ; cuius Martyrologi meminere omnes 4. Maij. At is adhùc puerulus, & pene infans, Capuano noſtro iàm tùm Epiſcopo traditus eſt, præceptis exempliſque ad omnem honeſtatem inſtituendus informāduſque. Multis igitur annis ante ſeculi quarti finem educatore præceptoreque Capuano Antiſtite Sacerdos vſus fuerit neceſſum eſt. Quid ergo vetet Alithio circa annum 440. ſuffectum aſſerere Capuanum, qui ſub Epiſcopatus ſui exitum anno forte 480. Sacerdotē ritè ſacris diuino etiam monitu initiarit quem ante dudùm à puerilibus annis priuatim eductum inſtitutumque apud ſe habuiſſet? Equidem non ita exactè notata interſtitia, auſpicia, exituſque Epicoporum ad nos tranſmiſit vetuſtas, vt certò poſſimus omnia in ſuum annum conijcere; At cùm ipſam Antiſtitum ſeriem antiquitatis monumentis compronatam habeamus, noſtrum eſt coniectando (quando aliter non poſſumus res ſenij tenebris immerſas & cladium innumerarum quas Chriſtiana Reſp. ab fidei hoſtibus toties paſſa eſt malo penè deletas aſſequi) quid rationi temporum, & ſeriei noſtræ

S. Capuanus ab A. C. 440. ad 480.

Martyrolo. Rom. Baron. Molan. ad Vſuar.

Temporis ratio

vel Exuperium Toloſa, vel Simplicium Vienna, vel Amandum Burdigala, vel Drogenianum Albiga, vel Dynamium Engoliſma, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, *vel nunc Pegaſium Petrogorijs; vtcunque ſe habent ſeculi mala, videbis profectò digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes.* Cum enim Paulino notus fuerit ſeculi quarti initio iam florenti; cùm itidem in eadem ſerie cum Exuperio Toloſano Præſule quem anno Chilſti 406. ſediſſe Toloſæ

Baron. an. 406.

conſtat, numeretur, facile conficias præfuiſſe Cadurcis Alithium in ipſis ſeculi quarti auſpicijs: Eundem hunc Alethium appellari autumo à Paulino, variatâ tantiſper ex græco etymo non tàm appel-

epis. 38.

latione quàm vocis prolatione. At quem virum? Ex ipſis Nolani Antiſtitis verbis addiſcas peruelim, quàm in egenos profuſus, quàm in defunctorum animas pius, antequam etiam Epiſcopali dignitate fulgeret, cùm Romæ adhùc ditiſsimus, Ruffinę coniux, Paulæ Magnæ gener commoraretur: ſic hominem Paulinus alloquitur, *Patronos*

Alithij eleemoſynæ.

animarum noſtrarum pauperes qui totâ Româ ſtipem meritant, in aulam Apoſtoli congregaſti. Quàm latum Deo & ſanctis Angelis eius de hac tua (vt dici ſolet) pera, ſpectaculum ſacer editor exhibebas! quanto ipſum Apoſtolum attollebas gaudio cum totam eius Baſilicam denſis

Erga S. Petrũ obſeruantia.

inopum cœtibus ſtipauiſſes. Tuum os benedictione plenum eſt; cuius diuitiæ vbera pauperum ſunt; cuius domus hoſpitium Chriſti eſt: qui non iacere mendicum ante ianuam tuam, epulante te, ſuſtines: ſed contrà tectis tuis latus inducis aut tecum epulaturum, aut etiam ieiunante te ſaturandum. Tibi felix à peccatis egeſtas, & beata in virtutibus opes ſunt. Spiritu Dei diues es, & tuo pauper. Et rurſus *Sua cuique parti debita perſoluiſti; Lacrymas corpori fundens* (defunctâ vxore Ruffina recens nuptâ) *eleemoſynas animæ infundens: Benedictæ coniugis animam refeciſti, in illam tranfundente Chriſti manu, quæ tuâ pauperibus erogantur. Habes iam in Chriſto magnum tui pignus & ambitioſum ſuf-*

Suffragia pro defuncta cõiuge.

fragium; Coniugem quæ tibi tantum gratiæ in cœleſtibus parat, quantũ tu illi à terrenis opulentiæ ſuggeris, non illam luxibus caſſis honorans, ſed viuis muneribus accumulans, quibus illa nunc gaudet: Iamque illi

Stirps, Agnatio.

huius operis tui vſus in fructu eſt, cuius adhuc tibi munus in ſemine. Illa coniux fidei, ſoror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, ſoror Euſtochium, tu maritus. Hunc viduatum vxore Ruffina, ante

Temporis ratio.

omnem ſuſceptam ſobolem, ad Cadurcenſem ſedem miſſum conijcias ex nomine, ex tempore quo vixit, ex commendatione Paulini cui Alithium conſtat fuiſſe & cariſſimum, & ex fama notiſſimum ex priua amicitia ab eodem Paulino cum Florentio Alithij deceſſore initâ, qualem ſupra probauimus *num.* 23. & 24. ex ipſa etiam virtutis at probitatis fama.

ALIVS

27 ALIVS eſt hic an Alithius noſter, an Alethius, tùm ab illo *Latino Alcimo Alethio* Rhetore, Burdigalenſi, de quo Burdigalenſis vates in Profeſſoribus ſecundâ ſede, cui Sidonius in dicendo fortitudinem tribuit; tùm *ab Alethio Minervio* quem ſextũ inter profeſſores iàm laudatus laudat Auſonius. Nam primus ille poſterioris pater ex Hieronymi Chronico ſuperioribus claruit temporibus anno Chr. 360. & ſi Epiſcopalibus inſignitus foret infulis vix id Auſonio aut ignotum aut prudenter omiſſum in tanto patrij nominis ampliandi ſtudio. Alter etſi in eandem cum Alithio noſtro ætatem pene incidat, tamen magna vix dum puber eloquentiæ eruditioniſque fama patri & par & ſuperior, præcoci morte raptus eſt ex ipſius Auſonij verſibus vt Cadurci ſediſſe Epiſcopus neutiquam poſſit ſpei maiorum dignitatum præreptus.

Alithij plures.

Auſon. in Profeſſ. *Sido. lib. 5. ep. 1*

S. CAPVANVS.

28 CAPVANVS *Alithium* ſequitur continenti etiam ſi vis & nihil abruptâ ſerie Cùm enim Alithii ſedes ad annum 400. cœperit Florentio ſublato; facilè eadem ad 440. circiter tenere potuit, vt & illa Paulini Nolani, quem Alithius familiarem, æqualem & laudum præconem egregium nactus eſt ad 432. Paulino iam duodeoctogeſimum nato, extremum. Dinceps verò Capuanum ab anno circiter 440. Cadurci ſediſſe, his ex hiſtoria ſacra argumentis conficio. S. Sacerdos Lemouicenſis Antiſtes ex Democharis tabulis triceſimus, circa annum 515. claruit, iàm grandi natu, grandiore famâ; cuius Martyrologi meminere omnes 4. Maij. At is adhùc puerulus, & pene infans, Capuano noſtro iàm tùm Epiſcopo traditus eſt, præceptis exempliſque ad omnem honeſtatem inſtituendus informãduſque. Multis igitur annis ante ſeculi quarti finem educatore præceptoreque Capuano Antiſtite Sacerdos vſus fuerit neceſſum eſt. Quid ergo vetet Alithio circa annum 440. ſuffectum aſſerere Capuanum, qui ſub Epiſcopatus ſui exitum anno forte 480. Sacerdotẽ ritè ſacris diuino etiam monitu initiarit quem ante dudùm à puerilibus annis priuatim eductum inſtitutumque apud ſe habuiſſet? Equidem non ita exactè notata interſtitia, auſpicia, exituſque Epiſcoporum ad nos tranſmiſit vetuſtas, vt certò poſſimus omnia in ſuum annum conijcere; At cùm ipſam Antiſtitum ſeriem antiquitatis monumentis comprobatam habeamus, noſtrum eſt coniectando (quando aliter non poſſumus res ſenij tenebris immerſas & cladium innumerarum quas Chriſtiana Reſp. ab fidei hoſtibus toties paſſa eſt malo penè deletas aſſequi) quid rationi temporum, & ſeriei noſtræ

S. Capuanus ab A. C. 440. ad 480.

Martyrolo. Rom. Baron. Molan. et Vſuar.

Têmporis ratio

protelandæ vtilius vtroque proximius videatur indigetare, donec litteratorum induſtria ex vetuſtatis ſitu compertius quid eliciat extundatque.

Sanctoralis p. 4. in Sacerdote cap. 2.

CÆTERVM quæ de Sacerdote (S. *Sadroc* vulgus Lemouicum appellitat) Capuanóque diximus deprompta ſunt ex *Lemouicenſi* iuxta ac *Petracoricenſi Breuiario*, quibus attexo *Guidonis* nondum typis publicati verba luculentiſsima in eandem ſententiam. *Traditus eſt*, inquit, *puer* (Sacerdos) *S. Capuano Cadurcenſi Epiſcopo, viro inter præſules Aquitaniæ præcellenti, vt eum litteris & Chriſtianâ inſtitueret diſciplinâ, ſic igitur noua dignitate, parentum nobilitate, dono regio, ſanctique Præſulis miniſterio dilectus Domini Sacerdos decoratus eſt in infantia. Tranſactis denique annis puerilibus, dum doctrina ſalutari inſiſteret, & pubeſcentes annos maturitate tranſcenderet, cœpit cunctos coætaneos ſuos virtutum præconijs præcellere. Vnde Venerabili Capuano ſub cuius degebat magiſterio admodum charus erat, & ei ſemper aſſiſtens doctrinam quam ab eo hauriebat in ſuo pectore recondebat. Aſtutiam eius ſimplicitas commendabat, & vrbanum eloquium modeſtia temperabat. Cum autem iam metas attingeret iuuentutis, in ipſa feruenti ætate cœpit caſtitatis amator exiſtere, mundique delectamenta ſpernere. Memoratus autem Capuanus Epiſcopus per Angelicam admonitionem ordinauit eum Leuitam, poſt quam ordinationem cœpit magis virtutum iubare clareſcere.* Ex quibus verbis erue interim Capuani noſtri encomia, & vitæ ſanctiſſimæ acta: Nam & *Sancti* prænomine inſignitum vides, (quod idem in laudatis Breuiarijs adiunctum eſt) ſanctitate morum adſtipulante (quæ Sacerdoti Lemouicenſi germana fuerit magiſterium ſanctitatis) & eruditione eximium; & luculentâ fama inter *Aquitanos Præſules* celeberrimum; & diuinis Angelorum colloquijs dignum; & quæ non parua ſit in Deum illuſtris amoris nota, eo vſque omnibus Chriſto adiungendis intentum vt homo id ætatis, auctoritatis, famæ, dignitatis, pueros, etiam procul accerſitos litteris imbuendos ſuſciperet, quò bonorum morum & probitatis ſuccum altiùs in pueritia imbibendum vna cum ipſis ſcientiarum elementis aſſiduè inſtillaret. Dignam ſanè tanto præſule curam, quam nec ipſi ſummi Pontifices vti de Sixto II. Genulphi educatore iam docuimus, nec nobiliſſimi occupatiſſimique Antiſtites Eccleſiæque doctores Nazianzenus, Baſilius, Hieronymus, Gregorius Magnus alijque ſuâ indignam opera exiſtimarint. 29

Capuanus S. Sacerdotē inſtituit ſanctiſſimé.

S. Sacerdos initiatur à Capuano, Angelico monitu

Pueros docet.

BOETIVS.

Boëtius A. C. 480. ad 507.

BOETIVS an BOETHIVS Capuano ſuccedit vt ex actis *Aurelianenſis I. Synodi* plus quàm compertum facio. Cum enim in 30

Alaricum Gothum Arianum principem *Euarico* Ariano itidem genitum, *Aquitania* potitum, moturus eſſet *Clodoueus Galliæ inter Chriſtianos Reges primus*, ſiue vt eſt apud *Caſſiodorum* ob nonnullas quæ interceſſerant verborum acerbiorum contentiones, ſiue vt eſt apud *Grego. Turon.* Catholicæ fidei propugnandæ, Arianæ expugnandæ, ſtudio; ab numine belli primordia ducenda ratus, *S. Rhemigij Rhemenſis Antiſtitis ſuaſu* Synodum Epiſcoporum Galliæ trium ſupra triginta, *Aurelianum* (olim *Genabum*) conuocat, quò Eccleſiæ ritibus, immunitatibus, moribus ſanctè proſpiciatur, placandis e a pietate ſuperis, & in belli ſubſidium pertrahendis. Peractâ feliciſſimè ſynodo, Eccleſiaticiſque rebus inibi pientiſſimè conſtitutis, Rhemenſis Antiſtitis ſacrâ prece munitus, & propheticâ victoriæ ſponſione animatus Rex Alaricum eodem anno apud Pictauos inuadit, fugatiſque Gothis interficit. Iam vt ad noſtra veniamus, Aurelianẽſi Concilio *Boëtius Cadurcenſis Antiſtes* ſubſcripſit tertius (quem ſupra in *Florentio* ordinem ad dignitatem facere nonnihil, notabamus) Ita quippe habet ſubſcriptio, *Auentinus Dinienſis metropolis, Adelphius Rauracenſis. Boëtius Cadurcenſis, Cyprianus Burdegalenſis &c.* Incidit vero Aurelianenſis ſynodus morſque Alarici in Annum Chriſti 507. Anaſtaſij Imp. 17. Theodorici Regis 15. æra 544. ex Iſidoro: ſedit ergo Cadurci præſul eo anno Boëtius, qui vt ſine hiatu poſt Capuanum ſtatuatur ab anno 480. ad hæc tempora Cadurcenſi Eccleſiæ præeſſe nullo negotio potuit. Aliud quod de hominis virtutibus, præclariſque dotibus ſubdam, non ſuppetit ex antiquitatis penu.

Caſſiodo. Var. li. 3. ep. 1. & 4. & lib. 1. ep. 24. Turon. lib. 2. hiſto. Franc. c. 37.

Hincmar. in geſtis S. Rhemigij.

Subſcribit Concilio Aurelianẽſi I. ſub Symmacho Clodouei Regis 23. anno.

Conciliorum Tom. 2. Iſidor. Chron. Goth.

SVSTRATIVS.

31 SVSTRATIVM nomine *Cadurcenſis Epiſcopi*, ſubſcripſiſſe comperio *Aurelianenſi Synodo II.* ab Epiſcopis 30. habitæ anno *Childeberti Regis* 22. ſub initium *Syluerij Papæ*. Cùm autem Childebertus anno Chriſti 514. Clodoueo ſucceſſerit, ſubſcriptionem hanc in annum Chriſti 536. *Iuſtiniani Imperatoris* 10. incidiſſe oportuit. Quadriennio poſt, *Childeberti Regis* anno 26. Chriſti 540. *Vigilij Papæ* I. *Iuſtiniani Imp.* 14. *Vincentium* Præsbyterum à Suſtratio miſſum *Aurelianenſem Synodum III.* Epiſcoporum 25. ſubnotaſſe patet ex his Actorum verbis, *Vincentius præſbyter directus à Domino meo Suſtratio, Epiſcopo Eccleſiæ Cadurcenſis, his Conſtitutionibus conſenſi.* Facilè verò tenere potuit Suſtratij ſedes, ad *Leucadium* vſque qui anno Chriſti 553. ſediſſe certò comperitur, potuitque ante aliquot annos Epiſcopale munus auſpicari; immò ab anno Chriſti 507. qui forte Boëtij finis, fuerit ad A.C. 545. in quem incidat facilè *Leucadius* ſucceſſor,

Suſtratius ab A.C. 507. ad 545

Adeſt Synodo Aurelian. II. per ſe: III. per Vicarium.

Tomo 2. Concil.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

perſtitiſſe. Alia eius Acta non ſuppetunt.

LEVCADIVS.

Leucadius ab A. C. 545. ad 565.

Adeſt Aurelian. Synodo V. *ex Tomo 2. Concil.*

LEVCADIVS (*Maximum* vocitabant) *Aurelianenſi V. Synodo* Epiſcoporum 50. interfuit, ſubſcripſitque vti ex Actis conſtat. Ea cum anno *Childeberti Regis 38.* coacta ſit, ad annum Christi 552. Vigilij Papæ 13. Iuſtiniani Imp. 26. referenda eſt, quo & Leucadius noſter cum ceteris ſubſcripſerit V. Kal. Nou. hac ſolenni formulâ, *Leucadius Maximus Eccleſiæ Cadurcenſis Epiſcopus ſubſcripſi.* Iam commemorata *Maximi* nuncupatio non difficulter perſuadet vt præclaris dotibus. Antiſtitem aſſeram, quarum foret recordatio ſcribenti pergrata, legenti periucunda: At graues totâ Galliâ motus paulò poſt conſecuti, vti infra poſt *Deſiderij* vitam comprobaturi ſumus, é doctorum ſcriniis facilé omnem memoriam, graui populatione abraſerunt. 32

S. MAVRILIO.

Maurilio ab A. C. 565. ad 583.

lib. 5 hiſt. c. 42.

Baron. A. C. 583 nu. 57.

Aug. de Sanctis ſerm. 45.

lib. 5. c. 42.

MAVRILIO ſeu vt alij appellant *Maurilius*, inſignis omnino quà virtutibus, quà ſanctiore litteraturâ Antiſtes ſine vllo interruptæ ſeriei Epiſcopalis hiatu in defuncti deceſſoris locum ſuccedit, vtpote qui ſub Chilperico & ſediſſe dicatur à Gregorio Turonenſi & ſub eiuſdem regno ſanctiſſimé demortuus. Cum enim in annum Chriſti 574. regis Chilperici auſpicia incidant, ſub illud tempus ſediſſe immò & paulo ante initiatum Epiſcopali dignitate fert haud ægré temporum computus. Illius etiam mortem Annalium Eccleſiaſticorum celeberrimus noſtro æuo ſcriptor refert ad A. C. 583. quo loci eundem *Sancti* prænomine inſignire nihil veretur. Neque id omnino iniuriâ ſi vitæ ſanctitatem intuearis, & inuictam illam morbi doloribus patientiſſimé ferendis, immò amandis, & velut ioco accerſendis, augendiſque conſtantiam contempleris. Enimuero ſi Hipponenſis præſulis calculo, *Abſque iniuria Sanctorum in perſecutionibus defunctorum dicere liceat, carnem afflixiſſe, libidinem ſuperaſſe, auaritiæ reſtitiſſe, de mundo triumphaſſe, partem magnam eſſe martyrij,* quis ἰσομάρτυρα Maurilionem noſtrum abnuat? Placet Gregorij Turon. ſtylo eius encomia admirabilitatem non mediocrem factura proſequi, inter quæ etiam *Vrſicinum ſucceſſorem* ab eodem ſanctiſſime 33

ſubiectum

ſublectum (neque enim à ſancto viro niſi ſanctus cooptari poterat) lector haud ſegnis obſeruabit. *Maurilio*, inquit, *Cadurcen. vrbis Epiſcopus, grauiter ægrotabat ab humore podagrico, ſed ſuper hos dolores quos ipſe humor commouit, magnos ſibi cruciatus addebat: Nam ſæpe candens ferrum tibijs ac pedibus defigebat, quò facilius cruciatum ſibi ampliùs adderet. Sed cùm Epiſcopatum eius multi expeterent, ipſe Vrſicinum qui quondam Referendarius Vltrogotho reginæ fuerat, elegit. Quem dum adhuc viueret benedici deprecans, migrauit à ſeculo. Fuit autem valde eleemoſynarius* (Maurilio ſcilicet) *in ſcripturis Eccleſiaſticis valde inſtructus, ità vt ſeriem diuerſarum generationum quæ in libris veteris Teſtamenti deſcribitur, quod à multis difficilè retinetur, hic plerumque memoriâ recenſeret. Fuit etiam & in iudicijs iuſtus, ac defendens pauperis Eccleſiæ ſuæ, de manu malorum Iudicum, iuxta illud Iob, Conſeruaui egenum de manu potentis, & inopi cui non erat adiutor, auxiliatus ſum: os viduæ benedixit me, cùm eſſem oculus cæcorum, pes claudorum, & inualidorum pater.* Quæ eadem verba pene deſcripſit *Aimoinus Monachus* (Maurilione tamen in *Maurilium* commutato) ſubdens ipſum Gregorium Turon. ea ætate hæc coram ſpectaſſe, quorum ideò auctoritas fideſque minùs nutent.

Maurilionis acta.

Patientia inuicta.

Vrſicini ſucceſſoris electio.

Eleemoſynæ.

Peritia Scripturarum.

Aequitas.

Pauperum in potentiores patrocinium.

hiſt. Franc. l. 3. c. 34.

S. VRSICINVS.

34 VRSICINVS (*Vrſinum* etiam vocitarunt) Maurilioni deſignanti ſublectus eſt, vti iam vidimus, ex Vltrogothæ reginæ Referendario, quæ dignitas olim in regia Francorum ſumma erat. Interceſſit lis eum inter & Innocentium ex Gabalitanorum Comitatu ad Sedem Ruthenenſem euectum ſuper aliquot Diœceſibus (hoc eſt paroecijs) quas ſuo ſubijciendas pedo non vt antehàc Cadurcenſi, Innocentius querebatur. Et verò eas ab Ruthenenſi Antiſtite receptas ſuffragio Sulpitij Metropolitani, nec non Comprouincialium teſtis eſt Gregorius Turon. *Innocentius*, inquit, *Gabalitanorum Comes eligitur ad Epiſcopatum Rutenenſem, opitulante Brunichilde Regina. Sed adſumpto Epiſcopatu confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ Vrbis Epiſcopum laceſſere cœpit, dicens quia Diœceſes Ruthenæ Eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt vt diuturna intentione gliſcente poſt aliquot annos coniunctus Metropolitanis, cum ſuis Prouincialibus apud urbem Aruernam reſidens, iudicium emaneret, ſcilicet vt Parochias quas nunquam Rutena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet; quod ità factum eſt.* Et poſt paulo, *Sulpitius in ipſa vrbe ad ſacerdotium* (Epiſcopatum Biturigum intelligit) *Gunteramno Rege fauente, præeligitur. Hic valde no-*

Vrſicinus ab A. C. 583. ad 614.

lib. 6. hiſto. fran. c. 38. & 39.

Lis Vrſicini & Innocētij ſuper parochijs in Cōcilio Prouinciali à Metropolitano deciſa.

bilis, & de primis ſenatoribus Galliarum in litteris benè eruditus Rhetoricis, in metricis verò artibus nulli ſecundus, Synodum illam cuius ſuprà meminimus pro parochys Cadurcenis fieri commonuit.

Vrſicinus intereſt Matiſconenſi II. Synodo.

Tomo 2. Concil. Turon. l. 8. c. 20. Baro. A. C. 588. n. 20. ſubſcribit eidem.

INTERFVIT & Vrſicinus noſter *Matiſconenſi* II. Synodo, 35
anno Chriſti 588. *Pelagij* II. *Papæ ij. Regis Gunchramni* 24. ab omnibus qui Regno Gunchramni continebantur Epiſcopis celebratæ, eidemque ſubſcripſit hâc ſolenni formâ, *Vrſinus Epiſcopus Eccleſiæ Cadurcenſis ſubſcripſi.* Quæ ſubſcriptio facit vt ægriùs aliquanto feram quod Gregorius Turon. poſtque illum Baronius nullo alio examine, in ea Synodo ictum eum anathemate tradere vidêtur paulo ſeueriùs: verba Turonenſis hæc ſunt. *Interim dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu Regis Gunthramni apud Matiſcenſem vrbem collecti ſunt*; & poſt paulo, *Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus excommunicatur pro eo quod Guntdobaldum excepiſſe publice eſt confeſſus; accepto huiuſmodi placito vt pœnitentiam tribus annis agens neque capillum neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret, Miſſas celebrare, clericos ordinare, eccleſiaſque & chriſma benedicere, eulogias dare penitius non auderet: vtilitas tamen Eccleſiæ per eius ordinationem, ſicut ſolita erat, omnino exerceretur. Extitit enim in hac Synodo quidā ex Epiſcopis* &c. Atenim ſi in Synodo Excommunicationis gladio ictus fuit Vrſicinus, qui tandem quod vltimum eſt Actorum Synodalium, ſubſcripſit inter cæteros Epiſcopos ſuo ordine ipſi Synodo, eiuſque Actis? num excommunicationis latæ ſententia ius ſeſſionis ſubſcriptioniſque ademiſſet, ſuſpendiſſetúe? Itaque vt ne à Gregorij ea ætate florentis ſuffragio omninò diſcedam, Comminatoriam excommunicationem niſi reſipiſceret, non iam latam incurſamque vt benigniùs interpreter ea ſubſcriptio vel obluctanti inuitoque ſuadeat.

An & qui excõmunicatus.

Sanctitas Vrſicini

CÆTERVM nihil derogauerit ea fulminis Eccleſiaſtici in- 36
tentatio apud æquum rerum æſtimatorem Vrſicino noſtro de ſanctitatis fama: quippe cùm procliue ſit in huiuſcemodi ciuilibus diſſenſionibus re nondum ſatis compertâ alteri adhærere parti cui fauendum ſine culpa, vel ſi non abſque errore, autumes. Derogaret verò non parùm ſi obſtinatè & peruicaciter reluctanti Antiſtiti, Synodi totius calculo fuiſſent id genus pœnæ non paratæ modò ſed inflictæ. Enimuerò tanta fuit Vrſicinus ſanctitate vt defunctus etiamnum ſummâ pietate colatur annis ſingulis in hacce Diœceſi Idibus Decemb. Extat item Eccleſia Cadurci aliæque complures vicinis circum locis iam olim ſancto noſtro dicatæ, monumentum eximiæ probitatis, argumentum ſanctitatis, ad quas à popularibus eo die tanto Diuo in vota vocando concurritur frequentiſſimè.

Feſta.

Templum.

Virg. 6. Aen.

Nomen & arma locum ſeruant

Fani Cadurcenſis illi ſacri, quamquàm fornices tectumque ſuperſtructum recenti ſunt opere, tamen ſtilobatæ nec non columnæ egregio eóque perantiquo opere in eo collocatæ ſpectantur. Acta alia ſanctitatis vnde ſpeciatim recenſeam non habeo: Tantum addo viri ſanctitatem altis innixam fundamentis olim ante Epiſcopatum etiam ſatis per ſe foras eminuiſſe. Cùm enim Vltrogotha Regina Childeberti vxor pientiſſima fuerit, vti conſtat tùm ex Xenodochio Lugdunenſi ab ea coniugéque condito ſi credimus Aurelianenſis V. Synodi canonj 15. (quamquam mendoſe codex *Vltrothonem* quam alij Vltrogothonem, & Vltrogotham, appellet) tùm ex ieiunijs, vigilijs, precibus aliiſque id genus religionibus ad S. Martini ſepulchrum obitis, quas Gregor. Turon. enumerat; tùm ex illuſtriſſimis nobiliſſimorum auctorum encomijs alijs. Cum inquam eâ fuerit Regina morum integritate, haud quaquam Referendarium penes ſe habuerit niſi exemplo & vitæ probitate conſentientem: quod ipſum ſublegens Vrſicinum B. Maurilio non attendere haud quaquam potuerit. Quod ad temporis computum ſpectat, ſedentem facio Vrſicinum ab anno Chriſti 583. qui fuit morte Maurilii Deceſſoris ſacer, ad annum 624. totos ſcilicet 41. annos. Nam Euſebium Vrſicino ſuffectum annos tantum octo ſediſſe; ſubque auſpicia Dagoberti Regis anno ſcilicet Chriſti 632. vita functum iam nunc certo docebimus; Vnde omninò fiat demptis octo Euſebii annis reliquum tempus ad annum circiter 624. Vrſicino relinquendum.

Vltrogothæ pietas.

Turon. lib. 1. miracul. S. Martini c.12 Fortun. lib. 6. paſſim. Aimoi. l. 4. c. 10. Vita S. Bathildis l. 2. c. 29. apud Surium.

Ratio Tẽporis. Sedet annos 41.

EVSEBIVS.

37 EVSEBIVM Vrſicino ſubſtitutum comprobat *Sanctorale Cadurcenſe* peruetuſtum illud, nihilque dubiæ apud nos fidei, die 15. Nou. in Actis S. Deſiderii, hiſce verbis, *Deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor qui ſeptem vel amplius annis Pontificio iure optimé gubernato, à perfidis & ſceleſtis illius ciuitatis incolis interemptus eſt. Quod facinus Dagobertus Rex impunitum non reliquit. Nam alios capite truncari, alios in exilium mitti, alios perpetuâ, ob hoc, ſeruitute (quod in hunc vſque diem obſeruatur) condemnauit.* Quibus etiam ex verbis conficias, octo circiter annos ſediſſe Euſebium moribus ac Pontificii iuris ſynceraa adminiſtratione perceIebrem, quæ probitas integritaſque ſceleſtos aliquot ciues Cadurcenſes quorum forte machinationibus perfidis Præſulis inconcuſſa pietas quaſi hæreditaria poſſeſſio à deceſſoribus accepta generoſiùs obſiſtebat, ad parricidium inexpiabile compulerit. Huius cædis miniſtros Lanios fuiſſe,

Euſebius ab A. C. 624. ad 632.

Sanctitas Euſebij

Cædes illata à ciuibus.

ab optimatib. immiſſos, non ægre aſſentiatur qui in odium & monumentum ſceleris, hodiéque à Laniis Cadurcenſibus, quotannis, die D. ipſi Stephano vrbis ac ſedis patrono ſacrâ, (in quam ſcilicet ſcelus illud inciderit) cultros Lanios aræ principi, primariæ ædis protomartyri dicatæ, ad vtrumque latus imponi nouerit, totumque diem inibi erectos à noſtris conſpici in patrati olim parricidii monimentum odio poſterorum perpetuo confirmandum. Si temporis rationem inquiras, Obiit Euſebius ſub Dagoberti Regno quod ab Anno Chr. 631. ad 647. tenuit: At ſub ipſius initia; iàm ſub Clotario Dagoberti patre inauguratus. Cùm enim S. Deſiderius Antiſtes noſter poſt ſequentē Ruſticum ſufficiendus, creatus fuerit Pontifex anno Dagoberti Regis 8. cumque inter Euſebium hunc & S. Deſiderium, Ruſticus medius aliquandiu fuerit, cum item ſeptem pluréſque annos Euſebius ſederit, conficitur nullo arithmetici calculi errore ſub Dagoberti Regis auſpiciis defunctum, circa annum Chriſti 632. ſub Clotario anno circiter 624. (ad quem vſque Vrſicini ſedem produximus) initiatum fuiſſe. Cæterùm ſi ex Cypriani ſenſu *Non minor eſt martyrij gloria, non publicè & inter multos periſſe, cùm perdendi cauſa ſit propter Chriſtum perire*; quis ceu Martyrem in Sanctorum albo habendum neget Euſebium, qui iniuria cæſus ob ſanctitatem, integritatē, religionemque fuerit? Iniuriâ quidē vtà Dagoberto repetitæ à ciuitate Cadurcenſi & tum temporis & in perpetuum pœnæ comprobant; ob ſanctitatem vero & religionem, vt diei qua cęſus ſolennitas, & illa ad aram (ad quā forte occiſus) Laniorum cultrorum religioſa impoſitio, in pœnam facinoris iuſſa, certius certo indicant. Videat ergo Cadurcū primæuorum morum æmula, quibus Antiſtibus glorìari habeat; Videbunt certe futuri eâdem ſede Pręſules quibus quamque frequentibus virtutis, ac nihil victæ vnquam ſanctimoniæ exemplis, ſeſe habeant inſtituere, atque ad omnes pietatis ac ſanctitatis numeros conformare.

Cædis pœna.

Lanij hodiéque in memoriam & odium ſceleris, ignominioſè mulctati.

Ratio temporis.

lib. 4. ep. 6.

RVSTICVS.

RVSTICVS Euſebium ſequitur, Deſiderium præit, vt fidem facit Sanctorale Cadurcenſe in Deſiderij vita inferiùs ſubiicenda, hoc fragmento, *Defuncto Saluio progenitore Ruſticus poſt Archidiaconatus officium in ciuitate Rutenenſi adeptum, & Palatini Oratorij in Abbatem praſectus, tandem Cadurcenſis vrbis Epiſcopus eſt electus: Deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor*: & quæ ſequuntur inferiùs deſcribenda. Nec diſſentit Lectionarium Moyſiacenſe in Deſiderio item his verbis, *Mortuo pro tempore Ruſtico fratre ſuo germano, Epiſcopo* 38

Ruſticus ab A.C. 632. ad 639.

Fuit Archidiaconus Rutenenſis.

Præfectus Oratorij Palatini.

Caturc. Deſiderius à clero & ciuibus conſenſu Regis electus, in Caturcen. Epiſcopum conſecratur. Porrò iſti noſtro Ruſtico commendanda ſunt patria, parentes, obita munera; Oppido Obrege ortum, nobiliſſimis parentibus ſanctiſſimiſque à quibus & pietatis ſucco altè imbutus ſit in Deſiderii germani fratris actis docebimus, vt & perſunctum Archidiaconatu Rutenenſi, & Palatini Oratorii Abbatia quæ dignitas quanta fuerit, quamque Dagoberto Regi carus ac commendatus fuerit eã obeundã Ruſticus diſcere eſt ex Hincmaro de ſimili Dignitate loquẽte in hæc verba *Apocriſiarius qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatij cuſtos, de omnibus negotijs Eccleſiaſticis vel miniſtris Eccleſiæ, & Comes Palatij de omnibus ſecularibus cauſſis vel iudicijs ſuſcipiendis inſtanter curam habebant: vt nec Eccleſiaſtici, nec ſeculares prius Dominum Regẽ abſque eorum conſultu inquietare neceſſe haberent, quouſque illi prauiderent ſi neceſſitas eſſet vt cauſſa ante Regem meritò venire deberet &c.* Fuiſſe & Ruſticum lutulentã apud Regem famã, vt & totam Ruſtici familiam ex S. Deſiderii actis conſtabit. Hoc vnum addo, quod Flodoardus monet, interfuiſſe Ruſticum Remenſi Synodo cui Sonnatius Remenſis Præſul præfuit euocatis 40. vel eo amplius Galliarum Epiſcopis, conſtituẽdis ad Eccleſiaſticam politiam non inutilibus ſanè ſanctionibus, De Clericis rebellibus gradu proprio omninò priuandis, De Canonibus Synodi Pariſienſis ſub Lothario in Baſilica S. Petri editis, religioſè ſeruãdis, De hæreticis totã Galliã per Epiſcopos conquirendis Eccleſiæque adiungendis. De Excommunicationum Epiſcopalium licentia vſúque moderando, De neganda homicidis niſi ad vitę finẽ poſt actam legitimam pœnitentiam Communione, De Chriſtianis mancipiis Iudæo homini minimè diuendendis. De Clericis ſine litteris Epiſcopalibus in alia Diœceſi minimè admittendis, De bonis Eccleſiæ etiam ad Epiſcopo ſub depoſitionis pœna minimè alienandis, De Clericis ad forũ nullum niſi de Epiſcopi licentia trahendis, déque id genus aliis Catholico Chriſti gregi perutilibus, quæ fuſiùs Flodoardus proſequitur. Eius verba de Ruſtico noſtro ſic habent, *Romulfum ſequitur in Epiſcopatu* (Remenſi *) Sonnatius qui Synodum celebraſſe reperitur cum alijs 40. vel eo ampliùs Galliarum Epiſcopis, vbi etiam S. Arnulphus Melenſium Præſul inuenitur interfuiſſe, cum Theodorico Lugdunenſi, Sendulfo Vienneñſi &c. Vullegiſelo Toloſano, Conſtantio Albienſi, Namatio Ecoleſmenſi, Ruſtico Caturcenſi, Auderico Auſcenſi &c.* Ad Annum Chriſti 639. qui fuit Dagoberti Regis octauꝰ, S. Deſiderij primus, ſediſſe Ruſticum ex modò dicendis in Deſiderio clareſcet, exque temporum computo ſuprà iàm in *Euſebio* inito *numero* 37.

Nobili proſapiã

Regi Dagoberto carus.

Epiſtola 3. cap. 19. & 20.

Quale foret munus Præfecti Palatino Oratorio.

Flodoar. lib. 2. hiſt. Eccl. Rem. c. 5.

Ruſticus intereſt. Remẽſi Synodo; quid in ea actum

Temporis ratio

Digitized by Google

S. DESIDERIVS.

Deſiderius ab A. C. 639. ad 662.

S. DESIDERIVS, (noſtratibus *S. Didier*) eodem anno ſuffragijs 39
vniuerſi populi & Regis Dagoberti calculo

Eligitur, trahitur, ſacratur & arce locatur.

Ruſtico quippe fratri ſublectus eſt. Ita enim idem ipſe litteris *ad Dagobertum* datis ſcripſit: *Conditiones Cadurca Eccleſia cui Deo autore ex iuſſu veſtro praſedeo.* Is antequàm in clerum cooptatus eſſet, *Clotarij Regis arca* aliquot annis præfuerat;

Clotarij II. arcæ præfuit.

Romanâ imprimis eloquentiâ, ciuilique prudentiâ inſtructiſſimus, Tum primùm ad hanc ſedem euectus, Eccleſiæ illius primæ ruinas ſarciendas ratus, necnon cleri reformationi pauperumque alimoniæ, perquàm intentus *Baſilicam D. Stephano loco humili anteà ſacram* in eam operis maieſtatem venuſtatemque quæ etiamnum ſupereſt,

Eccleſiam S. Stephani conſtruxit.

Virg. lib. Æneid.

Religione patrum multos ſeruata per annos

paucis deinde additis, à fundamentis erexit, cœnobitáſque qui in eâ Deo ſacra perpetuò facerent, & ſeruirent, ſtatuit: reliquoſque ſuæ Diœceſis clericos vectigales ijs fore ſanxit. Id partim lectionaria eiuſdem Eccleſiæ probant; Partim verò epiſtolæ D. Deſiderij in poſteros traditæ & nuper in Germania à tenebris erutæ, quibus efflictim & obnixè Grimoaldo Maiori domus, cæteriſque ſummæ in regia autoritatis viris, potiſſimùm autem rei nummariæ præfectis conditiones Eccleſiæ S. Stephani commendat. Ipſa teſtantis Deſiderij verba ſupremis tabulis mandata hoc annuunt hunc in modum: *De præſidio meo omnia ſupellectilia aurum & argentum quod ex ſucceſſione parentum, vel quod in regis aula & ſeruitio principum elaboraui,* S. *mater Eccleſia Cadurcenſis tibi poſſidendum relinquo*: vt de eo, quæ Fortunatus de Vitale cecinit, meritò dicant poſteri.

Teſtamento ſua relinquit Eccleſiæ S. Stephani.

lib. 1. carm. 2.

Fundauit ſtruxit, dotauit, deinde dicauit,
Et meruit templi ſoluere vota ſui.

Quod autem monaſterii Sanctitate Eccleſiam ſuam primariam decorauerit, patet ex *lectionario Monſiacenſi.* Ex quo à me petita, inferiùs hûc transferentur; Tum vox *Monſtié* vernacula quâ Eccleſiam eandem vulgò efferimus abundè probat: Idque à Deſiderio factum more tum receptiſſimo in Eccleſia, *Paulo enim antè monaſterialibus diſciplinis ægrè ſubdebatur, vel populorum ceruicoſitas, vel licentia clericorũ* ex *Sidonij verbis:* Ideóque nec explodendum, nec damnandum Deſiderij inſtitutum fuit cùm cœnobiticam vitam, ſeu monaſticum ſtatum iam ab ipſis Apoſtolis exordium ſumpſiſſe ſcriptores clariſſimi probent,

Eccleſiam primariam Monaſteriũ facit: & quã iure.

lib. 7. ep. 9.

ex Philone, Dionyſio, Clemente aliiſque ſexcentis. Vnde patres in Synodis congregati monachis iura ſanxerint, quòd eos Chriſtianæ reip. partem haud contemnendam facere iudicarent: Et cùm in Oriēte Monaſticæ clericaliſque curæ confuſio, mixturaque à nomine Chriſti ibi audito vſu percalluiſſet; Tamen in occidente ſub Siricio aliiſque Rom. Pontificibus mos ille inductus eſt. Sic enim Ambroſius: *Duo pariter exigi videntur ab Epiſcopo, Monaſterii continentia, & diſciplina Eccleſiæ.* Hæc quippe primus in Occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctæ memoriæ iunxit. *(Is erat Vercellenſis Epiſcopus)* vt & in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret ieiunii ſobrietate. Inde *D. Martino* ex duobus authoribus qui ſolutâ oratione, & totidem qui metricâ eius vitam perſecuti ſunt, ipſique *Auguſtino* haud ægrum fuit ex Monaſteriis ab iis conditis illo quidem Turone, hoc autem in Africa cùm poſtea Hipponenſis Epiſcopus eſſet creatus, in domum Epiſcopi Monaſterium clericorum cōſtituere, vt Auguſtinus dixit de ſeipſo, & cùm communi victu inter Monachos agerent, egere ſemper vt pauperibus alendis ſufficerent, vt inibi Aug. Horum exemplo *Deſiderius* collegium Monachorum in Eccleſia ſua ſanctiſſimè inſtituit.

epiſ. 82.

Sido. l. 9. ep. 3.

Serm. 21. ad Fratres in eremo.

40 EX *Tilio* quoque (quem Varronem gallicanum litteratorum omniū ſuffragiis compellare fas) compertum eſt, *Pragmaticam Clodouei Iunioris* datam Clippiaci anno regni ſui ſexto decimo qui annus fuit Domini 662. Deſiderii noſtri extremus, à Deſiderio ſubnotatam: Annos autē tres & viginti Cadurci ſediſſe Breuiarium Cadurcenſe continet necnon eius vitâ ad Sigeberti *Regis annum decimum ſextum*, vixiſſe ſcriptum eſt. Vnde ab exordio Epiſcopatus vſque ad duo illa temporis indicia ad annum Chr: 662. egiſſe in viuis ſtatuo. Hoc tamen, dum Sigeberti regnū à Dagoberti obitu hoc eſt ab Anno Chr: 647. auſpiceris. Eius porrò corpus aſſeruabatur Cadurci conditum Sarcophago collocato in Sacello, quod ſub. S. Saluatoris nomine in Eccleſia noſtra Cathedrali habetur; verùm adeo nefariè deiectæ eius reliquiæ ſunt ab Hugonotis clandeſtino introitu vrbē potitis, anno ſalutis 1580. vt reſtitutâ illâ Catholicis anno ſequēti ne vel minima earum pars ſuperfuerit. Quaſi verò cineribus Sanctorum cum dedecore conſperſis & in ventum iactatis, Catholicis mentibus auelli poſſint cælitum noſtrorum pietatis veſtigia teſtatiſſima: Immo in dies beatorum opera eluceſcunt, & inuitis & renuentibus diaboli aſſeclis à maioribus traditā nobis diſciplinā in exemplum bene agendi recteque de Chriſto ſentiendi proferuntur. Itaque S. *Deſiderio* manet ſacer apud nos *dies 17. Cal. Decembris*, viſiturque etiamnum ad muros vrbis noſtræ, parrochialis Eccleſia ſub illius nomine ad quā conueniunt quot annis populares noſtri confertiſſimo coetu, neque enim nobis erit ſermo de Eccleſiis in Cadurcenſi ſolo, reliquiſque

lib. de gradibus magnatum Frāciæ cap. de præfectis & vicariis prouinciarum.

Subnotat Deſiderius Pragmaticā Clodouei.

Temporis ratio.

Reliquiæ Deſiderij Cadurci ab Caluiniſtis ut irreligioſè acceptæ

Dies & Templa Deſiderio ſacra.

circumuicinis *Deſiderio noſtro* factis. Extat autem illa vetuſtiſſimâ ſtructurâ fornice tenus compoſita : nam quæ ſuperſtructa, recentiori multò eſt opere, reſcriptoque Paſchalis ſuo loco mandando, commemoratur, necnon diplomate Ramundi Comitis Toloſani dato an Ch. 1225. de quo ad eum annum agetur. Deſiderii autem mores pios, & virtutes præclaras quamquam lectim ſummatimque expreſſas, haurias ex eodem *Moyſiacenſi lectionario* quod externum teſtimonium domeſtico longè fortius omnique exceptione ſit maius, in hæc verba.

Acta S. Deſiderij ex Lectionario Moyſiacenſi. Eius ſtirps. Scientia Præeſt fiſco. Regi fidelis.

DESIDERIVS Cadurcenſis Epiſcopus Obrege Galliarum oppido oriundus, Christianis parentibus atque nobilibus ortus eſt, eruditus in primitiuis & in liberalibus ſcientiis; familiaris & theſaurarius Regis Clotharii & Dagoberti Filii eius effectus eſt; Regi fideliter ſeruiens Domini & populi gratiam conſeruabat, Sceleratorum vitans conſortia monachorum ac religioſorum delectabatur alloquio, prauorum contubernia declinans humilium iungebatur cateruis; Idem ideò ſemper manens per bonam & malam famam, Chriſti tirunculus inoffenſè gradiebatur. Exemplo enim, vitâ & moribus Pauli, Genulphi, Audoeni, & Eligij informatus ſe à ſceleribus deprimens die noctuque orationibus inſiſtebat. Mortuo pro tempore Ruſtico fratre ſuo germano, Epiſcopo Caturc. *Deſiderius à clero & ciuibus conſenſu Regis electus in* Caturc. Epiſcopum conſecratur, *ubi aſſidue Deo ſeruiens & populum ſpirituali & temporali reficiēs pabulo locum proprium & Eccleſias quamplureis conſtruxit, & prædiis locum ipſum dotauit: Monaſterium etiam cum ædificiis neceſſariis & competentibus & Monachis ibi Deo ſeruituris Abbatem inſtituit in quo Monaſterio ſepulturam ſibi propriam elegit: Tempore ſuo religio floruit; nam Moyſiacenſe cœnobium paulò antè regiis expenſis initiatum tempore ipſius à viris laudabilibus* Auſberto & Leotadio *completum eſt competenter. Erat ergo Deſiderius opere iuſtus, mente deuotus, charitate affabilis, in hoſpitalitate præcipue in eleemoſynis largus, in proſperis & in aduerſis ſemper cælo intentus* Sepultus eſt in *Monaſterio quod ipſe conſtruxerat apud Cadurcum.* Hactenus Moyſiacenſia Acta. 41

Malorum deuitat conſortia, bonorū ambit. Orationi pié incumbit.

Ruſtico fratri Epiſcopo Cadurcen. ſufficitur omnium votis.

Populum ſancte paſcit. Templa conſtruit.

Monaſterium S. Stephani ædificat, dotat; tumulo ſuo dedicat.

Eius ætate Monaſterium Moyſiacē. abſoluitur.

Eius virtutes eximiæ.

Acta S. Deſiderij ex ſanctorali Cadurcenſi.

Ortus patre Saluio, Matre Archenefredâ: quos fratres quas Sorores nactus.

Peritiâ quâ, & eloquentiâ.

Fiſco Regis præeſt.

TVM ex Sanctorali Cadurcenſi hæc ad verbum repetita redduntur, *Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus fuit, qui oppido Obrege in extremis Galliæ partibus Aquitaniæque finibus non longè à Prouincia* Narbonenſi *ſito oriundus extitit, Pater eius nobiliſſimus* Saluius *nuncupatus, mater* Archenefreda *nomen habuit: Duo ei fratres fuere Ruſticus & Siagrius Ambæ item ſorores, altera* Solina *altera vocata eſt* Auita. *Deſiderius autem ſumma parentum cura enutritus bonarum litterarum ſtudijs ſe dedidit, in quibus breui temporis interuallo multùm profecit; neque parum tam prudentia Romanæ peritiâ quam linguæ gallicæ eloquentiâ, necnon & latini ſermonis facundiâ profecit: Interea* Lotharius *Francorum Rex Deſiderium palatij ſui Theſaurarium conſtituit qui quotidie ætate, erga regem* 42

fidelitate

fidelitate & in Dei timore creſcebat. Erat enim ingenio admodum felix, erga omnes manſuetus, humilis & beneuolus; pauperes Chriſti diligenter, accuratè, ex animo fouebat, alebat, ac multa eis bona erogabat; Lothario vita functo filius Dagobertus ſucceſſit qui non minus patre Deſiderium amabat. nam Siagrio Deſiderij fratre præmortuo qui ſub eodem rege vrbis Maſſiliæ gubernacula necnon & Albigenſem Comitatum pluribus annis rectè adminiſtrarat, Ipſe Deſiderio præfecturam præbuit: Defuncto autē Saluio progenitore Ruſticus poſt Archidiaconatus officium in ciuitate Ruthenenſi adeptum, & Palatini Oratorii in Abbatem præfectus, tandem Cadurcenſis vrbis Epiſcopus eſt electus: deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor, qui ſeptem vel ampliùs annos Pontificio iure optimé gubernato à perfidis & ſceleſtis illius ciuitatis incolis interemptus eſt, quod facinus Dagobertus Rex impunitum non reliquit: nam alios capite truncari, alios in exilium mitti, alios perpetuâ ob hoc ſeruitute (quod in hāc vſque diem obſernatur) condemnauit. Poſt hoc Regis arbitrio totius Cleri & Ciuium vniuerſorum conſenſu Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus efficitur; Idque Dagoberti Regis Anno octauo, & Heraclii Imperatoris Romani tempore factum eſt; qui munus ſuſceptum ſanctè pié & iuſté geſſit. Anno autem Sigiberti Francorum Regis decimo ſexto condens teſtamentum bona omnia, nempe argentum, omnem ſupellectilem & omnia alia quæ ex parentum ſucceſſione ei obuenerant, vel in regis aula rectè acquiſierat Cadurcenſi Eccleſiæ poſſidenda reliquit, & non multò poſt Baſilicam magnis quadratis atque expolitis lapidibus ornatam ædificari iuſſit, quæ adhuc extat, quam multis bonis dotauit. Poſtmodum ibidem orationibus die nocteque incumbens plurimas opes Chriſti pauperibus impertiebatur, & per quempiam ſibi familiarē ac fidum Aruanum nuncupatum nomine, Scotum, & nullo alio id ſciente ſacculos monetâ plenos multis egenis erogabat. Denique eodem Sigeberti regis anno decimo ſexto. Epiſcopatus autem ſui vigeſimo tertio Deſiderius ſolum paternum Albigenſe petiuit, qui cùm ad Epiſcopatum ſuum reuerteretur, in itinere febre admodum feruente corripitur, poſtea oratione ad Deum fuſa hilari vultu & forti animo miniméque mortis formidoloſo, ſub die 17. Cal. Decembris vltimum vitæ ſuæ clauſit diem: Famuli verò qui eum concomitabantur, corpus eius Cadurcum aſportarunt, Qui cùm Albigenſis prouinciæ rura præteruiſſet, & Cadurcenſis terminos ingredi cœpiſſet, mulier quædam à Dæmonio malé vexata multis clamoribus Corpus Beati viri inſequitur, quod vbi ad oppidum cui vocabulum eſt Milliarcum adlatum eſt, muliere ante feretrum proſtratâ illicò ope diuinâ fugatur Dæmon, & mulier ſana remanſit, quo facto omnes circumquaque ſtantes viſo miraculo laudauerunt Deum, & mulier Deo gratias egit deinde corpus ad Eccleſiam prius inſigni opificio conſtructam deductum, ibidem ſepultum eſt, vbi multis diutiùs claruit miraculis.

Mores optimi.

Fauor apud Regem.

Siagrius frater Maſſiliæ præfect' Albigenſis Comes.

Ruſticus frater Archidiaconus Rutenen. Abbas Oratorij palatini, Cadurcē. præſul poſt Euſebium.

Euſebij cædes; non inultam finit Dagoberti pietas

Temporis ratio.

Teſtamēto bona Eccleſiæ Cadurcen. relinquit.

Eccleſiam ex lapide quadrato ædificat.

Eleemoſynæ inſignes.

Morbus.

Mors.

Reliquiarū Deſiderij vis in Dæmonas.

Sepultura.

Miracula.

SEDES VACAT.

Bella ciuilia, & in Sacerdotes crudelitas, Seriē Epiſcoporum interpolant.

In Dagoberto in-more.

Præfat. Vitæ S. Remigii & ep. 6. c. 19.

lib. 2. c. 12.

lib 4. c. 52. de Eudone.

Adreualdus c. 14.

COGOR hic cæptum ordinem interpolare & hærere vſque ad *Pipini* regnum: Etenim toto regno bellorum ciuilium ingruit calamitas, ac demum in ſacra Sacerdotia profanas manus miſere principes noſtri, quod fere centum annorum ſpatio inoleuiſſe accipimus, ex *Papirio Maſſono*; at longé optimé ex *Hincmaro* qui contentionis inter *Carolum* & *Regemfridum* ſubortæ clades & ſacrilegia his perſtringit. *In Germanicis & Belgicis ac Gallicanis prouincijs religio Chriſtianitatis pené fuit abolita ita vt Epiſcopis in paucis locis reſiduis, Epiſcopia laicis donata, & per eos rebus diuiſa extiterint. Flodoardus* eundem Carolum Epiſcopatus regni Francorum Laicis hominibus, & Comitibus dediſſe aliaque perpetraſſe aſſerit, quæ tantũ principē potius criminentur, & notent, quàm vllâ ex parte clarum reddant; vnde in Aquitaniam belli turbarumque illarum motus confluxerint; vt patet etiam ex ijs quæ *Marianus Scotus* ad A. D. 718. de *Hilprido, Ragnifredo*, & *Vdone Aquitanorum* Duce ſcripſit. Verùm multo pernicioſius malum ob Sarracenorum crebros inſultus & inundationes in Aquitanias eâ tempeſtate ab his factas in Eccleſias noſtras irrepſit, tamq; grauia ab his nomini Chriſtiano inflicta ſunt vt ex *Paulo* & *Eginſano Maſſonus* idem hiſtoriæ ſuæ mandare dignatus ſit: dum his ſubtexas quæ horroris & portentoſi exitij pleniſſima Aimoinus, Adreualdus, Regino ad a. d. 655. & Sigebertus ſuis quæque annis referũt: vt ſi quæ ora gensúe Aquitaniæ belli impetum ſenſerit, tùm ſané Cadurci noſtri immunes illius experteſque minime fuerint; ideóque præſule proprio interea caruerint proſtratis ac pene exciſis Aquitanæ totius regionis vrbibus, populóque internecione deleto: Quare tanquàm Ariadnes filo intra hunc temporis labyrinthum cautiſſimé reſumpto, ad te ô Sancta Petri Sedes recurro, quæ nuſquam interim fidei tenebras vllas paſſa ſis, Paſtorum ſucceſſione legitimâ apud te ſemper ſeruatâ nec non ad Bituricenſem Eccleſiam, cuius Antiſtites conſpicui dùm nihil de Cadurcenſibus dicere fas eſt, Aquitaniæ præluxerunt. Aequus hanice interpolationem haud iniqué feret Lector, vt ſperare eſt, cúm nullam dehinc aliam ad noſtra tempora, Dei ope ſuffulti, ſpondeamus. 43

S. AMBROSIVS.

S. Ambroſius ab A. C. 751. ad 770.

PRIMVS, pace in Aquitania inſtauratâ, occurrit, *Beatus Ambroſius* qui *Pipini ætate* vixerit hoc eſt poſt A. C. 751. quo is à Francis 44

rex conſalutatus eſt. Quàm grauiter, ſeueré, & auſteré, priuatim egerit Cadurci, quamque prouidé publico conſuluerit *Marthæ & Mariæ* matronarum Euangelicarum exemplo mores ſuos alternatim temperando, eius Acta quæ apud nos, & Bituricæ prælegu ntur inferiùs inſerenda abundé docent: Atenim cùm à popularibus noſtris quamplurimis parui fieret, contemptuíque eius monita, præceptáque haberentur, & *Vuaifarus Dux Aquitanorum* omnes facultates Eccleſiarum quæ ad ius Francorum pertinebant in Aquitania inuaſiſſet teſte *Adone*, Mariæ imitatione ſeſe à ſeculi fluctibus inquietis ſubducere, indque ſeceſſum ac ſpeluncam in qua & triennium continuum ſe continuit, recipere tentauit. Ibi ita vixit vt ne cuius alterius egeret ope, etiam ſacroſancto Viatico ſecum aſportato. At tandem fuga diuinitùs detecta eſt, Chriſti ſummi dominatus contemptoris exemplo, qui ingreſſus domum neminem voluit ſcire, nec potuit latere. Inde Romã religionis cauſâ profectus, cum reuerſus, ſecundo ab Vrbe Biturica milliario conſiſteret, ſpiritum Deo reddidit; Atque hæc ſumma vitæ illius capita ſunt. De eo præterea extant ſequentia monumenta: Solemnem nempe haberi & feſtum diem in Eccleſia ſub eius nomine 17. Cal. Nouemb. ex *Rom. martyrologio* & *Vſuardo*, cui tamen *Molanus* addiderit titulũ *Epiſcopi Cadurcenſis*, fauet & *Paſchalis* Bulla de qua ſuo loco. Deinde ſacellũ ſeu delubrũ ei dedicatum eſt quingentis circiter paſſibus à Cadurco diſſitũ recentiſſimâ ſtructurâ, idque ſitum ad radices collis fauces ſpeluncæ illius ambientis, in qua pertæſus vitæ, vel potiùs peregrinationis à domino cum Paulo, delituit, eòque ob id à ciuibus noſtris feſtiuè illo die, deuotéque coitur. Id autem ædificari cœptum eſt ex *Ramundi Epiſcopi Cadurc. ſtatuto* illo quo ius fabricæ (de quo ſuo loco) Capitulo Cadurcenſi attribuit A. C. 1308. in hæc verba, *Ita quòd imprimis & ante omnia ad honorem Dei & Beati Ambroſii patroni noſtri, & olim Epiſcopi Cadurcenſis de fructibus & bonis prædictis dictarum Eccleſiarum, & Capellaniarum, conſtruatur & ædificetur Oratorium congruum & honeſtum in loco, ſeu antro, ſeu ſpelunca, in qua vel quibus, prope pontem veterem Cadurcenſem iuxta flumen Olti, dictus ſanctus arctam vitam dicitur duxiſſe longo tempore, & pœnitentiam voluntariam peregiſſe, prout indubitanter teſtantur miracula quamplurima ibidem, & alibi, praſtante diuinâ gratiâ ob eius merita declarata.* Viſitur item Abatia iam intra vrbis Bituricæ ambitum concluſa, eius nomine, & fortè ab eo inibi extructa, verùm quæ eo ad ſuperos euecto & in cœlites relato, eius nomine inſignita ſit, quod de ſexcentis Abatijs alijs vniuerſâ propé Galliâ clariſſimis notatum à viris grauibus eſt, cùm tamen Diuis alijs ante authorũ & conditorum exceſſum ſacratæ eſſent: Sufficiant ad hoc exempla Abbatiarum *Sancti Germani Pariſienſis, Sancti Pharonis Mendenſis, &*

Ambroſius cur iam Epiſcopus eremum petierit.

Chron. A. C. 759.

Marti 7.

Ambroſii obitus, Dies feſtus 17. Kal. Nou.

Aedes ſacra, Diuo conſtructa anno 1308. iuſſu Ramundi Cadurc. Epiſc.

Bituricæ *Abbatia S. Ambroſii*, fortè ab ipſo cõſtructa, dehinc eius nomine inſignita non ſine ſimili exemplo.

Abbatia S. Ambroſii inſtaurata, priuilegiis donata: in ea quieſcit Diui corpus, ex vico Arnotio tranſlatum.

Sancti Remigij Remenſis, totius feré regni celeberrimarum, quibus
nomen inditum à conditoribus é vita ſublatis priſtino mutato, fuit.
Exploratum autem fit ex monumentis Abbatiæ illius ſub nomine
Apoſtolorum principis Petri, Ambroſiique, eam à *Gausfredo Bituricenſi Viceecomite* eiuſque vxore *Eldeburge*, eorumque ſobole reſtauratam, multiſque priuilegijs donatam, ex tabulis de ea re datis 3.
No. Auguſti, Regis Roberti anno 10. Dagberti Bituric. præſulis an.
8. hoc eſt C. 1006; tùm confirmata ea omnia fuiſſe à Philippo in
ſolemnitate Sancti Ambroſij quæ celebratur medio Octobri, A. C.
1102. Inibi autem Ambroſium quieſcere ex vico Arnotio eò tranſlatum docetur ex verbis harum tabularum, primæ quidem, *Deo omnipotenti gratias refero ego Gausfredus vicec. Bituric. ciuitatis, qui me*

Tabulę Gausfredi Vicecō. Bituric.

*proſpicere & videre fecit ſalutem animæ meæ, & honorem corporis mei
dum locum ſancti Petri, & ſancti Ambroſii, qui in illius Ecleſia requieſcit in honore & ſtabilitate reducere volui &c.* Alterius autem, *Canonicis & ſeruientibus Eccleſiæ D. Petri Apoſtolorum principis & eximij patroni Ambroſii ſacrũ cuius corpus honorabiliter inibi collocatur &c.*

S. Ambroſii reliquiæ à Caluiniſtis direptæ, tùm miraculo compertę.

Et cùm Biturica à ſegregibus captâ corpus idem deturbatum eſſet,
curioſâ tamen & prouidâ ciuium pietate collectum illud, & in ferculum aliud repoſitum & ita eſſe vindicatum poſtea energumeno reliquijs ex humo ſublatis admoto conſtat; quippe tùm inclamante

Vis earũ in Dæmonas.

Dæmone vim ſibi ab Ambroſio inferri, quemadmodum geſtis de re
tota fideliter confectis & in ſacrario Abbatiæ aſſeruatis cauetur. Porro

Acta Ambroſii ex *ſanctorali Cadurcẽ.*

Sancti Ambroſij vita ex Cadurcenſi ſanctorali exſcripta, hæc eſt:

Ambroſius ſub Pipino Sedet.

*AMBROSIVS cùm tempore Pipini Francorum Regis Cadurca vrbis
Epiſcopus eſſet, die noctuque vigilijs, & orationibus inſiſtebat, nec non &* 45

Eius pietas in Deum, egenoſq;

*omnem ſpem ſuam in Dei miſericordia ſitam habebat, & tantummodo
quæ ſpiritualia ſunt diligebat, propterea omnes facultates ſuas & prouentus pauperibus Chriſti alendis impendebat, opera miſericordiæ in dies
complebat; Sed perpetuus humani generis hoſtis Diabolus eius bonis operibus inſidiens, inſidias ei parare capit; quodam enim die corpus cuiuſdam mulieris nobilis inuaſit, quæ noctu ad cubiculum Ambroſii acceſſit,*

Mulierem à Dæmone immiſſam generoſé vi precum fugat, & ſaniori menti reſtituit.

*quem oſtio pulſato ità allocuta eſt; Domine aperi mihi, deſidero enim quãplurimum te videre: Epiſcopus Ambroſius Diaboli tentationem eſſe ſentiens (erat enim Galli primi cantus hora) ei reſpondit dicens, Vade maligne Diabole; ille autem horâ iuxta pſalmographi dictum, id eſt mediâ
nocte ſurgere ad confitendum Domino conſueuerat, qui in pedes ſe erigens
dixit, Mulier flecte genua, vt ambo ad Deum oremus, poſteà tibi aperiam: tùm mulier genibus flexis ſtrenué orauit dicens. Domine Deus meus
da auxilium & refrigerium animæ meæ: ſtatim vero Ambroſius pro ea
orauit ad Dominum, repentéque propter eius orationem Sathan é mulieris
corpore egreſſus eſt, qui eam ſanam dimiſit: mulier autem Epiſcopo gra-*

Pſal. 118.

tias

tias egit laudans & benedicens Deum. Poſt non multos dies intelligens Ambroſius quòd multi ex ciuibus, eo quòd omnia Eccleſiæ bona pauperibus erogaret, contra eum murmurarent, poſthabitis huius mundi pompis & dignitatum honoribus contemptis, nocte quâdam, nemine ſciente, præterquam vno ex ſibi familiaribus Agrippino nuncupato, fido, & in primaria Caturcenſi *Eccleſia Archidiacono, in hæc verba dixit, Frater noli cuiquam patefacere quò vadam, & vbinam ſim; ſcio peccata mea multa eſſe; eam ob rem quandam cauernam ingredi volo quæ non longè à propinquiori ponte ſuper flumen Olti ſito abeſt, ibique aliquantiſper commorari præopto: quapropter hæc tibi præcipio, clauem catenam ferream quâ lumbi mei præcincti ſunt obſerantem in profundum fluminis proiicito, cumq; iniecta fuerit, vbi ſim omnibus patefacito: ſi vero eam nullibi videris, nemini quicquam dicito. Poſtmodùm circa lumbos ferreâ catenâ præcinctus, ad locum vbi cauea illa lapidea in medium rupis intus concauata, ſita erat, perrexit; cumque ibi fuit Agrippinus ei dixit,* Domine & *pater mi quomodo erit tibi de lumine?* Cui *Ambroſius dixit,* Die ac *nocte Deus lux eſt: Iterum interrogauit eum dicens, quonam pacto cibus tibi miniſtrabitur? qui reſpondit, In hunc vſque diem cibos ſuſtinendo corpori neceſſarios & naturales ſumpſi, in poſterum tertio quoque die oblationes ſiue hoſtias & aquam tantùm exhibe: tunc Agrippinus clauem ipſam in flumen proiecit & quæcumque ab Epiſcopo ei commiſſa fuerant ad vnguem obſeruauit. Intereà ciues & vniuerſus populus, cauſam Epiſcopi profugi ignorantes, de diſceſſu ſuo magnopere mirati ſunt, dicentes; Vbinam Epiſcopus noſter eſt? quo iuit? qui eorum culpâ eum aliò profectum exiſtimantes, ne Eccleſia abſque Paſtore remaneret alium in eius locum ſubrogarunt. Ambroſius autem toto triennio in ſpelunca manſit, die noctúq; in orationibus vigilans;* Cui *Agrippinus inſeruiebat; euenit intereà quod piſcis quiſpiam qui clauem in flumen proiectam deglutiuerat, à piſcatoribus caperetur, atque in coquinam Electi Epiſcopi deferretur; quem cùm per medium ſecarent, clauem in gutture habentem, coquus admirans, nonnullis adſtantibus oſtendit: clauis verò illa ita nitida erat ac ſi eodemmet die piſcis eam deglutiuiſſet: Multis igitur ad id ſpectaculum videndum accurrentibus Agrippinus eam vidit, quam ſtatim cognouit, moxque id Ambroſio nunciauit, & dixit ei, Frater reuertere in* Ciuitatem, *& dic omnibus quæ clauis ſit & ubinam ego ſim; qui quidem vnà cum clero hùc accedant, & cereos tres non accenſos adferant; ſi enim hi abſque hominis miniſterio accenſi fuerint, egrediar hinc, ſin minus vſque ad mortem hîc commorabor. Agrippinus itaque lætus omnia hæc ſeriatim Epiſcopo electo & clero narrat, qui ad eum locũ vbi Ambroſius erat exiit, treſque cereos non accenſos adferunt tandemque hymnis, canticis, & orationibus* Deum *laudantes ad locum vbi Ambroſius degebat perueniunt, ſtatimque cunctis videntibus omnes tres cerei diuino miraculo accenduntur. Poſteà locum*

Liberalitas in pauperes effuſior ciuium odia in Ambroſium concitat.

Ambroſii diſceſſio ſoli *Agrippino* agnita.

Catenâ ferreâ claui obſeratâ cincti lumbi.

Clauis in fluuiũ iacta, tùm numinis ductu reperta Diuum à fuga vt reuocarit.

Ambroſii in eremo vitæ ſanctæ genus toto triennio.

Interim Epiſcopus abſenti Ambroſio ſublectus.

Clauis agnita, vt fugæ Diuíque index fuerit.

Adit Clerus populuſque diuinitùs indicatã Ambroſii eremum; inibi vt miraculo accenſi cerei.

Ambroſius vt à ciuibus inuiſus.

Vt ei cedat ſub-lectus Epiſcopus.

Ambro. Romam cogitat, petit, redux moritur.

Vbi tumulatus.

HymnusRithmicus vetuſtate, & Ambroſii cultu, colendus.

vbi Ambroſius erat, nonnulli ingrediuntur. qui viſus eſt facie admodum macilentâ, capillis plurimùm oblongis, & prolixâ barbâ cumque catena illa quâ erat præcinctus ſubito confracta eſt: Quem cùm Epiſcopus qui poſt eum electus fuerat vidit, ita locutus eſt, dicens, Domine & paſtor bone ego licét indignus in locum tuum ſubrogatus ſum: quare rogo te reuertere ad domum tuam, & accipe ſedem, rege populum tuum, atque eſto in loco tibi præparato quamdiù vixeris; Ego autem aliò proficiſcar: Ad quem Ambroſius, dixit, Regat interim Deus Eccleſiam ſuam, & populum tuum: Ego verò Romam ibo, liminàque Apoſtolorũ Petri & Pauli viſitabo, quòd ſi Deus hùc me reuerti permiſeris, quod volueris præſto ſum adimplere: ſin minùs, tu hæc omnia rectè guberna. Poſtmodum Romam profectus eſt, de cuius abſceſſu populus condoluit. Ambroſius igitur poſt longum iter, Romam aduenit & Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum & ſanctorum omnium Baſilicas omnes luſtrauit, qui inde rediens ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi templum adiuit, demumque ad Arnotrum *vicum ſub vrbem Bituricam peruenit, atque ibi XV. die menſis Octobris diem vitæ ſuæ extremum clauſit, cuius corpus ibidem ſepultum eſt, & poſt non multos dies illius loci incolæ templum in honorem ipſius ſtruxerunt quod in hunc, vſque diem extat, Eſt autem ibidem, cœnobium quod* Abbatia Sancti Ambroſii *nuncupatur.* Hactenus Sanctorale Cadurcenſe. Congruum etiam viſum eſt hoc loco ſubtexere Hymnum rithmicum qui de eo inſertus eſt Cadurcenſi Breuiario, quòd lectim & contractè ſuperiora omnia complectatur.

FESTA dies hodie
Illuxit Eccleſia,
Quâ cœleſtis patriæ
Fit ciuis Ambroſius:
Quem in ſuum lætus chorum
Frequens cœtus Angelorum
Receptauit hodie.
Ambroſio nomen dedit
Cœleſtis Ambroſia,
Cuius ſucco delibutus
Et perfuſus gratiâ,
Pubeſcentis iuuentutis
Reſtinxit incendia,
Virginalis carnis florem
Dei ſeruans ad odorem,
Puer bonæ indolis.
Præſul factus Caturcenſis;
Paſtor bonus & inſomnis
Verbo ſtudet, & exemplis
Dei plebem paſcere, 46
Et à caulis lupos ſacris
Precibus abigere.
Sceleroſa Dei ſeruum
Cùm tentaret femina,
Riſit Eua ſuggerentis
Impudica fæmina:
Nec aſſenſit impudicus
Ad inceſtus crimina:
Sed quæ venit ardens igne
Sulfurantis Veneris,
Redit caſta, redit lugens,
Culpas veteris ætatis.
DVM paſtoris longa manus
Sumptibus aſſiduis
Templi, ſtipem dat egenis
Orphanis, & viduis,
In paſtorem plebs & clerus
Ardet zeli furiis;

Et

Et quem ſequi debuiſſent
Perſequuntur odijs.
Declinauit malignantium
Dei ſeruus odia,
Templo iuncti ſe coarctans
Domatis anguſtiâ
Ibi vinctus floruit,
Ibi ſignis claruit;
Nec lucerna latuit;
Vlceroſa lepra fugit,
Cæcus videt, ſurdus audit,
Omnis ſanâ mente plaudit,
Viſis mirabilibus.
Pars ſubſannat Dei virum,
Et diſcedit (opus mirum
Dei factum gratiâ)
Videns ergo perditorum
Murmur ingraueſcere,
Quos exemplis, verbis, ſignis
Nequiuit compeſcere,
Seſe ſtudet abſentando
Cauſam mali tollere:
Fugit paſtor malum gregem
Contemnentem Dei legem;
Et amando Chriſtum regem,
Manet ſolitarius:
Elongauit fugitiuus,
Et in ſolitudine
Manſitauit, diu clauſus
Rupis in foramine
Prope pontem Caturcenſem
Vicinante flumine:
Hîc inuiſus noſtro Soli
Seruit deo ſolus ſoli
Spernens ſordes noſtri ſoli.
Corpus ſtringens in catena,
Clauem iacit in profunda,
Sorbet piſcis, rapit vnda,
Proiectam clauiculam:
Et hoc fore dicit ſignum
Quòd ſe Deo ſciret dignum
Si viſenda rurſus mundo
Clauis migret de profundo.
Eremita dignus Deo,
Cæco latet in ſpelæo,
Vni notus Arippino:
Hic miniſtrat ſeruo Dei
Terni poſt curſum diei
Panem ſacrum ferens ei,
Aquæ potum non lyæi;
Humi cubat, cilicio
Vtens pro lectiſternio;
Triduano ieiunio
Carnem domat triennio;
Tenebroſus eſſet ſpecus,
Et æterna nocte cæcus,
Sed de cœlo miſſum lumen
Viro dei dat ſolamen.
Piſcem captum exenterat,
Qui comedendum emerat;
Clauis exit ventriculo;
Omnis ſtupet & miratur
Cui clauis oſtendatur,
Quid hoc ſigno portendatur.
Rumor exit in populum,
Et ad tale ſpectaculum
Fit grande conuenticulum.
Agrippinus hoc audito
Exit domum, currit citò,
Ferro lætatur agnito:
Clauem videns exultauit;
Et ſermonem memorauit
Quem vir Dei prophetauit:
Petit ergo virum Dei,
Rem mirandam ferens ei,
Nouitatem tantæ rei.
Præſul Sanctus vt audiuit
Quod de piſce ſic exiuit
Clauis, lætus exiliuit
Certus Deo placuiſſe
Se in ſpecu latuiſſe,
Et ſic corpus afflixiſſe:
Exit ergo de cauerna,
Ne lateret hæc lucerna,

Ampliùs ſub modio :
Quem putabat obiiſſe
Videns quaſi reuixiſſe
Grex paſtorem recognoſcit,
Et præeſſe ſibi poſcit.

Ambroſi pie Confeſſor,
Eſto noſter interceſſor,
Eſto noſter aduocatus,
Quibus iudex eſt iratus.

Varia S. Ambroſii monumenta, eáque perãtiqua.

Ambroſius vt vim ſcorti eluſerit.

Dæmon ſerpẽtis ſpecie, pœnitẽtis ſcorti corporeexpellitur orante Ambroſio. Ad Sancti egreſsum antrum comminuium.

Quid ſentiẽdum de claui in fluuiũ iacta.

Petrus de Natal. catalo. SS. c. 75.

Ambroſiũ quàm iure Cadurcum ſuum velit.

EXTAT inſuper in *Breuiario Canonicorum Regularium S. Ambroſii Bituricenſis, hymnus rithmicus* perantiquus, eôdem quo hîc iam deſ- 47
criptus argumento. Extat & S. Ambroſij Cadurcenſis Epiſcopi vita *in Manuſcripto Codice Pariſienſi Bibliotheca S. Victoris* cuius exemplar fideliſſimè excerptum, vnà cum S. *Genulphi* Actis ante aliquot annos SIMEON *noſter hodiéque ſedens* quâ eſt in ſedem ſacram, Deceſſorumque cultum vigilantiâ, ab humaniſſimis iam laudatæ Eccleſiæ Canonicis impetrauit, ad fidem hiſtoriæ maiorem. Concinit enim cum Sanctorali noſtro, nonnullaque luculentiùs explicat, Mulierem illam nobilem genere, at queſtu meritorio viliſſimam inceſto animo Sancti caſtitatem aggreſſam ad saniorem mentem (ceu Thaidem alteram, Paphnutij monitu) conuerſam; Ex proſtibuli corpore inuaſorem expulſum Dæmonẽ, tectum ſpecie, veriùs corpore, cubitalis anguis, qui & diu ab accolis ſpectatus fuerit ad certiorem miraculi fidem; Antrum cuius ſe anguſtiis æternùm Antiſtes damnarat, ni alia ſuaſiſſet numinis monitus, ad Cleri aduentãtis appulſum, inſtar vitri fragiliſſimi extemplo diſſiluiſſe, inque minutiſſima diſſectũ fruſta viam exituro præſuli, eiuſque perenni famæ, ſuâ ſponte feciſſe: Senatores Cadurcenſes quos nimia in pauperes vt rebantur ipſi, effuſio; plus æquo primos offenderat, & à Sancti obſequio ablienarat; primos etiam illatũ nomini damnum cultu longe máximo ſarciuiſſe; quò ſcilicet iam adacti miraculis, nimiam in deſpiciendo Præſule facilitatem, pronitate ad colendũ maiore, compertâ quippe ſanctitate, vlciſcerentur. Ipſamet quę penes me ſunt verba Manuſcripti referrem, ni compendii ſtudio iàm dictorũ benè fuſam iterationem euitandam moneret animus breuitatiſque amor. Extat & apud me codex antiquior quô Acta ſanctorum Galliâ noſtrâ celebriorum non paucorum habentur etiam ante quingentos annos, (ſi epigraphen audimus) exaratus, cuius fide Acta Cadurcenſia iam exſcripta non parum fulciuntur, quando res eadem vtrinque ſtylo licèt diuerſo affirmatur. Quod ad relatam de claui iacta, déque fuga hiſtoriam attinet, inſolens id factũ aſtruat haud plane abſimile quod in Actis S. Maurilii Andegauenſis habetur. Inuidere Cadurco tanti viri laudes nonnulli qui Archiepiſcopum Bituricenſem, Ambroſium hunc fuiſſe contendunt, Cadurcenſibus Antiſtibus non annumerant, quia inibi mortuus, quia Diui corpus Auarici Biturigum in Abbatiali Eccleſia Canonicorum Regularũ Ordinis S. Auguſtini religioſâ colatur obſeruantiâ, At Cadurci quam iure ſibi hanc laudem nihilo ſecius

windicent

vindicent ſuperiora omnia quam certiſſimè commoſtrãt, fauetque fides Romani martyrologii 17. Octob. in hæc verba *In territorio Bituricenſi Sancti Ambroſii Epiſcopi Caturcenſis*; quibus verbis manuſcriptos Codd. conſentire monet inibi Cardinalis Baronius, quamquam toto Annalium opere alia deinceps Acta non inſeruerit.

Reliquiæ vbi aſſeruatæ. *Baron. 17. Octobr. litterâ f.*

Qvo ad rationem temporis, cùm Manuſcriptorum omnium calculo ſub Pipino ſederit Ambroſius; cùm aliquandiu ante ciuium odia effuſiore in pauperes liberalitate excitata, præfuiſſe oporteat; cùm ędiculâ non procul à templo ſitâ ſat diu contentus tot tantiſque miraculis omnium adſtipulante famâ refulſerit; cùm triennium cæco antro delituerit; cùm iam agnitus Romam petierit, poſtque reditũ ipſum obierit; ecquis ſat diuturnum ſediſſe tempus inficietur? Itaque ab anno 751. Pipini primo, ad 770. circa quem *Caroli Magni* cadunt auſpicia, qui præfuiſſe cenſuetit, haud longiùs ab vero, ſerieique noſtræ recto ordine fuerit.

Temporis ratio.

48 Si quæ alia ſedente S. Ambroſio facta apud nos ſint quę illũ aliquâ parte attingant, nobis hactenus latuerunt, dum demas *Figiacenſe* iuxta ac *Marciliacenſe Monaſterium* conſtructum id tẽporis *Pipini* impẽſis in Cadurcenſi ſolo, & *S. Namphaſium* ſanctitate æmulum, ætate partim coæuum Ambroſio partim poſteriorẽ, iiſdem temporibus claruiſſe. Celebratur apud nos D. Namphaſii memoria, feſtuſque dies 21. Nouemb. cuius itidem ſanctitas dudum eſt à noſtratibus piè culta, vt ex peruetuſti *Breuiarii Cadurcenſis* fide explorate pronum facilè cuius fuerit. Neque verò abs re ſit hoc loci Acta Namphaſii ex *Sanctorali Cadurcenſi Manuscr.* fidèliter excepta attexere, tum ne collabatur, infringaturue aliorũ populorum inſcitiâ honos debitus noſtrati Diuo, tum vt ad rei antiquariæ noſtræque hiſtoriæ vetuſtate nonnihil infuſcatæ tenebras, hiatumque paulò antè inductum, fax clarior veritatis accedat. Sic igitur ſe habent.

Ambroſii tẽpore Figiacenſe, & Marciliacenſe Monaſterium conſtructum.

Eo tempore vixit S. Namphaſius: qualis ille ex Sãctorali Cadurc.

49 SANCTVS NAMPHASIVS *ex nobili proſapia in Gallia partibus ortus, cùm ad virilem ætatem perueniſſet morum integritate animi conſilio, atque prudentiâ apprime ornatus, in armis ſtrenuus,* Caroli Magni Imp. ac Regis Francorum non vulgaris amicus, eiuſque conſanguineus extitit, *qui in Regis palatio degens ab omnibus diligebatur, atque multis laudibus efferebatur. Erat enim in ſermone blandus, conſcientiâ purus, corde humilis, vultu benignus, oppreſſorum ſubleuator, & tribulatorum conſolator aſſiduus. Tunc temporis* Aquitania Prouincia *à gentilibus in idolorum cultura detinebatur: quamuis enim* Pipinus Rex Caroli Magni Pater, *verus legis Chriſti, & Euangelij cultor, ad laudem & ipſius Chriſti IESV gloriam nonnulla ibi Monaſteria paulò antè conſtruxit; tamen poſtea, à Gothis & Vandalis in Hiſpaniam profectis ex Hiſpania deinde in Aquitaniam traductis, Chriſtiani nominis hoſtibus*

S. Namphaſius Caroli Magni conſanguineus. Virtute & armis clarus.

Placidis moribus

In Aquitania fides penè oppreſſa.

Pipini pietas.

Caroli Magni pietas Aquitaniæ adeſt; allecto Nãphaſio.

omnia deuaſtata fuerant; & ferè omnes à Chriſti fide deſciuerant: Ob id Carolus Magnus, paternæ probitatis & fidei Chriſtianæ acerrimus imitator atque defenſor, zelo religionis motus, in Aquitaniæ partes proficiſcitur, cum quo Namphaſius miles intrepidus ad expugnandas barbaras gentes multa loca peragrauit: Cùm autem Cadurcenſe ſolum appuliſſet reperit ibi duo Monaſteria à paganis deſtructa, quorum vnum Figiacenſe, *alterum* Marciliacenſe *nuncupatur*; quæ duo xenobia à Pipino Rege fuerant fabricata *Fugatis igitur ab eorum finibus Chriſti Infidelibus ea duo monaſteria* à Carolo Magno reſtaurata, atque multis bonis dotata ſunt: *Aliud deinde Xenobium non procul ab ipſis ſtruxit quod* Lantoihs *vocabatur ſed poſtmodum id penitus euerſum eſt: Extant tamen hodie quædam illius ruinæ non longè ab* Oppido quod Caiarcũ *nuncupatur (vbi eſt riuulus quidam qui eo nomine apellatur) quod Beato Geraldo Xenobii Aurelıacenſis patrono commendauerat. Interea cùm* Carolus *Magnus cum Beato Namphaſio Chriſti hoſtibus ac barbaris debellatis, ad propria victor remearet per agrum Cadurcenſem iter faciens, Namphaſius prope Monaſterium* Marciliacenſe ſolus cœpit inueſtigare loca deſerta & inculta, *ibique* quamdam eremum *feris & belluis tantummodo agnitam introiuit, vbi quoddam patuum* Oratorium Diuo Martino dicatum *reperit, ibidemque commorari ſtatuit; vbi diu vigiliis, ieiuniis, & orationibus noctes dieſque vacans, poſtmodum Eccleſiam ædificauit: Cùm igitur multis annis inibi habitaſſet factus iam ſenex; contigit quâdam die, quòd dum in quodam loco deuio vbi aderat quædam congeries lapidum ſupplex oraret, quidam paſtores qui pecora ſua paſcebant, cùm ea vt adaquatum pergerent deducerent, obuiã Beato viro ierunt; tuncque taurus quidam indomitus ac cornupeta vidẽs eum, magno cum impetu eidem occurrit, in eumque ruit: quem cùm animaduerterent, illico clamant, atque eum admonent quòd taurum atrocem aufugiat, quem tamen Beatus Namphaſius intrepidè expectat; audierat enim trinam monitionẽ Angelicam & cœleſtem; quã ei denunciatum fuerat quòd propediem taurus quidam ſibi adempturus eſſet vitam temporalem, qui ſciens id ex diuina permiſſione ei euenire ſtatim flectis genua, Deumque orat, vt ſi is eſſet dies mortis ſuæ, eius miſereatur, atque animam eius ad ſe vocet. Vix autem verba ſua orationis finierat, repentè taurus eum cum maximo impetu cornibus petit atque ei ventrem & viſcera aperit, quæ Beatus vir manibus ſuis ſuſcipit, atque ad illud oratorium Diuo Martino conſecratum quod ipſe ſtruxerat aſportat; ibique poſtmodum moritur, atque honorificè ab incolis ibidem ſepelitur: qui locus nunc* Canhacum *nuncupatur, ad cuius ſepulchrum in dies diuina miracula fiunt: Maximè verò ii qui morbo comitiali, & vt vocant caduco laborant, Dei auxilio prius imploraro liberantur Domino cooperante.*

Figiacẽſe & Marciliacenſe Monaſterium à Pipino cõſtructum. à Carolo inſtauratum.

Carolus hoſtes Chriſti fugat.

Namphaſius eremum petit.

In ædicula Diui Martini moratur ſanctiſſimè ad ſenium vſque.

Inter orandũ iam diuinitus præmonit° Taurino cornu petitur; cœlum petit.

Viſçera extracta in ſacellum moriturus defert. Canhaci (an Caniaci) in Namphaſium religio.

Hactenus

50 Hactenus S. Namphaſii Acta quibus adſtipulatur noſtratum hodiéque vigens in Diuûm obſeruantia, religióque non ſilenda; Caniaci quippe (vicus is eſt ſuperioris Cadurcini) templum eſt D. Mattino ſacrum antiquâ ſtructurâ, ſubque eo crypta adeò eleganti opere, vix vt reliquâ Galliâ vlla ſit quæ cũ ea certis artis indiciis elegantiâque contendat: inibi ex altari eminet marmoreus loculus quo Diui reliquiæ laminis argenteis veſtitæ clauduntur: Eminet ad externam etiam ſacrę arculæ faciem Namphaſii effigies, palliati, expanſis manibus, oculis cœlo defixis, tauri appicti cornu icti; tàm antiquo ſi vel oculis credas opere, nihil vt obeſſe poſſit error Nouatorũ diuina omnia ingenioli & ſuſpiciunculę cuiuſpiam trutinâ ponderantium obnitente oculorum fide. Cæterùm tàm præſens eſt Epilecticis Diui præſidium, nullius vt fallat vota, ſi certa imperrandæ ipſius meritis valetudinis ſpe, & ſcilicet quâ decet fide concipiãtur. Atenim obiecerit quis tam cõſtanti famæ ſanctitatis, illatas ſibi ipſi à Diuo noſtro manus, quippe qui tauri quem potuit minimé tamen declinauit incurſum: At, vt ſileam vero ſimilius eſſe in eas ductu numinis coniectum anguſtias hominem iam cœlo maturum vti nihil eludendo ictui loci relictum fuerit (quod ipſa Acta facilé ferunt) quis neſciat Sanſonẽ, Pelagiam, Sophroniam, alioſque id genus plurimos numinis certò monitu impulſuque adactos ſibi vim non ſine laude, ſanctitatiſque non vulgaris encomio intuliſſe? Quòd ſi quis etiamnum id neſcire, quàm Namphaſii ſanctimoniam colere mauult, Auguſtino docente diſcat quod dubitabundũ fulciat animum *Cùm deus iubet, ſeque iubere ſine vllis ambagibus intimat* (de ſui cæſoribus loquitur) *quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequium pietatis accuſet?* & poſt paulò, *Tantũ videat vtrũ diuina iuſſio nullo nutet incerto; Nos per aurem conſcientiam conuenimus, occultorum nobis iudicium non vſurpamus*. De Figiacenſi Monaſterio ſub Pipino tùm fundato, commodiùs infra A. C. 1093. in *Stephano*.

Caniaci in S. Nãphaſium religio; vis in Epilecticos.

Iudic. c. 16. v. 30. Ambro. 3. de Virg. Euſeb hiſto.

Aug. De Ciu. lib. 1. c. 26.

AYMATVS.

51 ECQVIS in *defuncti Ambroſii* Sede proximé collocatus fuerit, non equidem omninò compertum eſt, cùm Ambroſii Acta triennio extremo quo ipſe Cadurcenſium ſe oculis ſubduxit cæci antri velatus tenebris, alterum quidem interim ſubſtitutum ſed ſuppreſſo tamen nomine aſtruant. Occurrit nihilominùs quem ſufficiamus Ambroſio AYMATVS, ſi *Anianenſis Monaſterii* monimenta momentum apud nos ſuum habeant Extat enim codex. M. S. in Aniana æde (hæc Galliâ Narbonenſi, & quæ olim Magalonẽſi Diœceſi, iam Monſpeliẽſi cenſetur) qui fidẽ faciat *Caroli Magni Galliarum Regis, Imperatoris-*

Aymatus ab A. C. 770. ad 804.

que temporibus à Leone III. Pontifice max. (is Gallias hoc eſt Apoſtolicæ ſedis aſylum, controuerſiæ cum infenſis ſibi Hadriani nepotibus ſolium Pontificium inuidentibus, auctoritate Caroli Magni dirimendæ cauſſa, quinto antè anno petiuerat; iamque deuinctiſſimum ſibi fœdere amicitiâque Carolum, deuinctus & viciſſim ipſe, honoris amicitiæque nomine inuiſebat) *quà Epiſcopis, quà Archiepiſcopis 366. comitantibus adque occurſum. Eccleſia poſt Chriſtum principis turmatim occurrentibus, ipſo praeſente Carolo, dicatam ibi S. Saluatoris principem aram:* Inter cæterorum verò Antiſtitum nomina *tertius poſt trigeſimum* habetur in eo Præſulum albo *Aymatus noſter* hoc elogio, *Aymatus Epiſcopus Caorſenſis*, hoc eſt, vt iure quo qui optimo explicamus, *Cadurcenſis* (vulgari ſedis *Caors* voce partim retentâ, partim latino idiotiſmo ſyllabarumque exitu donatâ, quod ſatis pronum ſit ac facile.)

Probatur ex inſcriptione Aniana.

Verùm quod in laudatam inſcriptionem vetuſtas induxit mendũ litteris nonnihil corroſis ſenio, emaculandum priùs eſt quam conſtare queat temporis ratio ſerieique noſtræ, hiſtoricæ continens textura certò conſiſtere. Id enim contigiſſe inibi legitur anno Caroli Magni Regis 14. qui cum in annum Chriſti 783. Hadriani Papæ 13. incidat, haud poteſt conſentire cum Leonis Pontificia dignitate cuius auſpicia poſteriora 13. ſolidis annis, in annũ Chr. 796. Hadriano tunc recẽs defuncto, reiicienda omnino ſunt: & tamẽ Leonem tùm Pontificem fuiſſe oportuit, cùm eſt altare S. Saluatoris ſolemniter ab ipſo tùm Pontifice max. vt fertur ipſis tabulis conſecratum; vt ſileam habeti eâdem inſcriptione, infrà mox exſcribendâ Carolum Magnum Imperatorem tùm fuiſſe: at anno illo regni 14. duodeuiginti ferè totos annos aberat ab imperio, quod circa Regni 32. annum ſuſcepit Carolus. Itaquè vice anni 14. reſtituo 34. Caroli Magni (arithmeticâ notâ primâ tantiſper immutatâ, an veriùs reſtitutâ) qui Chriſti annum 803. integrum, & ſequentis 804. primordia complectatur: Eo quippe tempore, iam nouennium ſedebat Leo regnante Carolo, Imperanteque: Imò quòd meam coniecturam non parum fulciat, hoc ipſo anno Gallias *Leo* petiit vt me docet Adonis chronicũ hiſce verbis, *Anno Incarnationis Domini DCCCIV. Leo Pontifex Max. in Franciam venit, Rhemorum ciuitate ſuſceptus &c.* quod ipſum aſtruunt *Annales Francorum ſub Ludouico Caroli Magni filio ſcripti*, in vita Caroli Magni; Dedicata igitur meritò credetur eo anno Chriſti 804. ædes Aniana, Aymato Caorſenſi, Cadurcenſique Epiſcopo adſtante. Iam cùm ab S. Ambroſii obitu ad hoc tempus annos non niſi 34. intercurriſſe calculus chronographicus haud ægrè ferat quis dubitet potuiſſe ſine hiatu Aymatũ Ambroſio ſuffici ſeu ille ſit Ambroſii tempore ſublectus, ſeu alius? Hâc igitur nixi non inſulsâ penitus probatione, *Aymatũ* ab A. C. 751. ad 804. aut aliũ etiam inferiorem annum in Cadurcenſis Epiſcopatus ſolio retinemus. Porro

Hanc reſtituendã cuincitur.

Reſtituitur.

Ado in Chron. ætat. 6. A. C. 804.

verba

verba Anianæ inſcriptionis ex quibus vnis Acta Aymati noſtri petere eſt, ſic ſe habent, *Anno* Caroli Magni Regis 14. (*lego* 34.) *ipſe Carolus cum admirantibus Ducibus, & comitibus, aliam rurſus in honorem Domini & Saluatoris Eccleſiam pergrandem conſtruere cepit, ſed & clauſtra nouo opere facta cum columnis marmoreis quamplurimis que ſita ſunt in porticibus &c.* & poſt paulò *Hac ſunt nomina Archiſcoporũ, & Epiſcoporũ qui fuerunt in conſecratione altaris* S. *Saluatoris, Monaſtery Anianenſis Diœceſis Magalonenſis qui ſunt numero 366. tempore quo* Carolus Magnus Rex Franciæ, Patritius, Romanorum Imperator, & Papa Leo *cum ſua curia Prælatorum diſcurrebant terram iſtam, & ad fidem Catholicam conuertebant,* Leo *Archiepiſcopus Tolonicenſis*, Nibridius *Archiep. Narbonenſis,* Stabelus *Epiſcopus Magalonen.* Petrus *Epiſc. Biterren,* Stephanus *Eipſco. Agathenſis*, Deodatus *Epiſco. Albienſis* &c. *Aymatus* (ne ſi omnes recenſeam, faſtidiis adhærefcat oratio) *Epiſcopus Caorſenſis.* Vnum eſt quod me hoc loci angat, eãdẽ Anianã inſcriptione ante annum Regis Caroli 14. iam emendatum, haberi in ſpeciem (exeſis ſcilicet vetuſtate characteribus) annum Chriſti Domini 771. At quàm corruptè, ſequentia ſat euincunt. Nam nec eo Chriſti anno decimumquartum ſed ſecundum tantùm aut tertium Regni annum agebat Carolus Magnus, & ab imperio trigenta ferè annos aberat vt & Leo à Pontificia ſede annos quinque ſupra viginti: Quare annus potiùs 804. reſtituendus eſt reſtáuratiſ efformatiſque integrè elementis, ſicque vti iam dicere orſi ſumus Caroli Regnum, eiuſdem Imperium, Leonis Pontificia dignitas, ipſiuſque in Gallias aduentus apprimè conſentient (ex quibus ſolis Aymarum eo quo definiuimus tempore ſedentem Cadurci haberemus, etiam arithmeticis annorum notis ſuppreſſis) ſtabitque firmiùs certiuſque Epiſcoporum Cadurcenſium ſeries minùs hians dehiſcenſque.

Aymatus adeſt cõſecrationi *altaris S. Saluatoris* cum *Leone* III. Papa, & *Carolo Magno*, & *Antiſtitibus* 366.

Alia inſcriptionis Anianæ Reſtitutio.

ANGARIVS

52 ANGARIVS Aymatum proximè ſequitur: fidem facit peruetus *ſcheda Abbatiæ Figiacenſis* eum hâc ſeculi noni periodo Sedi Cadurcenſi affixum: eâ quippe habetur permutatio cellulæ Lonante Diuo Martino ſacræ & in qua prima ipſius Abbatię iacta fuerant fundamenta, cum vicis aliquot in pagis Ruthenico, & Cadurcino ſitis inita *Angarium inter Cadurcenſem Epiſcopum & Pipinum Ludouici Imperatoris filium Aquitaniæ Regem,* cuius hęc eſt ſubnotatio, Datum IV. Kal. Iunij Anno VI. Imperii Domini Ludouici, & VII. Regni noſtri.

Angarius ab A. C. 804. ad 835.

Eius ſedes ex Figiacenſi Scheda.

Temporis ratio.

Hic verò eſt annus Chr. 819. quòd Ludouicus ex Thegano & Sigeberto Anno. Chr. 814. imperare cæperit. Sedit ergo Angarius A. C. 819. quem ſi cont. uenti ordine aliis inſerendum Antiſtibus velis ab A. C. 804. ad 835. ſediſſe facito.

GVILLELMVS I.

Guillelmus I. ab A. C. 835. ad 879

Annal. Franc. à Pith. Pariſiis editi

Adeſt Conuentui, Caroli Calui ... u, Papiæ co...o.

... De Præfectis & Vicariis prouinciarum.

Idest Pontigonenſi.

Aimoi. lib. 5. hiſt. Franc. c. 32. & 33.

Temporis ratio.

GVILLELMVS hâc nomenclaturâ primus Cadurcenſes inter Præſules vſus Angario ſubiungitur. Cùm enim Ioãnes papa VIII. anno Chriſti Domini 876. in frequenti Synodo Ticinenſi Carolũ II. (Caluum vocarunt noſtri) Galliarum dudum Regem, Imperatorem elegiſſet approbaſſetque, vti Annales Franciæ diſertè docent; cùm anno ſequenti, conuentus ab Carolo Papiæ habitus ſit vti horum temporum ſcriptor Aimoinus his verbis docet, *Nonis Ian. Carolus Româ exiens Papiam rediit, vbi & placitũ ſuum habuit*; Cùm tandẽ Papienſi huic cætui Guillelmus noſter, tum Epiſcopus, interſuerit, nihil omnino prohibet ſuffectum Angario dicere. Interfuiſſe autem Papiæ eo anno ex fidelibus tabulis refert Tillius, dum inter Archiepiſcopos, Epiſcopos, Comites, alioſque bené multos qui ſolemni iureiurando ſe Caroli imperio tum ſubmiſerunt, *Guillelmum Cadurcenſem Epiſcopum* nominatim nume...t, libro gallico de Magnatũ Frãciæ Gradibus Ordinibuſque. Alia Guillelmo propria quæ inſeram hoc loci non ſuppetũnt; Niſi quod coniectura haud leuis ſuggerit, *Pontigonenſi in Gallia ſynodo* tùm initæ ſubſcripſiſſe. Nam ea ſynodus coacta eſt Caroli Imp. ſuaſu, vti quæ Concilio Ticinenſi de ipſius Imperio ſancita fuerant, Gallicanorum Patrum calculo certiùs firmarentur: quare abfuiſſe Guillelmum noſtrum Regi addictiſſimum haud eſt veroſimile, qui Papiam etiam id temporis aduolarit, quo ad affectus obſequentiſſimi in Regem teſtificationem intemerata iuriſiurandi religio accederet. Iam quo ad temporis computum; nullo negotio potuit ſedes Angarij quem A. C. 877. præfuiſſe Cadurcis Antiſtitem conſtat ab A. C. 835. ad 879. tenuiſſe. 53

GERARDVS I.

Gerardus I. ab A. C. 880. ad 99.

GERARDVS I. Guillelmo ſufficitur, vti conficio ex *M. S. Cod. Toloſano qui in Dominicanorum PP. locuplete bibliotheca* inibi aſſeruatur. Nam Tranſlationi SS. *Antonini, Ioannis, Almachiique* martyrum *Apamia Telloſagum* interfuiſſe hâc ætate *in S. Antonini Actis,* 54

vi:æ S. Dominici ſubiectis eo loci docetur in hæc verba. *Tranſlatum eſt ergo corpus glorioſiſſimi martyris* Antonini *XIII. Kal. Jul. A.D. Incarn. 887. Carolo Minore Francorum Rege* (Carolum Craſſum intellige) *regnante : Ad tranſlationem reliquiarum glorioſi martyris Antonini affuerunt teſtes idonei, ſcilicet Præſules ſanctiſſimi, & diverſæ dignitatis viri illuſtriſſimi quorum nomina ſunt iſta, D. Venerabilis Archiepiſcopus Narbonenſis* Theodardus *nomine*, Arnulphus *Epiſco. Carcaſſonæ, & Venerabilis* Raymundus *Toloſæ. Epiſcopus, atque cum illo Coſeranenſis Epiſcopus nomine* Rogerius, *& ego* Gaillardus *Abbas moderno tempore in Eccleſia B. Antonini quæ vocatur* Vallis-Nobilis, *interfui ad tàm mirabile factum, cum fratribus meis & viris religioſis, ſcilicet cum Domino Rutenæ ciuitatis Epiſco. nomine* Frotardo, *&* Cadurcenſi Epiſcopo nomine Gerardo. Hactenus M. S. ad rem noſtram. Hunc, ne deſultoriam texamus hiſtoriam, ab A. C. 880. ad quem Guillelmi Epiſcopatus durarit, ad A. C. 899. ſedentem facies ſine hiatu.

Ex M.S. Toloſano adfuit Trãſlationi S. Antonini A. C. 887.

Temporis ratio.

S. GAVSBERTVS.

GAVSBERTVM Sanctitate & meritis clariſſimum noſtris annumè-
55 rãndum Antiſtibus euincunt Imagines variæ perantiquæ quarum epigraphæ *Epiſcopatum Cadurcenſem* tribuunt infulato Gausberto. Iconem id generis videre Cadurci eſt tholo principis templi appictam. Hûc facit quòd apud nos quotannis priuo cultu, feſtiuóque colatur 4. Id. Decemb. Diœceſi vniuersâ; quodque in matrice æde ſacellũ Diuo ſuum extructum fuerit, quamquàm recenti opere. Ad hanc verò huius ſeculi extremi periodum, ſequentiſque decimi auſpicia pertinere Gausbertum pluſquam vero ſimile faciunt quę attexo. Floruit quippe *Geraldus ille Aureliacenſis* celeberrimus, Sanctis annumeratus, ad noni ſeculi finem, decimique primordia: Cùm ergo S. Gausbertum Epiſcopum ſanctitatis æmulum ſociumque ſit nactus, hâc temporum epochê claruiſſe Gausbertum Epiſcopum neceſſum fuit. Vtrumque nihil fictis tabulis ſic aſtruo. In Pariſienſi Breuiario ſuaſor hortatorq; ad omnem animi virtutem Geraldo Aureliacenſi Gausbertum fuiſſe docetur; tùm ſubditur, *Gauſbertus Epiſcopus ſuaſit* (Geraldo ſcilicet) *vt in ſeculari habitu ſpecie tenus pro ſalute prouincialium remaneret, res verò ſuas Beato Petro ſicut vellet dedicaret.* Odo perilluſtri opere de S. Geraldi Aureliacenſis Actis quod in ſacra æde familiæ Diuorum Dominici Franciſcique Toloſæ aſſeruatur ante annos quingentos ſcriptũ, Geraldum à Gausberto attonſum ſacriſque clam initiatum tradit, idque conſultò vti ſeculares inter liberiùs, minùs ſeuero aſtrictóque

Gausbertus ab A. C. 900. ad 945.

Epiſcopus eſt Cadurcenſis.

Vixit cum S. Geraldo Aureliacẽſi ad finem noni ſeculi, decimi auſpicia.

Pariſ. Breuiar. ad 3. Id. Oct.

corporis habitu ſanctitatem tueri interim, & non contemnendâ animi demiſſione maiore ad tẽpus popularium ac certiore cõmodo pietatem mentiri atque obnubere veſtis profanæ ſpecie poſſet: ſic ſe habent à me deſcripti Codicis concepta verba, *Gauſbertum venerabilem & laude dignum plané Epiſcopum cum alijs quibuſdam honeſtis viris euocauit* (Geraldus Aureliacen.) *& quâ mentis cogitatione incitaretur familiariſſimè indicauit, Etenim Dominus iſte Gauſbertus viro Dei cariſſimus erat & præ communi ſanctitate mutuum ſibi contubernium præparabant. Exponit itaque præſentis vitæ faſtidium ſibi ineſſe, & ſe Religionis habitum deſiderare, Romam proficiſci velle, & prædia ſua B. Petro Apoſtolorum principi iure teſtamentario delegare. Cumque de hoc diu tractatum eſſet, vir Domini Gauſbertus altiori conſilio cauſſam inſpiciens tandem ſuaſit vt in ſeculari habitu ſeſe ſpecie tenus pro ſalute cõmuni Prouincialiũ retineret, res verò ſi vellet B. Petro dicaret. Geraldus attonſus tum eſt, ita vt homines lateret, ſupremo autem inſpectori manifeſtum eſſet* &c. Hûc facit Aureliacenſe ſolum Geraldo natale, Cadurcenſi eſſe conterminum; Nullumque alium Gausbertum id temporis occurrere in quem hæc quadrent omnia, Neque Gausbertum Cadurc. Epiſc. alio æuo notatum vllum, Quid igitur obſit ſi aſſeramus Gausbertum ſanctimoniâ Gerardi ſocium æmulumque Cadurcenſem hunc noſtrum eſſe Antiſtitem? Cum verò ex *Floriacenſis Chartarii fragmento*, exq; poſteriore *auctore vitæ S. Genulphi* exque laudato Odone Cluniacenſi *Abbate* huius ætatis ſcriptore fideliſſimo Geraldus Aureliacenſe Xenobium fundarit, dotaritque paternis bonis circa A. C. 887. intráq; Monaſterii clauſtra viuendi finem fecerit A. C. 919. ad 3. Id Octob. *Ioannis Papæ* anno 8. Imperante *Berengario*, *Carolo Simplici* auctoritate Regiâ in Francia dicente ius, quidni eodem tempore Gausbertum virtutis famâ conſpicuum aſſeueremus? Itaque ſedere potuit percommodè ab A. C. 900. ad 945. quando non occurrit vicinior quem ante Bernardum (ſufficiendum confeſtim) nominem, & deſilire niſi vbi cogit neceſſitas non fert animus. Acta Diui noſtri non habeo quæ commemorem alia niſi ipſius Geraldi Aureliacenſis teſtatiſſimam pietatem; hæc quippe noſtro Gausberto inſtitutori, promotori, hortatorique accepta eſt ferenda, vt & *S. Sacerdotis Lemouicenſis* illa, Capuano Præſuli noſtro de quo iam ſupra *num* 29. Nimirum ſolẽne noſtris eſt Præſulibus vt ſuorum morum integritate haud contenti alios ad omnis ſanctitatis numeros inſtituant informentque, nec ſatis illis eſt dediſſe aliis documenta virtutum, niſi ſi quàm eximiæ ſanctimoniæ dent ſeipſos exemplar

Gausberti Sanctitas, Cum Geraldo familiaritas

Geraldum inſtituit, regit, clàm attondet, initiat.

Laus Cadurcenſium Antiſtitum.

BERNARDVS

BERNARDVS

BERNARDVS. Cadurcenſis Sedis decus eximium poſt Gausbertum *Aymoini Floriacenſis Monachi tempore* Paſtorale pedum 56 meritis & peritiâ nihil ipſe impar, non tam occupat quàm delatum non reſpuit: uerba Aymoini ſunt. *Cùm Bernardo Guillelmus Comes Toloſanus Caturcenſem Præſulatum quem nunc regit, committere diſpoſuiſſet.* Temporis rationem inibo poſtmodum vbi Acta illuſtria notauero, ex eodem Aimoino cui viſa taſtanti fidem abnuere inſulſum foret. Patriâ *Aquitanicus fuit* Bernardus noſter, ſtirpe ac genere illuſtri, ex *Hugone parente* virtutis nihil minùs, quam ſanguinis nobilitate claro, qui de numeroſa familia Dei mancipandum cultui elegiſſet, adque omnes pietatis leges à puero ſtudioſiſſime conformaſſet. Eâ fine primis ab annis *Floriacenſi SS Benedicti Cœnobio* litteris moribuſque ſanctè inſtituēdum tyrunculum addixerat: ferentibus oportuniſſimè fatis vt inibi doceret *Abbo* ille Doctorum id temporis vix vlli ſecundus, ſanctimoniâ facilè omnium princeps, quem dehinc Oſuualdus Archiepiſcopus in Angliā docendi ergo euocatum Rameſenſi cœnobio præficiendum autumauit; donec Floriacum ad Abbatis munus obeundum, hoc eſt ad Martyrii lauream ab peruicacibus id temporis, locique, Cænobitis reportandā diuino monitu rediret denuo. Erat ea Bernardi adoleſcentis gratia, is morum nitor, vt amorem haud modicum Abbonis allectaret, & quâ erat vi, demereretur, quò ſeſe, & impenſiùs in amandum, & attentiùs in erudiendum adoleſcentem Abbo effunderet. Nec incaſſum cōſpirauere vota hinc diſcētis tyrunculi, illinc inſtituētis Magiſtri. Breui eam quà litterarū, quà virtutum famam aſſequitur Bernardus, vt nullâ morâ *Sölemniacenſi Abbatiâ*, ad merita filii accedente etiam Hugonis patris apud Magnates quoſque gratiâ, donaretur, confeſtim *Bellilocenſi* atque haud ita multò poſt ad *Cadurcenſis Præſulatus* ſolium *Vuillelmi Comitis & Archiepiſcopi Bituricenſis* ope, ciuiumque omnium calculo eueheretur. Verum (vt eſt in malis conſtantior, quàm in benè laudabiliterque cœptis humana mens) *Vuillelmus Comes* vnà cum Bituricenſi Archiep. in id ſtudium curamque couertunt vt ſimoniaco affectu extorqueant à Bernardo vim auri non modicam, quò liceat ſedem Epiſcopalem diutius protelare, ſecus vi intercipiendam. Quid hîc agat nobilis animus? quid in ancipiti negotio conſilij capiat? S. Abbonem quo Doctore atque Moderatore olim feliciſſimé vſus erat denuò quando coràm non licet, per litteras conſulit; reſcriptóque nihil concedendum in auaritiæ ſacrilegæ gratiam, obfirmat animum, vnáque documenta dat poſteris, ſi fortè vſpiam luctandum habeant cum Magnatibus ad Simoniaci quæſtus ſacrilegia inuolantibus, nihil

Bernardus ab A. C. 946. ad 990.

lib. De Vita S. Abbonis c. 10.

Bernardus ex Aquitania ortus. Patre Hugone, nobili. Educatur in Floriacenſi cœnobio ſub S. Abbone.

Studia: Virtus.

Bernardus fit Solemniacenſis Abbas, mox Bellilocenſis: tum Præſul Cadurcenſis.

Vuillelmo Toloſano Comiti, & Archiepiſcopo Bituricenſi obſiſtit fugâ, conſtantiâque; Simoniæ vitandæ ergo.

de Poſtorali conſtantia ac fortitudine, quæ tentata potiùs obfirmari habeat, imminuendi. Interim dum poneret ſæuitia, ad tempus aliô diuertendum ratus, init de profectione Hieroſolymitana religionis nomine ſuſcipienda conſilium, tum innatâ pietate, tum exemplô Patris Hugonis qui primus penè Gallos inter id itineris nuncupatô votô ſuſceperat. At obſtitit Abbonis ſuaſio Hieroſolymâ interdictâ, Româ, Gargonóque Monte permiſſis, quô dùm ſe Bernardus ferret, Abbonis litteris compellatur, quibus expoſitô quam graues Aquitaniâ motus ipſius diſceſſus peperiſſet aut hortatur ad reditum, aut eius quod fore conducibilius Paſtorali muneri videatur optionem relinquit liberã. Quid deinceps Bernardo factum, quandiu ſederit, aliáque id genus ſilet Aymoinus & mihi eſt aliunde hactenùs incompertum.

Bernardi ex Aymoino Acta.

Aymo. lib. de vita S. Abbonis c. 10. in Floriacenſi Bibliotheca.

ATENIM quæ nos temporum ordine à pueritia ſeruato, Bernardi acta proſequuti ſumus, ex ipſis *Aimoini* verbis eruamus. De 57
genere, patria, ſtudiis, *Bernardum*, inquit, *Pater Hugo haud infimo inter proceres Aquitanicos ortus loco, ex copioſa filiorum caterua Deo obtulerat ad ſeruiendum; ac ad Floriacenſe S. Patris Benedicti cœnobiũ miſerat, litteris imbuendum: quem hic totius bonitatis plenus Abbo, ex præcepto Abbatis ſui honorabilis Richardi ſuſceptum valde dilexit, & inquantum temporis oportunitas adriſit, liberalibus artibus erudiuit.* De initis Abbatijs ſubdit continuò, *Sed idem Bernardus non longo interiecto annorum ſpatio à Patre ſuo euocatus,* Solemniacenſi Abbatia quã S. quondam conſtruxit Eligius, *eſt donatus; ac non multò poſt* Bellilocenſem locum *quem eius genitor iure belli armiſque conquiſiuerat victricibus, eſt adeptus*; & paulo antè, *Bernardi* Bellilocenſium Abbati *duarum mittit Abbo textus epiſtolarum.* De Epiſcopatu Caturcenſi, *Cui* (Bernardo) *cùm Vuillelmus Toloſanus* Caturcenſem Præſulatũ quẽ nũc regit, *cõmittere diſpoſuiſſet,* (pergit de ſimoniacis Comitis in Bernardum molitionibus vno tenore dicere) *Et ob hoc tam ipſe Comes, quàm & Archiepiſcopus Bituricenſium ſub cuius diœceſi eadem Eccleſia conſiſtit, non minimam pecuniæ ſummam ab eo exigerent, ad hunc alumnũ ſuum S. dirigit Abbonem quid facto opus eſſet interrogans, Ad quem ille charitatiuam direxit epiſtolam ita ſe habentem, Quia te diuina pietas ſeruum ſuum multis honoribus admodum extulit, quos virtutum prærogatiuâ adeo excolis, vt te imitabilem præbeas pluribus bonis; hortor & admoneo, vt tuæ memor profeſſionis illos gradus excellentiæ appetas in quibus Dominum non offendas. Huiuſmodi emptores* (Simoniaci) *quaſdam veluti telas aranearum texunt, quibus ſe defendunt, quod non benedictionem ſed res Eccleſiæ poſſeſſuri emunt* &c. De profectionis Hieroſolymitanæ Romanæque cõſilio ſubiungit Aimoi. *Verùm Bernardus tandem aliquando bonorum huius vitæ pertæſus videns multorũ frigeſcere caritatem, & ideò ſuperabundare iniquitatem, deliberauit animo, relictis*

Epiſtola Abbonis ad Bernardum, laudum pleniſſima.

omnibus

omnibus quæ poſſidebat Hieroſolymā petere: quod iter à Patre eius pœnitentiæ voto, ante omnes ferè in hoc tempore Galliæ habitatores cœptum ac percurſatum fuerat. Nec tamen abſque ſui ſententia didaſcali aut conſilio perficere diſponens, ad Floriacum venit Monaſterium, ſecreta cordis ſui huic ſuo totius bonitatis patefacturus magiſtro, Ille, Hieroſolymitano interdicto itinere; ne omnino eius voluntati contraire videretur, Romam petere, Montem Garganum adire conceſſit Addit Aimoi. fuſiùs de conceſſis Bernardo ſocijs, de litteris ab Abbone in ipſo itinere miſſis, quas breuitatis ſtudio huc transferre haud inuitus prætermitto. Bernardi Pater Hieroſolymam ex voto profectus.

58 NONNIHIL hic operæ ponendum eſt incerto annorum computo ineundo ſerieque noſtra minimè interpolanda, quorum tamen amborum felicem nobis ſpondemus exitum adniſi ope numinis. Sediſſe igitur hoc tempore Bernardum ſic euinco; Ex Aymoi. hiſto. S. Abbonis Floriacenſis Martyris nono cap. floruit *Abbo Floriacenſis Roberti Regis tempore* ſub decimi ſeculi periodum extremam, floruit & antea *Hugonis Regis ætate* cuius auſpicia in annum 988. ferè incidunt ex cap. hiſtoriæ eiuſdem ſeptimo, floruit & ſuperioribus annis *ſub Ioanne XIII. Pontifice Max. ſubque Lothario Galliæ Rege*, Anno quippe 970. à S. *Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo* auctoritate Ioannis Papę Concilium in Anglia ad Clericorum frœnandam incontinentiam coactum eſt, cuius decretis executioni mandandis delectus *Oſuualdus Vuigornienſis Antiſtes* Abbonem Floriacenſē Rameſeiam inſtituēdis Monachis, ſanctéque ac caſté regendis euocauit in Angliam, ſi Actis S. Oſuualdi, Aymoinóque credimus: Cumque tùm diu iàm in Floriacenſi cœnobio docuiſſet Abbo grandi natu, vt & locuplete famā, inſignique ſanctitate, id temporis; ſuperioribus eiuſdem decimi ſeculi temporibus floruiſſe etiam oportuit. Quid ergo vetet his ipſis temporibus affigere Bernardum noſtrum? qui etiam ſine hiatu vllo notabili ab A. C. 946. (ad quem Gausberti ſedem antehac protendimus) ad extremi ſeculi annos, adque A. C. 990. ſedere facilè potuerit. Quamquam in his aliiſque ſimilibus ſedium terminis deſignandis, non tàm quid certò omnino conſtet, quàm quid ſemel compertā ſede Antiſtitum ad deſultoriæ hiſtoriæ hiatus euitandos non inſulsè aſſeri queat indicare animus eſt; iſque ſemper promptiſſimus ad terminos hoſce anguſtandos ſi qui medij inter noſtros Antiſtites è doctiorum ſcrinijs aliquando erumpant. Temporis ratio. Tilijus in Chron. Apud Surium Tom. 5. die 15. Octob. Aymoi. in vita Abbonis c. 4.

59 SILERE hic non poſſum qui circa Bernardi noſtri tempora ſeculique decimi finem in Cadurcenſi ſolo contigit obitum *S. Theodardi Narbonenſis Archiepiſcopi*, tum vt à ſitu & obliuione vindicetur, tum vt ad Eccleſiaſticam Cadurcorum hiſtoriam lux maior veritatis accedat. Conſignabo hic tantùm monumenta quæ in *Sanctorali Bibliotheca Dominicanæ Toloſæ* extant *Kal. Maij* in hæc verba, *Poſt-* S. Theodard' hoc tempore vixit, obiitque.

Archiepiſcopus Na bonen.

Patriâ Cadurcen. In Cadurcino ſolo obiit.

Abbatia S. Martini ab eius progenitoribus extructa ad Montalbanum.

Infrà. num. 74.

A. Caluiniſtis excîſa.

quam prædictus vir Dei Theodardus manifeſtè ac penitùs indubitantèr agnouit ſe vocari diuinitus ab hoc ſeculo, atque non multò pòſt ad aliud properare in ſuum quod quondam parentes eius in proprio vt fertur prædio ſub S. Martini Turonenſis Epiſc. venerabili ſemper ac perpetuæ memoria conſtruxerant Xenobium, iter vertit; vt ibi proprium, ab hac luce recedens, Domino (cui omnes viuunt fideles, & cui non pereunt moriendo, ſed mutantur in melius) redderet ſpiritum. Eſt autem iam dictum Monaſterium in territorio Cadircenſi in monte *qui* Aureolus *dicitur, ad cuius montis radicem fluuius quidam decurrit, quem indigenæ regionis ipſius* Taſconem *vocant: Hic ſuo decurſu confinia* Toloſani, Caturcenſiſque *ruris liquido dirimit patenter influxu, qui à prædicto monte recedens poſt modicum temporis ſpatium Tarni immergitur fluminis.* Ex quibus monumentis habes *Theodardum* hunc *Cadurcenſi deberi Prouinciæ; Abbatiam S. Martini* quæ caput *Montalbani* A. C. 1144. adiunctæ, fuit, ſuo vt loco dicetur, ab Theodardi progenitoribus extructam, S. Theodardi obitu, & in eam religione nobilitatam; hanc ſi quo par erat cultu proſequuta foret Montalbanenſium pietas nequaquam hodie ipſorum in ea funditùs delenda impietatis ac furoris in Diuos relicta veſtigia, obijci ſegregibus ſuperſtitibus poſſent.

DEODATVS.

Deodatus ab A. C. 1000. ad 1040.

Apud Lemouicen.

Adeſt Lemouicæ dedicationi Baſilicæ Saluatoris cum alijs 10. Epiſcopis anno 1028.

Adeſt Lemouicenſi ſynodo an. 1034. quid inibi actum.

DEODATVS (cui & *Deus-dedit* nomen) ad initia ſeculi vnde- 60
cimi ſedit: Conſtat ex M. S. *Chronico Gausfredi Monachi S. Martialis* Cœnobij, quo, anno 1028. Caducis præfuiſſe Antiſtitem traditur id hæc verba, *Anno Domini 1028. conſecrata eſt Baſilica regalis, Saluatoris, Lemouicæ, XV. Kal. Decemb. idque ab Epiſcopis vndecim, quorum nomina hæc pagina continet*, Iordanus *Lemouicenſis*, Iſembertus *Pictauienſis*; Roho *Engoliſmenſis*, Arnaldus *Petragoricenſis*, Petrus *Gerundenſis*, Deodatus *Cadurcenſis*, Aemilius *Albienſis*, Arnaldus *Rotenenſis*, Fulco *Carcaſſonenſis*, Elus *Santonenſis*, Gothefredus *Archiepiſcopus Burdigalenſis: Hoc factum eſt tempore Roberti Regis Francorum & Imperatorum Conſtantini Græcorum, & Conradi Romanorum.* Interfuit & Deodatus *Lemouicenſi Synodo* anno pòſt ſexto, ſcilicet Chriſti Dom. 1034. quâ de S. Martiale *Apoſtolo* nuncupando actum pluribus eſt; De Vicecomite qui poſt incurſam Excommunicationis cenſuram ob populationes publicas, ſacro donatus ſepulchro fuerat, extumulando, De Interdicti pœna, in ſeditioſos omnes, paciſque Lemouicenſes inter ac quietis perturbatores, ferenda; De Epiſcopis ſi qui ab decretis Concilij diſceſſiſſent deponendis,

De

De Abſolutione Papali, quam, excommunicati ab priuatis Antiſtibus, impetraſſent furtiuè, doloſéque cauſſarumque articulis nihil patefactis, pro nihilo habenda vtpote irrita, Déque id genus alijs. Porro adfuiſſe Deodatum vnà cum non paucis Epiſcopis ſuprà ad annum 1028. nominatis, Acta Excommunicationis in ſeditioſos inibi latæ ſic docent, *Ex auctoritate Dei Patris Omnipotentis, & Filij & Spiritus S. & S. Dei genitricis Mariæ, S. Petri Apoſtolorum principis, & B. Martialis, & aliorum Apoſtolorum, atque omnium Sanctorum Dei, nos Epiſcopi in nomine Dei ſpecialiter congregati*, Aerno *Archiepiſcopus Bituricenſis*, Iordanus *Antiſtes Lemouicenſis*, Stephanus *Anicienſis*, Rotico *Aruernenſis*, Ragamundus *Mimatenſis*, Aemilius *Albienſis*, Deusdedit *Cadurcenſis*, Iſembertus *Pictauenſis*, Arnaldus *Petragoricenſis*, Roho *Engoliſmenſis, excommunicamus illos milites de iſto Epiſcopatu Lemonicenſi, qui pacem & iuſtitiam Epiſcopo ſuo firmare, ſicut ipſe exigit, nolunt, aut noluerunt. Maledicti ipſi & adiutores eorum in malum* &c. tùm poſt paulò. *Omnes Epiſcopi & presbyteri candelas ardentes in manibus tenentes, mox eas in terram proycientes, extinxerunt &c.* Vbi tantùm aduertendum occurrit quem anteà *Deodatum* vocatum accepit Lector, hic *Deusdedit* magnâ vocis affinitate vernaculo idiomati perinde reſpondente, nuncupari, quia idem, Grammaticorum character actiuâ iuxtà ac paſſiuâ voce exprimat, idemque ſit *Deodatus*, & quem *Deusdedit*. In eadem Lemouicenſi Synodo Deodati fides integritaſque inconcuſſa enituit, quando *in ſuum ipſum nepotem* ita ſeuere agi nullâ interceſſione permiſit, quin & ſuo ſuffragio iuſtam ſententiæ ſeueritatem promouit: Vt enim Actione ſecundâ Concilij legitur, accepit Deodati Cadurcenſis Epiſcopi nepos à Principibus ſecularibus, Comite Toloſano, poſteà Petragoricenſi itidem Comite, inde Vicecomite Combronenſi Bellouacenſem Abbatiã profanus homo, nulliſque initiatus ſacris ordinibus, ſtemmatum ac paternæ nobilitatis claritate ſuffultus. At nihil ſuo iure cedendum arbitrati Concilii Patres, interque cæteros Deodatus, nihil nepotis conſanguinitate ab officio dimotus, accerſitum, flexis adſtantem genibus, coràm increpitum, ad hanc demiſſi animi culpamque deprecantis vocem adegerunt, *O Reuerendiſſimi Patres; hanc rogo iuſto iudicio corrigite rem, & libenter conſentio*; exauctoratóque legitimum Abbatem ex Monachorum albo Iordani Lemouicenſis præſulis calculo rite ſublectum ſuffecerunt; ad documentum nimirum poſteritatis immortale, præſertim ſicubi agitur de ſacrilego ſimoniæ quæſtu etiam contra Magnatum Affinium, Nobiliumque molitiones radicitùs euellendo. Teſtata fuit & documento id genus non vulgari Deodati noſtri virilis conſtantia in magnatum contra diuinas leges inſultibus, generoſius reprimendis. Acto quippe in Synodo de ſuſpicione criminis & perfidiæ diluenda, quòd, vel ob-

Acta Synodi Lemouicenſis.

Excommunicat Synodus pacis perturbatores.

Excõmunicationis formula

Deodati ſeueritas in nepotem ſimoniacum, Abbatiæ, cùm clericus ipſe non foret, inuaſorem.

Synodi in nobiles Eccleſiaſticorum iurium inuaſores conſtãtia

Deodati zelus ex cõmunicatis Eccleſiaſticâ ſepulturâ arcendis.

iicicbatur, tuliſſet Abbas haud iniquè Aede ſacrâ condi cæſi corpus cxcommunicationis illatæ vinculo haud antea ſoluti, nihil conniuendum ratus Deodatus facti proprii narratione ad Sacrilegia ſimilia vlciſcenda, Concilii Patres omnes accendit; narrauit quippe nullis precibus adduci potuiſſe ſeſe, vt eâ cenſura expediret populatorem prædatoremque publicum, quò maior ceteros terror inuaderet; neque item vt ſacri tumuli iuſta iniuſto ac perdito perſoluerentur; quam ſententiam oſtenta non vulgaria diuinitùs confirmarunt, Placet ea verbis ipſius Deodati in Lemouicenſi Concilio Actione Secunda perorantis exſcribere, vt habeat ſucceſſorum conſtantia quo ſe in cauſſis iſtiuſmodi tueatur, *Nuperrimè*, inquit Deodatus, *poſt Concilium Bituricen. quidam de excommunicatis eques in noſtra Diœceſi interfectus eſt, quem ego rogantibus amicis & propinquis eius nullatenus ſoluere volui, vt ceteri metum haberent: grauem enim culpam prædantis habuerat. Itaquè ſine ſacerdotis obſequio à militibus apud quandam Eccleſiam S. Petri, non me iubente ſepultus eſt. Mane autem facto corpus eius longè extra Cœmeterium proiectum & nudum ſuper faciem eius terræ inuentum eſt: tumulus autem vbi ſepulturam habuerat intactus, & ita, vt dimiſſus fuerat, repertus eſt. Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo ampliùs niſi veſtes quibus inuolutum corpus fuerat, inuenerunt. Rurſus cadauer ibidem ſepeliunt, & diligenter tumulum ſub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: ſed die altero proiectum cadauer, & tumulum intactum, vt ſuprà aſpiciunt. Quinquies ſepeliunt: toties eodem eiectum tenore contuentur. Tanto demum victi ſtupore, corpus longè à cœmeterio Eccleſiæ, terrâ obruunt. Quo terrore perculſi principes militiæ, pacem nobis velut optabamus firmare nequaquam diſtulerunt. Ad hæc* (Deodati verba) *reſpondit Concilium, Quid hoc aliud eſt, niſi quia ſub oculis hominum, arbiter hominum affirmat Eccleſiæ ſuæ auctoritatem, quia excõmunicati, à ſepultura Chriſtianorũ iuſtè ab Epiſcopis ſegregantur?* Hæc de Deodato; quæ non oſcitenter notari peruelim. ab iis qui Eccleſiaſticas diras ſubſannant, & de excommunicatis communi Chriſtianorum ſepulchreto condendis adeò ſunt noſtro æuo ſollicitci, nihil vt Eccleſiæ ſanctionibus, nihil vt veterum Patrum ſenſu, nihil vt oſtentis prodigiiſque miraculi pleniſſimis deterreantur. Cæterùm ex adſcriptis Deodati verbis quibus Bituricenſem laudat ſynodum illi eo ipſo anno immò (ſi Glabro tum viuenti fides) eodem, cum Lemouicenſi, menſe, habitæ, ſuperque iiſdẽ capitibus decidendis Patrum calculo collectæ, adfuiſſe Deodatum non abſurdè præſumat quis. Quod facit ad Temporum computum, comperto iam Deodatum anno 1028. & 1034. Sediſſe, ſubnecti Bernardo poteſt ab A. C. 1000. ad annum 1040. quamquam an qui medii fuerint non omnino cognitum eſt, vti iam perſæpe monuimus ſeriẽ hâc Epiſcoporum annectendâ.

Excommunicati corpus loco ſacro conditum, ſæpiùs reluctãte loci religione, non ſine miraculo, apud Cadurcos repulſum.

Glab. lib. 5. cap. 1.

Temporis ratio.

FVLCO

FVLCO SIMONIS.

Fulco Simonis ab A. C. 1040. ad 1070.

61 FVLCONEM Deodati ſucceſſorem facio ex veteri inſcriptione Moyſiacenſi, lapidi inſculptâ altiùs ad poſteritatis perennem memoriam, Chori Abbatiæ ſiniſtro latere, in hanc formam,

Lapis Moyſiacenſis inſcriptio.

Idibus octonis, domus iſta dicata, Decembris,
Gaudet Pontifices hos conueniſſe celebres,
Auxius Oſtindum, Lactora dedit Raymundum,
Conuena Vuillelmum direxit, Aginna Vilelmum,
Juſſit & Heraclium non deſſe Beorra benignum,
Elloreus Stephanum conceſſit, & Adura Petrum,
Te Duranne ſuum, noſtrumque, Toloſa patronum:
Reſpuitur Fulco Simonis *datis iuræ* Caturco.
Myriades, luſtris, apponens, tres, duodenis,
Virgineum partum dabat orbi tunc venerandum;
Hanc tibi Chriſte Deus Rex inſtituit Clodoueus;
Auxit munificus, poſt hunc, donis, Ludouicus.

His enim in verſibus recenſentur Epiſcopi, quotquot ad Baſilicæ dedicationem, pro more dudum in Galliis recepto, aduolarunt variis è prouinciis; & quia Cadurcenſis maximè Præſul cuius Diœceſi ea cenſetur Aedes, aduocandus videri poſteris potuiſſet: ideò ne per obliuionem ommiſſus, aut per incuriam neglectus, aut ob Sedis id temporis interpolationem tacitus cenſeretur, expreſſo nomine haud abs re non admiſſum docetur. Cauſam nonnulli ſuſpicantur ſimoniaci quæſtus notam cui deſignandæ *Fulconi* vox *Simonis* addita ſit. At quàm ſupinâ craſſâque coniecturâ? Enimuerò ſi id nominis ad ſimoniæ vitium innuendum ſufficiat, ipſe Apoſtolorum princeps ſe *Simonem* audiiſſe doleat, vel poſt Magi *Simonis* audaciam proſtratam. Conſultiùs quis cognomen gignendi caſu expreſſum voluerit more Gallos inter etiam id æui receptiſſimo, aut ad Partem Simonem indicandum, aut ad familiam denotandam, quaſi Gallico idiomate *Foulques de Simon* appellares Antiſtitem; vt & in hac ſerie noſtra, leges inferiùs *Raymundum Pauchelli, Hugonem Geraldi,* ſicuti nuncupatum haud abnueris apud alios *Petrum Damiani, Petrum Leonis, Henricum Leonis, Petrum Aureoli, Gauſelinum Ioannis.* Occaſio verò haud vocandi Fulconem multiplex vt eſſe potuit, ſeu ex priuatis odijs, ſeu aliunde; ita coniecturâ non prorſus abſonâ videri facilè queat exemptio Moiſiacenſis Abbatiæ ab Epiſcopali pedo iuréque Cadurcenſi, cum ne quâ parte cederetur relictus Fulco fuerit, præſertim ad-

Fulco cur non admiſſus dedicandæ Moyſiacẽſ Abbatiæ.

ſtante *Duranno Toloſano Antiſtite, Moiſiacenſique Abbate*, cum quo ne qua lis ſuper primatu à Fulcone concitaretur, relinquendum potiùs duxerint. Porro fuiſſe Duranmum Moyſiacenſem Abbatem teſtis loco fidem faciat extans marmor in eiuſdem Abbatiæ periſtilio A. C. 1100. vt fert adnotata ibi temporis ratio, erecto, quo Durannus Pręſulis ſpecie præfertur hàc epigraphe ad caput fornicatim adſcriptâ, *Durannus Epiſcopus Toloſanus*, *& Abbas Monaſterii huius*; quod idem Guido, Hugo, Antoninus, & Tritemius aſtruunt; vnde nullo negotio intelligas verſum aſcriptos inter ſeptenum, quô Durannus *Toloſanus patronus*, quia Epiſcopus; & *Moyſiacenſis*, quia inibi Abbas, nuncupatur.

Durannus Abbas Moyſiacenſis et Toloſanus præſul id temporis. Guido Catolo. Epiſco. Toloſano: Hugo in Hugone Cluniacenſi, apud Sur. Antoni. hiſto. c. 17. tit. 15. §. 7. Trite. l. 4. Cluniac. cap. 547.

Quo anno Durannus & Fulco.

Iam, ea *Duranni* Toloſani mentio facit, vt Fulconis coæui æuum eruamus minore negotio. Sedit quippe Toloſæ Durannus circa A. 62
C. 1060. ex Guidone, Regnante Gallias tum primùm *Philippo I.* Toloſanis præfecto *Pontio Comite*, quæ ad A. C. 1061. Sigebertus & Tillius referunt. Sederit ergo haud procul ab illa ſeculi vadecimi periodo Cadurcenſis Fulco. Imò ex adſcripto verſu laudatos inter *nono* & *decimo*, qui ſic habet,

Myriades, luſtris, apponens, tres, duodenis,
Virgineum partum dabat orbi, tunc venerandum,

Variè explicatur verſus ſuprà citati, perdifficiles.

tum ipſorum germanum ſenſum; quamquàm ænigmatibus ſoluendis Oedipus non ſum; tum certam temporis huius rationem elicio, ſi præmonuero ipſis ex verbis per ſe conſtare, annum, ab partu Virginis, in quem dedicatio ea inciderat, annotari, ſtylo minùs quidem docto, at nihil minùs veri tenaci. Quaſi ſic dictum foret, Virgineum partum orbi venerandum, tunc *dabat* hoc eſt *deſignabat annotabatq;*, *Myriades* (*ſingulari*, vt Grammaticum hic agam, *numero*) hoc eſt *annus milleſimus*: (quaſi ſi *Myriadam* aut *Myriaden* latini ferret idiomatis lex, & myrias aut minùs latinè *Myriada*, vel *Myriades*, non decem millia ſed millena tantummodo deſignaret) *apponens* hoc eſt *adiungens inſuper*, ſcilicet vltra notatum millenarii numerum, *tres* hoc eſt *ternarium*, *luſtris duodenis* hoc eſt *ſpatio annorum vel 60.* ſi luſtrum metiare quinquennio, *vel 48.* ſi quadriēnio; quod tu clariùs diceres, Anno ab Virginis partu 1051. aut luſtri ampliori acceptione 1063. Sic acceptū hoc loci *Myriades* nomen, in quo vno difficultas eſt, perſuadet quod vel ſingulari numero vel plurali inibi vſurpatum oportuit: Non plurali certè, alioqui multi præceſſiſſent annorum à Chriſto nato millenarii, quod quis ferat? ſingulari igitur. At quo commodiùs quàm nominandi caſu, vt cum ſequentis verſus voce *dabat* quæ alió referri vix poteſt nectatur? Certè erraret toto cœlo qui vocem *Myriades* numero multitudinis vnà cum ternario ſequente iungeret; ſic enim tres myriades hoc eſt millenos ter aut tricies annos ab partu Virginis,

emenſi

emenſi dudum fuiſſemus. Placet & non ineruditi viri coniectura, qui vocem *Myriades*, in duas diſpeſcens, ſic explicabat; *myria des*, hoc eſt tu ô lector aut alius quiuis, *da myria*, hoc eſt mille annos (pro eo enim vſurpari potuit latinum Myria ſicut græcum **μυρία παροξυτόνως** infinita, ſexeenta, & millena deſignans) apponens addenſue inſuper *tres* annos, duodenis annorum *luſtris*, ſicque occurret annus quo Deipara pariebat, *Virgineum partum dabat Orbi tunc venerandum:* quo pacto præter liberiorem vocis *Myriades* diuiſionem, hoc eſt incommodi, quod vox *dabat* ſupponat aliunde, quò referri queat integrando ſenſui: vnde fit prior vt explicatio nobis præferenda videatur. Qui *myriados* legeret non *myriades*, non ineptè etiam hunc ſenſum eliceret, Iungendo luſtris duodenis myriados (elapſæ nimirum ante luſtra hæc duodena) ternarium, occurſurum parientis Virginis tempus. Tu Lector, vti animus feret, pro voto qui ad ſtomachum magis ex his fecerit explicandi modum præfer; omnes quippe in eundem ſenſu coincidunt; licebit & nouum de tuo addas; Caue tamen in primis, ne vocem *myriades*, cum ſequenti (*tres*) ita iungas, vt multas deſignent myriadas, Auoſque noſtros ac Proauos futuris olim ſeculis vixiſſe dudum facias, temporum perturbatiore paulò apallage. Nos id ex diſputatis hactenus exprimamus, Fulconis ſedem ad A. C. 1060. attinere, ità, vt Præſulem hunc habere potuerit Cadurcum ab A. C. 1040. qui Deodati extremus fuerit, ad 1070. Cæterùm procul abeſt hic noſter *Fulco* ab illo alio qui in *hæreſim Albigenſem*, eiuſque fautorem *Raimundum Toloſanum Com.* adeo ſtrenuè ſe geſſit: Id enim A. c. 1210. longo poſt interuallo contigit; & qui tum ſedebat Cadurci Præſul alius nomine ab illo Toloſano Antiſtite Fulcone laudatiſſimo erat, etſi vti eo anno docebimus, nihil differret, votis, conſenſu, & in Romanã Eccleſiam Catholicamque fidem religionis pleniſſimâ conſpiratione.

Temporis ratio.

Fulco Toloſanus à noſtro diuerſus.

Infrà in Guillelmo III.

STEPHANVS. I.

63. STEPHANVM Cadurcenſem hoc tempore Antiſtitem, exactis iàm *Fulconis* deceſſoris annis, facit auctoritas *Vrbani* II. A. C. 1093. V. Id. Febru. *Diploma* ſancientis in Monaſterii Fiacenſis (ſeu quod idem eſt Figiacenſis) gratiam; eiuſque publicationem Epiſcopo Cadurcenſi Stephano, cuius Diœceſi cenſetur Aedes illa, committentis. Placet Bullæ Tabulario Figiacenſi aſſeruatæ verba attexere, vt ex ipſis nihil mutatis, & Stephanum noſtrum quod pronum ac perfacile fuerit eruamus, & Figiacenſis Abbatiæ priuilegia aliquot tùm conceſſa, & receptum Eccleſiâ vniuerſâ *Reliquiarum cultum*, *Indulgentiarum*

Stephanus ab A. C. 1070. ad 1093.

Eruitur eius nomen ex Vrbani II. Diplomate luculentiſſimo.

Epiſ. Judæ v. 10.

Monaſterium Figiacenſe Priuilegiis variis à S. Sede indultis gaudet.

Deſtructum,

A Chriſto ipſo olim conſecratū.

Ab Vrbano Indulgentiarum theſauro ditatū,

Ad id reſtaurandum Indulgētiis etiam inuitati fideles.

viſum, Templorum religionem conſecrationemque, flammarum purgatricium vim, & id genus alia quæ *Caluiniſtæ* noſtri pleno ore ſubſannant cachinnāturque, quia ex Apoſtoli Iudę vaticinio *quæ ignorant blaſphemāt,* eruamus. Verba Diplomatis Pontificii hęc ſunt, VRBANVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei,* Fratri noſtro *Stephano* Cadurcēſi Epiſcopo S. & A.B. *Fiacenſe Monaſterium in Diœceſi veſtra ſitum, quod Anteceſſores noſtri propter eiuſdem ſanctitatis excellentiam, quamplurimis priuilegiis, & ſingularibus indulgentiis ſublimarunt, nunc nouimus eſſe deſtructum, & à paganis concrematum. Quâ de cauſſa doloris affectu tàm ſacratiſſimæ Eccleſiæ quæ à Chriſto dedicata fuiſſe cognoſcitur (ſicut* Decretales *litteræ, gloſſæ, & Bulla B. memoriæ D. Stephani ſecundi Papæ nobis teſtantur, oſtenſæ)* deſolationi compatientes, & eius reſtaurationi ſubuenire volentes, De fratrum *conſilio noſtrorum, concedimus omnibus* Catholicis, *VII. Id. Non. huc cauſſâ ſalutis aduenientibus, pœnitentibus, & confeſſis, plenariam ſuorum delictorum Indulgentiam; etiam qui per circuitum anni in ſolemni Miſſa, Veſperis, ſeu Matutinis interfuerint, centum dies & pro qualibet aliarum horarum Canonicarum quadraginta dies veræ Indulgentiæ, in perpetuum concedimus. Nihilominus omnibus Catholicis, pœnitentibus, & confeſſis hîc ſepultis & ſepeliendis in futurum, medietatem pœnarum Purgatorii pro delictis ſecundùm merita debitarum, diuinæ conſecrationis honore ſemper ſaluo, remiſimus, & remittimus per præſentes. Cuique autem Catholico charitatiuè conferenti ad reædificationē, ſiue reparationem huius ſacroſanctæ Eccleſiæ pro ſuo conferentis arbitratu, centum annos veræ Indulgentiæ in perpetuum condonamus. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæcularíſue perſona contra hanc paginam temere venire præſumpſerit, & Eccleſiæ ſanctæ huius cœnobitas moleſtauerit diſtrictæ vltioni in extremo examine & perpetuæ maledictioni ſubiaceat. Cunctis verò ſua charitatiuè eidē cœnobio exhibentibus, & dilectionem ſeruātibus, ſit pax, & benedictio, quatenùs hîc fructum bonæ actionis percipiant, &* *in futurum* [illegible]*ia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Laterani V. Id. F*[illegible] *Pontificatus noſtri anno* V. Anno D. 1093.

Diploma Vrbani defenditur à calumnia.

Ex Anaſtaſio Bibliothecario.

Stephanus II. triduum Papa, ab aliquib. omiſſus.

Atenim in hoc Pontificio diplomate ad *Stephanum* noſtrum miſſo duo potiſſimū diſcutienda veniunt, Alterū eſt quod *de Stephano II. Papa* docetur; Alterum quod *de Figiacenſi Aede ab ipſo Chriſto Domino conſecrata.* Cùm enim *Stephanus II. Zachariæ* ſuffectus A. C. 751. triduum tantum Pontifex fuerit, repentino quippe extinctus fato, nihilque id temporis Figiacenſibus procul diſſitis conſulere potuerit; qui vix dum ſe Pontificem tàm breuiculi temporis anguſtiis agnouiſſet; quî tandem conſtabit Vrbani Diploma iam deſcriptum, litteras Decretales Stephani II. allegans; earumque auctoritate ſe fulciens? At neque Gordium nodum hîc metuet, neque Alexandri inciſuri gladium deſiderabit, qui ob tridui tantùm ſedē Stephanum 64

II. in.

II. in Pontificum albo haud recenſitum à non paucis, cum Annalium Eccleſiaſticorum ſcriptore noſtri æui locupletiſſimo annotarit: quaſi Pontificibus aſcribi ægrè debeat, qui nullis Pontificiis iure actis vnum vix habuerit Pontificis nomen. Atque hoc ipſum Vrbano anſam iure dederit Stephani II. nomine, non hunc triduanum Papam deſignandi, ſed proximè ſuffectum *Stephanum alterum*, qui diutiùs ſederit, *Gallias, Figiacumque, Aedem conſecraturus inibi, cum Pipino adiuerit*, qui ipſe Stephanus II. ſit, ſi Deceſſorem, adducta iam à nobis, prætermittêdum, vti vero eſt quàm ſimillimum, Vrbano perſuaſerint. Placet verò hoc loci quæ de Figiacenſi Monaſterio ſub Pipino conſtructo in Actis *S. Namphaſii, Diuo Ambroſio Cadurcenſium Præſuli coæui*, ſuperiùs à nobis ſcripta ſunt, pluribus proſequi, quò & obligatam à nobis inibi fidem exoluamus, & quæ id temporis Figiaci, præſente Cadurcenſi Antiſtite (quem vnum habemus eâ ætate S. Ambroſium) actâ ſunt, ab ſitu, abque tenebris eruta, luce, quâ certè ſunt digniſſima ſi quæ vlla, atque, ſi ita viſum ſit ſuperis, immortalitate donemus.

Baro. Tomo 9. A.C. 752. num. 10.

Stephanus III. qui & II. Gallias Figiacumque petijt.

num. 49. num. 50. in fine.

65 ROMANAE Eccleſiæ cladem vaſtitatemque minabatur portendebatq; *Longobardorum Rex Aidulphus*, iamnunc inuolaturus in Pontificem Stephanum Romanæque ſedis arcem, ni Galliæ perfugium tutiſſimum, *Pipinique Regis* auctoritas euaſuro patuiſſet; Obſecrat per litteras Pontifex Pipinum, vti adſit, & quâ eſt in Eccleſiam obſeruantiâ religionéque ſuis copiis barbaras fuget. Paret extemplò Pipinus, *Rodigangum Epiſcopum, Antgariumque ducem* mittit, qui Pontifici Gallias Sedis Romanæ aſylum, atque, ad vim repellendam, Francorum vires offerant. Pontifex haud abnuere oblata opportunè perfugia, Gallias petere, ſeſe Gallorum armis tegere, dum bellorum tempeſtas poſuiſſet. Occurrit aduentanti Pipinus, procul ex equo deſilit, cum muneribus Pontificem magnificè vti par erat excipit, Pariſios ſub anni quinquageſimi quarti ſupra ſeptingenteſimũ finê ducit, interimque ab eo viciſſim in Dionyſiana Aede ſolêniter inungitur, conſecraturque vnâque duo filii, *Carolomannus Caroluſque*. Sub hæc morbus Pontificem teter occupat, decretoriumque diem imminere conclamantium medicorum pronuntiabat calculus, cùm de repente nec ſine miraculo conualeſcit, SS. Petri, Pauli, Dionyſiíque (quorum & viſu frui datum) precibus, ſanitati priſtinæ reſtitutus. Fuit miraculi fama incitamentum haud ſegne Gallis noſtris, de Pontifice cui ita fauiſſent ſuperi, quàm optimè merendi; Adit ipſe Pipinus Aidulphum Stephani infenſiſſimũ hoſtem; paucо licèt comitatu, numeroſiſſimum frangit, fugat, exercitum, viam facit Pontifici in Italiam redituro, Aiſtulphumque redactum ad incitas, ad honeſta cogit fœdera cum Pontifice ineunda. Hæc belli primordia, hic exitus. Verum enimuero nequaquam in otio

Aiſtulphus Papã diuexat; vt à Pipino ad quem Pontifex cõfugit repulſus.

Huius hiſtoriæ auctores ſunt Anaſtaſius Bibliothecar. Theophan. lib. 21. Ludou. Imp. epiſ. ad Hilduinum. Stephanus 3. epiſ. apud Hilduinum in Areopag. Lugdunus epiſ. ad Rusfridum, apud Sur. 1. Mar. Tell. in Chron.

Quid egerit Stephanus Papa in Galliis.

Aegrotat; Miraculo ſanatur; Pipinum & filios religioſè inũgit; de Suuiberti ſanctitate inquirit; S. Dionyſij templum conſecrat; Figiacum adit S. Viuiano comite aliiſque præſulibus quò Aedem conſecret.

vixit hoc anno Gallos inter Stephanus Pontifex; De *Suuiberto* in Diuorum album poſt ſerium diutinumque examen referendo actum: Varia Galliâ noſtrâ loca, templa varia ab Pontifice adita, dicataque, atque, alia inter, Figiacenſe. Habetur quippe Abbatiæ Figiacenſis Actis authenticis, poſt Stephani aduẽtum in Gallias, poſtque Pipini ac filiorũ inunctionẽ ſolennẽ, aræque Pariſienſis S. Dionyſii conſecrationẽ Pontificiam, de Figiacenſis Monaſterii à ſe conſtructi dedicatione cogitaſſe Pipinum, adque eam religionem obeundam inuitatum à ſe Pontificem ad ſolum Cadurcenſe duxiſſe. Accingebat ſe Pontifex aduocatis eâ fine Galliâ totâ Antiſtitibus, quos inter *Viuianus Sanctiſſimus, Sanctonenſis Præſul*, atque vti coniicere eſt *S. Ambroſius tùm Cadurci ſedens*: Cùm ecce mediæ noctis altiſſimo ſilentio Chriſtus Beatorum agminibus ſtipatus vndique, è cœlo aduolate viſus, concẽtu muſico quem audirent paſſim admirabũdi ſuſpẽſique accolę, perſonãte: Nec inania viſa; Primò die concurrunt Pontifices, Pipinus, aliique ad Aedem vti conuenerat conſecrandam: ſed conferta nubes ab ingreſſu arcet vndique (oppleuerat quippe circumſepſeratque nubis ſpecie, *gloria Domini, Domum Domini*) donec poſt multas ardentesq; preces ſua ſponte recluſis oſtiis aditus patet Põtifici Max. Comitibuſq; hi in ædem iam admiſſi præſentiam numinis ex cœleſti ſuauiſſimoque odore latè perfuſo præſentiunt; conſecratam ſat ſuperque ab ipſo Chriſto cœleſtibus cæremoniis ædem, ex cruce multiplici vt fit parietibus Templi circumappicta coniiciunt; nullo alio vtendum ritu ſacrandis altaribus quæ diuinitùs inuncta ſacri liquoris veſtigia teſtarentur, edocentur. Ipſe Pontifex religione omni aliâ dedicandę Aedi ſuperſedet, ne humano ſuffragio diuina decreta firmare cœleſteſque ritus ſanctiores terrenis exornare velle videatur: primus inibi *Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium* præpotenti Deo offert, vt & ſuo ſinguli Pręſules ordine. Donat & Stephanus immunitatibus nec paucis, nec vulgaribus Abbatiam, tàm luculentâ viſorum ſpectatorumque coràm teſtificatione, Deo caram. Donat & Pipinus, dotatque reditibus benè amplis regiiſque, totóque Oriente conquirit per Legatos ſtrenuos ſedulóſque Reliquiarum SS. genus omne, ad ædis Religionem, obſeruantiam, famamque non Occidentis modo partibus, ſed Oriente toto, hoc eſt vniuerſo terrarum orbe diffundendam. Atque hęc ſunt Diplomata, hæc indulta, hæc priuilegia, quorum memoriam refricat Vrbanus Papa Diplomate ad Stephanum noſtrum dato, quorum omnium elucidandorum gratiâ iſthæc inteximus. Hæc Aedis Figiacenſis olim ſanctitas, religioque fuit; cui ſi Caluiniſtarum Galliâ totâ, eóque imprimis, tractu, furentium immanitas pepercisſet, maiora veteris ſanctimoniæ, pauciora recentis impietatis veſtigia cerneremus. Haud grauabor ipſiſſima verba ex fundationis Monaſterii Figiacenſis

1. *Paral.* 5. v. 14. Chriſtus ipſe eã conſecrat.

Pontifices ibi faciunt.

Eius ædis priuilegia Pontificia, Regiáque.

Caluiniſtarum in eam furor.

Actis

Actis Figiacenſi Archiuo aſſeruatis (quæ deſcripta penes me ſunt) carptim hoc loci attexere: nec enim omnia placet adiungere, ne in immenſum ſe fundat hiſtoria cuius breuitati, non minùs, quàm veritati, ſtudere, in votis eſt.

66 De Monaſterii ergo Figiacenſis conditu ſic ſe habent, *Pipinus locum ædificationi congruum cœpit inquirere diligenter; cumque ad hoc inueſtigandū anxiè ſuſpiraret, in vallis cuiuſdam planitiem montibus vndique circumſeptam, quæ* Figiacenſis vallis dicitur, *diuino nutu deuenit.* Noctis ſilentio, cùm placido ſeruus *Chriſti ſomno ſuccubuiſſet, adeſt ecce Angelica de cœlo viſio, de ſupernis allatum pio Regi inſinuans nuntium; Tempus eſt, inquit, ſerue Dei, ad effectum, mentis trahere propoſitum: Ecce opportunum & Dominicæ ſedi gratum præſentem tibi oſtendo locum, nec ad id agendum de eius diffidas auxilio, cuius ad incipiendum tibi non deeſt reuelatio. Dum mane Rex ad confitendam Domino ſurrexiſſet, attentiuſque oraret,* colūbas *in niuis candore quoddam ſimplicitatis blandimentum exprimentes, ab æthere illapſas aduolare, ac volatu velociſſimo ad ima properare proſpexit. Cumque tam inſigne miraculum diligentiùs intuens conſideraret, ſingulas ſingulos ramuſculos ab alto aſportantes agnouit; quibus ſeriatim compoſitis,* quaſi quodam certo limite locum ſignificare, intentus obſtupuit, *vbi manifeſtum diuinæ reuelationis indicium, non vltrà ſuſpenſus, intellexit. Signo igitur mirabili roboratus Rex cœlico limite ſignatum ſanctiſſimæ ſedi aptauit locum, nec diuinum in aliquo transgrediens nutum ſummæ* Trinitati dicatam *fundauit Eccleſiam.*

Ex Actis Fundationis Monaſterij Figiacenſis, fit ſuperioribus fides.

Diuino monitu à Pipino Rege vt conditum Cœnobium; S. Trinitati dicatum.

67 De Stephani Papæ aduentu in Gallias, *Eodem tempore Apoſtolicæ dignitatis culmen* Stephanus vir Apoſtolicus *obtinebat. qui ab* Aiſtulpho Longobardorum Rege *ferventem tribulationis rabiem tolerans, ad* Pipinum Francorum Regem *ſibi vnicum elegit refugium: Cumque ad* Pariſiorum vrbem *propero curſu attigiſſet, à pio Rege Præſul ſanctiſſimus debito cum honore ſuſceptus eſt;* Et mox, de aduentu Figiacum, deque Templi conſecratione, *Memor intereà Figiacenſis Eccleſiæ vtpote ædificationis ſuæ princeps clariſſimus (Pipinus) multiformi precum inſtātiâ glorioſum rogauit Pontificem, vt partes iſtas Rege comitatus viſitaret, & nouellæ ſed ab æterno præſignatæ Eccleſiæ conſecrationem celebraret; cui etiam per ordinem expoſuit eiuſdē supernâ admonitione conſtructionem, vt eius animum ad id agendum redderet promptiorem. Spondet ſe Papa Sanctiſſ. venturum, & factis exequi non differt promiſſum. Conueniunt & ex multis partibus multi Pontifices, Sancti Patris aduentu & auctoritate commoti, necnon ex rei atque miraculi de noua Eccleſia auditi nouitate perculſi Apoſtolicæ ac Regali curiæ intereſſe non indignum iudicātes: inter quos celebris memoriæ* Beatiſſimus Viuianus, *qui tunc* ſedis Sanctonicæ Præſul, & Comes *florebat, qui vtriuſque dignitatis honorem virtutum & miraculorum ſplendore multipliciter adornabat, affuiſſe non*

Stephanus Papa quid in Galliis, quid Figiaci.

dubitatur. Et poſt aliquot inſerta, *Media noctis ferè curſu peracto, venit Dei Patris ſapientia JESVS CHRISTVS hymnidicis vallatus Angelorum choris. A prædicto Papa ſanctiſſimo, à Rege Francorum piiſſimo audita ſunt harmonica pſallentium voces, auditi cantus organici, quos ſpiritus decantabant Angelici, quod etiam multi alij audire meruerunt, qui rei & miraculo teſtimonium perhibere non timuerunt. Saluator interim noſter ſacrum hoc peragere dignatur myſterium, quod nulli conceſſum eſt celebrare mortalium, Altarium menſis & parietibus reueranda Crucis ſignum imprimit, ſignata cœleſti Chriſmate cœlitus ſacerdos inungit; inunctis, ſuperna conſecrationis benedictionem apponit. Tum receptus eſt in cœlum ciuium ſe ſequente comitatu cœleſtium.* Poſt enarrata, quæ diximus de nube, & odoris fragrantia, pergunt Acta, *Introgreſſus Papa Sanctiſſ. mirãdis plus mirãda ſuccedere videt: cùm enim ſacris altaribus vicinus acceſſiſſet, vidit Dominicis menſis, & parietum lineamentis impreſſam Dominicam Crucem, & ſacri liquoris ſuperpoſitam percipit unctionem, ex quibus comperit tertium ſacra benedictionis argumentum &c.* De Immunitatibus gratiiſque à Pontifice Regéque in idem conſpirantibus, legitimè collatis. *Peracto de more Miſſarum officio, reuoluens apud ſe Papa Sanctiſſimus quantâ dignitatis prærogatiuâ ſuam Chriſtus dotaſſet Eccleſiam, Apoſtolici quoque priuilegij excellentiâ dignum arbitratus eſt eam eſſe honorandam. Hoc ergo auctoritatis priuilegio munitam dotauit Eccleſiam, vt inter omnes Cadurcenſis pagi Eccleſias præter Cathedralem eiuſdem Diœceſis ſedem primatum obtineret; quã equidem in hoc vno hôc præpoſuit dignitate quòd eiuſdem loci Abbatem conſtituit non alibi quàm in ipſa cui præponeretur Figiaci Eccleſia à Cadurcenſis Sedis Epiſcopo, ab eodem ad hoc inuitato, benedici: niſi fortè à Rom. Pontifice ſuſcipiendam potiùs eligeret benedictionem. Verùm hanc eidem Eccleſiæ Figiacenſi indulſit, quam & Apoſtolici auctoritate priuilegij confirmauit perpetuæ libertatis excellentiam, vt nullius prorſus Epiſcopi, vel Archiep. ſiue Cardinalis interdicti aut excommunicationis vnquam ſententiæ ſubiaceat, nullius Eccleſiaſticæ ſæculariſue perſonæ quantumlibet potentis, ſit obnoxia Dominationi &c.* De Pipini munificẽtia ſubdit, attributum Figiacenſi Monaſterio *Conchenſe Cœnobium Ruthenorum finibus clauſum, Eccleſiam S. Quintini de Gallicos cum eiuſdẽ appendicijs, viginti ſcilicet quatuor Eccleſijs, & quidquid per Figiaci circuitum eſt, quantum itinere vnius diei poſſet peragrari.* Reliquiarum quas à *Conſtantino* in Oriente tum imperante, aliiſque Terræ illius Sanctæ incolis impetrauit Pipinus, ope duorum Galliæ Præſulum, verſus hi non ita ad poëtices regulam exacti, de rithmico exitu, quàm de metrico numero ſollicitiores Actis tamen inſerti catalogum habent,

Poſteritas igitur, vt verſibus his aperitur
Colligat iſtarum ſummatim relliquiarum

Christus Aedem conſecrat.

Pontificia priuilegia quæ Aedi permiſſa.

Reliquiæ ædo Figiacenſi cõditæ, à Pipino conquiſitæ.

Earũ Catalogus.

Nomina

Nomina, quæ paucis ſtudui perſtringere verbis
Hic de præſepi *Lector cognoſcat haberi*
Quo Chriſtus poſitus, felici voce, vagitus
Edidit, in pannis, *ſub primis conditus annis*,
De quibus hîc aliquid *Rex dignus honore reliquit.*
Hîc quoque de Thure *genti prædico futura*
Sub forma veri, pretioſum pondus haberi,
Quod pura mentis puero, Reges Orientis
Obtulerant, Domino plaudentes munere trino.
Hîc de pane *dedit, fidei ſi ſenſus obedit,*
Princeps Francorum, quo Saluator populorum
Infimâ conualle ſatiauit millia quinque.
De veſtimento *ſimul iſtic eſſe memento*
Quo fuit indutus, ſub carnis tegmine Chriſtus;
Et de funiculis *quibus eſt patiens religatus.*
Hîc quoddam vere vas non dubitabis habere
Cognoſcas idem quo continentur ibidem
De Cœnæ pane; *quod oportet credere ſanè.*
De Cruce *ſalubri dedit hic Pipinus habendum*
Vt legimus, quod & aſſerimus ſic eſſe tenendum.
De Spinis, *vnam quibus accepiſſe coronam*
Aſſeritur Chriſtus, locus obtinet iſte ſacratus,
Hac habet Eccleſia vere de ſindone munda
Quâ fuerat ſanctum Chriſti corpus coopertum
Hic tres particula de Chriſti ſunt monumentó
Quas huic Eccleſiæ Regem donaſſe memento.
Ampullas geminas dedit hîc Pipinus habendas
Altera flumine quæ Chriſti ſanguine plena ſacrato
Quem ſub prodigio Chriſti perfudit imago,
Quod caſu miro factum fuit vrbe Beryto.
Virginis eximiæ credas hic eſſe Mariæ
De veſtis *monumento, nec ne* capillis.

De ligno præſepij Chriſti; De eius pannis. De thure à Magis oblato. De pane quo ſatiati à Chr. 5000. De veſte Chriſti. De funibus queis vinctus. De pane cœnæ vltimæ. De Cruc. Spinis. Sindone. Sepulchro. De ſanguine ex Chriſti icone icta fuſo. De Veſte, Capilloque Deiparæ.

ADDVNT Acta tandem ad loci maiorem ſanctitatem, religionemque inibi condita Sanctorum aliquot corpora, *Sigiſmundi Regis*, geminorumque filiorum, *S. Seuerini martyris, S. Vincentij martyris itidem, Aginni caſi, S. Iuuenalis Pontificis, S. Viuiani Xanthonum præſulis* (is ad dedicandam Aedem cum Stephano Papa conuenerat) cuius Acta à me licet exſcripta, nihil hîc attexere attinet, cùm ex Xanthonenſi Lectionario ad manum eſſe nullo negotio cuiuis poſſint.

Sanctorum corpora varia inibi ſita.

68 NON ita verebor attexere *Figiacenſis Abbatiæ peruetuſti Lectionarij verba, ex lectione vltima*, quæ ſolemni *Dedicationis die* habetur, petita, tùm quia dicta omnia ex ijs fidem maiorem quamquam eâ

Confirmatur Superiora ex Lectionario Figiacenſi.

nihil indigeant facilè trahent, & ad Cadurcenſem Antiſtitem Stephanum ſcripti Diplomatis, quo vno freti eum huic albo inſeruimus, auctoritati multùm accedet; tum quia ſperamus fore deinceps vt qui eâ degent Abbatiâ, quà Cœnobitæ, quà ipſis præfectus Abbas, loci ſanctitate commoti, ſanctioris vitæ incant iter eô conſtantiùs, quô magis *domum Domini addecet ſanctitudo*; tum quia ſi aut à Catholicæ fidei, aut à morum primæua ſanctimonia quipiam (quod omen ſuperi auerruncent) noſtrô æuô, aut olim ſecuturô diſcedant, erit ad manum quô admoneantur officij, increpenturque ex illo Numinis ad *Ezechielem* oraculo, *Fili hominis oſtende domui Iſraël Templum, vt confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt.* Verba Lectionarij ſic ſeſe habent, *Iuſtum & rationabile nobis videtur, dilectiſſimi, hodiernæ feſtiuitatis ſolemnitatem auribus veſtris pandere, quatenus agnoſcentes huius loci Dominicam electionem, & de ijs quæ ab ipſo in terra habentur ſacratiſſimam ordinationem, deuotiùs eius miſericordiam exoretis, & ſalutaria petentes velociùs impetretis. Apoſtolico igitur & Regali priuilegio vniuerſitati fidelium liquidò claret, hunc locum diuinâ reuelatione conſtruxiſſe Francorum Regem Pipinum: Eccleſiam verò atque altaria conſecraſſe omnipotentem Deum; cuius conſecrationis modus qualiter factus fuerit, ſequens Lectio declarabit, CUM præfatus Rex vt prædiximus diuinâ reuelatione hunc locum ædificaſſet, qui Monarchiam noſtrarum prouinciarũ tenebat; in extraneis potentiſſimus credebatur; pro cauſſis Eccleſiaſticis ad eum* Pariſius, Stephanus Papa, Româ, *venit; ibique Eccleſiam* B. Dionyſij conſecrauit: *Deinde admonitus ab ipſo Rege vt Monaſteriũ quod ipſe iam ædificauerat conſecraret ad hunc locum, qui* Fiacus *vocatur, ſimul peruenere: Vbi cùm omnia quæ tali miniſterio erant neceſſaria fuiſſent parata, & ſacrarum reliquiarum pignora de* S. Saluatore, & B. Maria Virg. *aliiſque plurimis SS. eſſent congregata, ſicut mos eſſe ſolet; Eccleſia valuis obſeratis ſola dimittitur. Nocte verò illâ, quieſcente Domino Papa, eiuſque ſocijs, ac præfato Rege, dignatus eſt viſitare Eccleſiam ſuam* IESVS CHRISTVS *Saluator Mundi, cum innumero Angelorum exercitu, ita vt à multis audiretur totâ nocte illâ melodia dulcis, & organum reſonans Angelicæ vocis. Mane itaque factô cùm Dom. Papa, cum Reuerendo. Præſulum comitatu ad Eccleſiam properaret, præfato Rege cum ſocijs ſuis eum ſequente, viderunt nube lucidâ obumbratam Eccleſiam, & ita in circuitu tectam vt præ timore nullus accedere auderet ad eam: Odor verò ſuauiſſimus tantus fragrabat vt omnes qui aderant illius diuini odoris participes eſſe meruerint. Horâ itaque diei tertiâ, nube iam recedente, odore tamen non deficiente, acceſſere ad Eccleſiã, & valuis apertis ingredientes, viderunt myſterium conſecrationis iam peractum: Aſpicientes verò altaria, inuenerũt ſacrô chriſmate diuinitus ſãcti-*

Pſal. 92. v. 5.

Ad Figiacenſes, auctoris cohortatio.

Ezech. 43. v. 10.

Monaſterium Figiac à Pipino conditum.

Stephanus Papa ad Pipinum cõfugit Pariſios. ibi Aedem D. Dionyſii conſecrat.

Fiacum venit.

Chriſtus Figiacẽ. Eccleſ. conſecrat.

ficat,

ſicata, parietes quoque Eccleſiæ vt mos eſt perunctos, & omnia rite perfecta, Repleti verò ſtupore mirabili, laudantes & glorificantes, omnes ſimul non increduli, mirabilia Chriſti; Dominus Papa, cum ſuis, ſacris veſtibus indutus peregit Miſſarum ſolemnia, *decantans*, Terribilem locũ, atque verè à Deo factum, *eius magnificans tam precelſa prodigia. Manifeſtauit autem ſuo priuilegio idem Papa cunctis Chriſti fidelib. hoc quod viderat miraculum, & eandem Eccleſiam conſtituit ab omni Excommunicationis interdicto eſſe liberam, ſuóque iuri tantùm eſſe ſubiectã. Rex quoque theſauris & honorib. plurimis eam ditauit, & omnia quæ in circuitu erant ſui iuris, in perpetuum poſſidenda tradidit. Hæc verò nullus fidelium dubitare debet &c.* Papa inibi Miſsã celebrat. Priuilegia Regia, & Pontificia.

69 HACTENVS de *Figiacenſi Monaſterio*, cui vt *Stephani noſtri Cadurcenſis* omnis quæ ad nos peruenerit memoria debetur, ex Diplomate in Figiacenſium gratiam ad ipſum Stephanum miſſo eruta, ita profectò æquum fuit vt Figiacenſis ædis obſeruandæ; Diœceſis noſtræ quo par eſt honore proſequendæ; Regum noſtrorum ſanctimoniæ ac pietatis commendandæ, amoriſque priui in Cadurcenſem prouinciam agnoſcendi; Sanctæ Rom. Sedis in noſtros gratiæ commemorandæ adque poſterorum memoriam tranſmittendæ; veritatis (quamquam genuino innatóque ſat fulget lumine) illuſtrandæ; diuinæque in nos munificentiæ cuius ſe hîc documenta dant non exigua perenni memoriâ conſeruandæ ſtudio, paulò altiùs proueheremur. Quod ad temporis computum attinet Diploma Vrbani Pontificis Pontificatus anno quinto ſubſcriptum in annum Chriſti 1093. incidit qui ipſe Chriſti annus extremæ Bullæ inſeritur. Sedit ergo tum temporis Cadurci Stephanus; quem, ſi Seriem continentem Antiſtitum texere velis ab A. C. 1070. ad 1093. quando nullum intermedium ex antiquariorũ ſcrinijs eſt adhuc adiungere, Sedentem facito. Temporis ratio.

GERALDVS II.

70 GERALDVS ad ſeculi vndecimi exitum duodecimique auſpicia, ſummo Cadurcenſium bono, diuinitùs aſſeruatus, totus in Eccleſiaſticam diſciplinam ſi fortè vſpiam collapſa foret reſtaurandam, totus in ſanctioris vitæ inſtituta, dictis factiſque promouenda, ac gratiis haud mediocribus ditanda cumulandáque intentus, æternâ colendus poſteritatis memoriâ poſt *Stephanum* Deceſſorem occurrit, noſtrorum albo Præſulum iure optimo aſcribendus. Conſtruxerat Cadurci B. *Deſiderius* Præſul circa A. C. 639. Eccleſiam *S. Stephani* Protomartyris nomenclaturâ, operis elegantiâ, Cœnobitarum inibi à ſe inſti- Geraldus ab A. C. 1094. ad 1112.

Suprà num. 39. 40. 41.

tutorum pietate, ditiſſimis prouentibus perinſignem, vti ſuis iam locis annotauimus. At interiectis ab hinc, 400. pene totis annis Monaſticæ diſciplinæ rigor, collabentis æui fluxu laxatus, calamitosâ bellorum ciuiliumque tumultuum licentiâ debilitatus Cadurcenſi Abbatiâ cui & *Sedem* ſuam Deſiderius adiunxiſſet, fractus emortuuſque iacebat. Cùm ecce tibi *Geraldus* Præſul, quâ erat ſanctimoniâ, *Goſbertum Cœnobij Priorem*, nihil inferiorem meritis ac morum integritate nactus, de reſtituenda in integrum cœnobitica diſciplina, ſeriò cogitat, Gosberto non modò non abnuente, ſed votis conatibuſque omnibus conſpirante. Nec caſſa vota, irritiue conatus: Conuentò de legibus, Monaſticiſque inſtitutis poſthâc religioſiùs obſeruandis, Romanam Sedem eiuſque opem, confirmandò ſacramentò ſanctiſſimò, implorât confeſtim, & ad pia hæc cœpta promouenda multò promptiſſimam experti, Diplomata luculentiſſima impetrant: Præerat quippe tum Catholico Chriſti gregi *Vrbanus II.* ex *Ottone* Oſtienſi Antiſtite, Cluniacenſi Monacho factus Pontifex max. *homo Gallus*, Galliæ noſtræ commodis eò attentior, quò patriæ à qua tam piè ſanctéque inſtitutus fuerat, obſtrictiorem ſeſe agnoſcebat. Is ad *Cœnobij Figiacenſis reſtaurationem* quibus animis ſit aggreſſus, ex ipſius verbis *in Stephano* noſtro innotuit; qua verò alacritate Cadurcenſis Eccleſiæ Cathedralis Cœnobiticæ vitæ reſtituendæ ſtudium arripuerit, ſubdendi mox Reſcripti verba ex quibus & dicta à nobis hactenus de *Geraldo* haud parum lucis mutuentur plus ſatis teſtabuntur. Vnum præmoneo; varios totò Chriſtianò orbe, id ætatis, nec vnò locò, de arctioris vitæ genere ineundo cogitaſſe, vtque viuidior potentiorque ad perſuadendum eſt operis quàm oris vox, alium alius exemplo. factóque facilè permotum; noſtroſque Cadurcenſes haud ſegniores reliquis, Deo lectiores tum milites ſignô datô conuocanti, non ægrè obtemperaſſe. *Cartuſienſes* quippe tum S. *Brunone* Duce, *Vrbani II.* auſpicijs, *Ciſtercienſes* iridem haud modico Eccleſiæ emolumento nati; *Canonici ex D. Auguſtini* legibus vitam ſe inſtituturos olim profeſſi, labaſcente fatiſcentéque primæuâ pietate, tantumnon abiuratâ locis variis pietatis omni etiam ſpecie, Iuonis ductu circa hanc ipſam vndecimi ſeculi epochen ad Deceſſorum mores legeſque quaſi poſtliminio redierunt; Iam antè Toloſates S. Saturnini affixi cœnobio canonum ac legum arctiorũ finibus haud inuiti ſeſe adſtrinxerant; In qua vicinia ſanctitatis, exemplorumque mole, quid mirum ſi Cadurcenſes noſtri eandem ſeuerioris vitæ inituri viam, haud perfractioris ipſi frontis, quin verò ex ipſo natiui ſoli genio ad omnem pietatem procliuiores, ad idem audendum, promouendum, confirmandumque ſe operamque ſuam adiunxerint, Vrbanique hac fini litteras impetrarint. Ea fideliter ex Cadurcenſis Eccleſiæ Cathedralis (qua reli-

Geraldus cum Gosberto Priore Monaſticæ diſciplinæ Eccleſiam Cathedralem reſtituit.

Suprà num. 63.

Facit ad Geraldi inſtitutum aliorũ exemplum. Ciſtercienſium. Cartuſienſium Canonicorum D. Aug.

Vincen. in ſpecul. lib. 26. c. 51.
Antoni. tit. 15. c. 17.
Guido Catolo. Epiſc. Toloſ.
Nicol. Bertrandi de geſtis Tolos.
Damia. lib. 1. ep. 6. l. 5. ep. 9.
Iacobus de Vitria. hiſtor. occid. c. 21.

giose à

gioſè à pijs iuxta ac eruditis hodiéque inibi degentibus Canonicis aſſeruantur) Tabulario à me deſcriptæ ſic habent. VRBANVS *Epiſcopus ſeruus ſer. D. Dilectis in Chriſto filijs* Gosberto Prioti *eiuſque Fratribus in Caturcenſi B. Protomartyris Stephani Eccleſia Canonicā regulam profeſſis, Sal. in Domino. P I Æ poſtulatio voluntatis, effectu debet proſequente compleri, quatenus & deuotionis ſynceritas laudabiliter eniteſcat, & vtiliter poſtulata vires indubitanter aſſumant. Quia igitur vos ô filij in Chriſto chariſſimi, per diuinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub Regulari diſciplina coërcere, & communiter ſecundùm Sanctorum Patrum inſtitutionem omnipotenti Deo deſeruire propoſuiſtis, vitæ quoque Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, præſentis Priuilegij authoritate firmamus: & ne cui, poſt profeſſionem exhibitam, ſine Prioris vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere liceat, interdicimus: & tam vos, quàm ſucceſſores veſtros, Sedis Apoſtolicæ protectione munimus. Vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, in eadem Religione permanſuris, ea omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ Venerabilis Frater* Geraldus Caturcenſis Epiſcopus *ad gubernationem veſtrā noſcitur contuliſſe*, Eccleſiā *ſcilicet* Sancti Iuliani de Gueuia, Eccleſiam S. Petri de Montato, *prouentus villæ quæ dicitur* de Pradinis, medietatem oblationum *ex altari S. Stephani, medietatem cenſus* monetæ Caturcenſis, quæ Epiſcopo competere videtur, *tertiam partem* paratarum quæ per Parochiam ſolent Epiſcopo comparari; *& cætera omnia quæ idem Epiſcopus vel iam vobis contulit, vel in futurum eſt largiente Dominô collaturus; ea etiam vniuerſa quæ olim ad Caturcenſium Canonicorum vſum collata, ſed pòſt, eorum negligentijs detrita & in manus militum, cæterorumque ſeculariū diſſipata ſunt: Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eandem Canonicam temere perturbare, vel eius poſſeſſionem auferre, vel ablatam minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum ſuſtentatione atque gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Illud etiam ſuprà nominati Epiſcopi Conſtitutum, præſentis Decreti paginâ ſtabilimus vt* Præpoſitatus *ſiue* Archidiaconatus, *& cæteri* Eccleſiaſtici honores Caturcenſis Eccleſiæ, *veſtris veſtrorumque ſucceſſorum Conſilijs ordinentur. Si quis ergo &c. Datum* Romæ *per manum* Ioannis S. R. E. Diac. Cardinalis, X. Kalen. Sept. Indict. 3. A. D. 1096. Vrbani II. Papæ VIII. In quibus Pontificis verbis Geraldum habes Antiſtitem etiamnum viuentem, vtpote à quo alia in futurum Cœnobitis Cadurcenſibus conferenda ſperet Vrbanus; habes ipſi Gosbertóque Priori accepta ferri ſanctioris conſilij inſtaurandi auſpicia; habes Geraldi in Cadurcenſem Eccleſiam vel effuſam munificentiam; habes annotata loca aliquot quæ eiuſdem Eccleſiæ dominio cenſeantur; habes interdictum Canonicorū, è Cœnobio egreſſum, Præpoſiti iniuſſu; habes inuaſa multa Eccleſiæ

Vrbani Diploma Geraldo conſcatiens.

Diſceſſus è clauſtro vt vetitus.

A Geraldo Epiſcopo & ab Vrbano II. Capitulo Cadurcenſi conceſſa.

Geraldus ſtatuit vt Capitulum ſanciat de Electione ad Dignitates.

Quæ ex Vrbani II. Bulla in fauorē Geraldi Epiſcopi, & Capituli inferantur.

Cadurcenſis bona à militibus aliiſue, bellorum aliorumúe prætextu, obluctante Romanâ Sede; habes Canonicos, Geraldi Epiſcopi ſtatutū ſequente Pontifice, iuſſos ſtatuta iuráque condere De fratribus ad Eccleſiaſticas Dignitates promouendis, quorum in Callixti litteris mentio deinde fiet.

Alterũ Diploma, Paſchalis II.

ACCEDAT iam *Paſchalis* II. Diploma ex eodem Tabulario Ca- 71
durcen. Capituli erutum, annis poſt nouem ſcriptum, eidem morum in melius arctiuſque mutationi firmandę, nouiſque gratiis immunitatibuſque vti par erat cumulandæ; ex quo & de Gosberto proximè dicta roboris non parum, & quæ iam altiùs de bonis à S. Deſiderio Cadurcenſi Eccleſiæ conceſſis ſcripta ſunt, lucis in tanta eorum temporum obſcuritate ſint perplurimum acceptura. PASCHALIS *Epiſcopus Dilecto filio* Gosberto, eiuſque Fratribus in Caturcenſi Eccleſia S. Protomartyris Stephani, regularem vitam profeſſis, *eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Religioſis deſiderijs dignum eſt facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Quia igitur vos, ô filij in Chriſto cariſſimi per diuinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub Regularis vitæ diſciplina coercere, & communiter ſecundùm SS. Patrum inſtitutionem Omnipotenti Deo deſeruire propoſuiſtis, vitæ Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis præſentis Priuilegij auctoritate firmamus, & ne cui poſt Profeſſionem exhibitam ſine Prioris vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere liceat interdicimus, & tam vos quàm ſucceſſores veſtros Sedis Apoſt. protectione munimus: vobis veſtriſque ſucceſſoribus in eadem Religione permanſuris ea omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ vel prudentia veſtra Laicorum vſurpationi eripuit, vel Epiſcoporum benignitas ad gubernationis veſtræ ſolatium contulit, videlicet* oblationes omnes Eccleſiæ B. Protomart. Stephani, *Saluâ Epiſcopali portione quæ redditur temporibus conſtitutis*, Decimam monetæ, & ſuper decimam, medietatem omnium quæcumque ex moneta in Epiſcopi parte prouenirent, Præpoſituram & Secretariam, & Archidiaconam, & Archipræsbyteratus, *& omnes Eccleſiæ S. Stephani Dignitates, ſemper ab Eccleſia veſtra Canonicis poſſidendas; redditus antiquitùs conſtitutos* à tempore ſcilicet B. Deſiderii Caturcen. Eccleſiæ Præſulis, ex ſingulis manſis totius parochiæ ſingulos ſextarios frumenti, vel melioris annonæ *quam qualibet terra protulerit, annuatim ſemper* ad feſtiuitatem B. Saluij *perſoluendos, Eccleſiam* S. Felicis, *Eccleſiam* B. Ambré de Villanoua, *Eccleſiam* B. Petri de Monte Dominico, *Eccleſiam* de Montepezado, *redditus Eccleſiæ* de Lode, *Eccleſiam de* Concorez, *Eccleſ. de* Cabrairez, *Eccleſiam* B. Geneſii de Ajnago, *Eccleſ.* B. Petri de Gramado, *redditus Eccleſiæ* de Tegrado, *Eccleſiam B.* Iuliani de Glieina, *Eccl.* B. Petri de Moutado, *Eccleſiam* de Albas, *Eccleſiam* de Altoire, quarumque præterea in futurum *largiente Domino, vel inuaſorum ma-*

ſuprà, num. 39. & 41.

Approbatur reſtitutio Monaſticæ diſciplinæ.

Vetatur egreſſus è Clauſtro.

Conceſſa Capitulo à Paſchali II.

nibus.

nibus eripere, vel Pontificum conceſſione, vel fidelium oblatione, vel alijs iuſtis modis, Eccleſia veſtra valuerit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſorib. & illibata permaneant. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiaſticam Canonicam *temere perturbare, vel eius poſſeſſionem auferre, vel oblatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura,* ſaluâ Caturcenſi Epiſcopo canonicâ reuerentiâ. *Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſue perſona huius noſtræ Conſtitutionis paginā ſciens, contra eam temere venire tentauerit, ſecundò tertióue commonita, ſi non ſatiſfactione congruâ emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque à pretioſo corpore & ſanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri JESV-Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine, diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem pignus æternæ pacis inueniant. Amen. Ego* Paſchalis *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Datum Laterani per manum* Ioannis S. R. E. Cardin. IV. *Jd. Apr. Jndict.* XIII *Anno Pontficatus Dom. Paſchalis Papæ, VI. Jncarnationis autem Dom.* 1106.

Pœnæ in infractores.

CREVIT ſubſecutis quoque temporibus in Eccleſiam Cadurcenſē
72 Sedis Apoſtolicæ amor, maiori ſcilicet in dies Canonicorum ſanctitate, ad ſui admirationem ſtudiumque omnium oculos conuertente, Docet pluribus *Callixti* II. A. C. 1120. Datum *Diploma* mox ſubdendum ex quo hæc preſſim præmonere pretium operæ futurum autumo, Goſberto Priori, cui, & Géraldo vnà Antiſtiti, tota Cœnobiticæ vitæ inſtauratio debeatur, ſuffectum proximè Geraldum ab Antiſtite noſtro diuerſum, qui & votis omnibus arripuerit idem ſeuerioris vitæ arctioriſque genus: Cautum ſeuerè Callixti Reſcripto ne quis poſt emiſſam profeſſionem exire iniuſſu Prioris Congregationiſue attentet, ſi ſecùs faxit à nullo Epiſcopo Archiep. &c. admitti valeat, ne quidem ſi ad arctioris religionis clauſtra conuolare ſit animus; Vetitum præponi intrudíue vllum Epiſcopum, Priorem, Archidiaconum aliâue Eccleſiaſticâ Dignitate conſpicuum, Cœnobitis id genus vitę ſanctiſſimę profeſſis, niſi de communi ipſorum, certé ſanioris partis, calculo, conſenſúque: Permiſſam Archidiaconi ſublectionem Capituli votis ac calculis, ſed eam Prę̨ſulis Cadurcen. ſuffragio confirmandam; Eiuſdem exauctorationem conceſſam pariter, ſi quid in vitę Cœnobiticę inſtitutum Monaſteriíque commoda peruicaci pertinacitate, infractâque moliretur, nec ad reſipiſcendum adduci poſſet: Iniunctum Cœnobitis ex placito Geraldi Cadurcenſis Prę̨ſulis (in cuius verſamur Actis) cùm hęc Callixtus ſcriberet iam demortui,

Callixti II. Diplom., in Epiſcopi Cadurcen. & Capituli fauorem.

Summa Diplomatis.

vertente vt hebdomadâ Sacroſancto Sacrificio Miſſæ adeſſent Canonici ſinguli ſecundâ feriâ vbiuis tandem gentium verſarentur: quem ritum, eâ die, communi conſenſu Eccleſiæ, Defunctorum religione ſacrâ, apud non paucos populos ab primęuo naſcentis Eccleſię ritu deriuatum hodiéque videas. Fit & Diplomate eôdem mentio nouorum etiam prouentuum qui ad Cœnobitarum alendam ſanctimoniā, recreandos labores, moleſtias ſubleuandas haud parcè principis Romanę ſedis auctoritas indulſit, verba Diplomatis hæc ſunt, CALLIXTVS *Epiſc.* S. S. D. *dilectis filijs* Geraldo Priori, *& eius Fratribus in Caturcenſi B. Protom. Stephani Eccleſia* Regularem vitam *profeſſis, tàm præſentibus, quàm futuris S. & A. B. in perpetuum, Præceptum Domini habemus intrare per anguſtam portam, quia anguſta via eſt quæ ad vitam ducit: quia igitur vos, ô filij in Chriſto chariſſimi, per diuinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub Regularis vitæ diſciplina coërcere, & vt anguſtam portam ingredi valeatis communiter ſecundùm SS. Patrum inſtitutionem Omnipotenti Deo deſeruire, propoſuiſtis; nos votis veſtris paternô congratulamur affectu; vnde & iam petitioni veſtræ benignitate debitâ impartientes aſſenſum, Religionis propoſitum præſentis Priuilegij authoritate firmamus; Statuimus enim vt nulli omnino hominum liceat vitæ Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, in veſtra Eccleſia commutare, nemini etiam Profeſſionis veſtræ, facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu vel arctioris Religionis obtentu ſine Prioris vel Congregationis licentia de ſtatu diſcedere; quòd ſi diſceſſerit, nullus eum Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum, ſine Communium litterarum cautione ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Deo præſtante viguerit: nullus præterea vobis in Epiſcopum, in Priorem, in Archidiaconum, vel in Miniſtrum cuiuslibet Eccleſiaſticæ dignitatis quâlibet ſubreptione aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi cum Fratrum Communi conſenſu, vel fratrum partis Conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem prouideatur, regulariter eligēdus. Sanè* Archidiaconorum electio *conſilio Prioris & ſanioris partis Capituli facta, Epiſcopo præſentetur, qui ei regulariter factæ ad honorem Dei & ſuſtentationem Eccleſiæ accommodabit aſſenſum. Porro ſi Archidiaconorū aliquis temere (quod abſit) vitæ Canonicæ obuiare, aut Communi vtilitati domus contumaciter obeſſe præſumpſerit, & Canonicè monitus ſatiſfacere contempſerit; eius loco, altero ſubſtituto, in Clauſtro quietus cum fratribus alijs permanebit.* Ad hæc tibi dilecte *in Chriſto fili Geralde Prior per præſentis Decreti paginam confirmamus, quidquid iuris, vel honoris, vel reuerentiæ, in diſciplina, ordinatione Cadurcenſis Eccleſiæ Prædeceſſor tuus bonæ memoriæ* Gosbertus Canonici ordinis *in veſtra Eccleſia inſtitutor, rationabili prouidentiâ cognoſcitur habuiſſe: vniuerſos inſuper fratres Communi vitâ viuentes, cum omnibus rebus ipſorum.*

Geraldus Prior Gosberto ſubſectus.

Callixtus vitæ Monaſticæ reſtitutionem probat.

Exitus è clauſtro vt vetitus, etiam obtentu arctioris vitæ.

Epiſcopatus & aliæ Dignitates ne deferantur inuito Capitulo.

Archidiaconus à Capitulo eligendus, ab Epiſcopo approbandus.

Archidiaconus vt à Capitulo deponi poſſit.

Gosbertus Canonicæ vitæ Cadurci reſtaurator.

ſorum qui nunc ſunt, aut etiam fuerunt, protectionis Apoſtolicæ Priuilegio communimus: vobis, veſtriſque ſucceſſoribus confirmantes Eccleſiam S. Agapiti de Pairinihaco, *& cuncta Cõmunia Caturcenſi Eccleſia, quietè hactenus vſque ad tempora hæc habita, & poſſeſſa, & cætera omnia quæ Prædeceſſores noſtri S. M.* Vrbanus *&* Paſchalis *Papæ* Secundi *veſtræ noſcuntur Eccleſiæ confirmaſſe de communi. Ergo nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura,* ſaluâ in omnibus Cadurcenſis Epiſcopi reuerentiâ. *Illud quoque Capitulo præſenti ſubiungimus vt firmitas quæ* à bonæ memoriæ Geraldo Epiſcopo in Cadurcenſi Eccleſia *conſtituta & ab eius ſucceſſoribus confirmata eſt, firma in poſterum, & inuiolata perduret, vt videlicet ſuis in quibuslibet locis fuerint, niſi fortè culpâ propriâ excommunicati ſint, Miſſas in 2. Feria audiant, & ſepultura eis cùm defecerint non negetur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentauerit ſecundò tertioùe commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendauerit &c.* Ego CALLIXTVS *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.* Datum apud S. Leontiũ *per manũ* Chryſogoni S. R. E. *Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij III. Kalen. Aug. Indict. XII. Dominicæ Incarn. A. 1120. Pontificatus autem D. Callixti II. Papæ 2.*

Iura Capitulo permiſſa.

Audiant Canonici Miſſas ſingulis Ferijs ſecundis.

AD *Geraldi Cadurcenſis Antiſtitis* acta, duo ad rationem temporis annorumque computum haud parum factura, addenda ſuppetunt. Alterum eſt anno Chr. 1107. ſcriptum Diploma *Paſchalis* II. ſummi Pontificis, anno videlicet Pontificatus 8. *Bononiæ* per manum *Ioannis* S. R. E. Card. Diac. ac Bibliothec. 3. No. Octob. quo & de Geraldo Caturcenſi Epiſcopo, ceu tum cùm ea ſcriberentur agente meminit, & ab eo *Decanatum, Sacriſtiam, Præceptoriam, cæteroſque honores Viganenſi Eccleſiæ conceſſos luculentiſſimè atteſtatur*; quod annotaſſe iuuerit amori & cultui Viganenſium in Geraldum noſtrum conſiliando. Integrum Diploma quod apud me deſcriptum integrè extat, attexere breuitatis ſtudium prohibet. Alterum, eſt, Ab eo de nonnullis *Eccleſiis fundiſque in pago* Cadurcino *ſitis pronuntiatum, eoſque Monachis Tutellenſibus addictos adiudicatoſque*: quã ſententiã *Geraldus Engoliſmenſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus* poſtea ſanxerit, firmamque habuerit iudiciô *Soliaci* C*adurcorum dictatô* 3. Id. Nou. Anno à Do. Incarn. 1112 Indict. 9. *Ludouico* Rege Francorum; quæ eſt eius ſubnotatio: quo tempore *Guillelmus* in defuncti Geraldi locum ſubrogatus iam fuerat, vt Actis iiſdem aſſeritur. Quare cùm anno 1096. ſub Vrbano II. anno itidem 1106. ſub Paſchali II. vixerit vti ex allatis Diplomatis ſat conſtat; Anno verò 1113. recens ſubſectus

Geraldus ſuperſtes anno 1107. concedit Dignitates Eccleſiaſticas Viganẽſi Eccl.

Anno 1112. Soliaci adiudicat fundos aliquos Tutellenſib. Monachis.

Temporis ratio.

Guillelmus foret, ab extremo Stephani I. Deceſſoris anno, ad Guillelmi II. ſucceſſoris auſpicia ſediſſe ferat haud ægrè temporis ratio, hoc eſt ab A. C. 1094. ad 1112.

GVILLELMVS II.

Guillelmus ab A. C. 1113. ad 1150.

Ius dicit ſuper Prioris, Capituliique diſſidio.

GVILLELMVM ad Cadurcenſis Sedis eucctũ inſulas poſt Geraldũ fato functum fidem facit, iudicium *Soliaci Cadurcorum* à Guillelmo, vt ferunt Acta, Cadurcenſi Præſule latum A. C. 1113. ſuper diſſidio nonnullo *Goſbertum* inter Priorem, Geraldo ſuffectum, & *Canonicos Regulares* principis Cadurcorum Eccleſiæ, ſuborto: cuius & ſententiæ, *Engoliſmenſis Antiſtes Geraldus* iam laudatus, Paſchalis II. Pontificis vice in Aquitania tum perfunctus ſuum lubens adieceerit calculum. In viuis adhuc fuiſſe Guillelmum A. C. 1130. docuit me membrana peruetus *Abbatiæ S. Marcelli*, in Diœceſi hâcce fundatæ h. v. *Anno Domini 1130. Indict. 9. Epacta 20. Solari cyclo 2. Henrico* (Primus is ſub eo nomine præfuit) *Rege Angliæ, & Ludouico* (Craſſo nimirum) *Galliæ, & duobus Apoſtolicis ob Papatum S. R. E. certantibus*, Vuillelmo *Epiſcopo Caturcenſi*. Quæ verba ſchiſma illud innuunt, quo *Petrus Leonis* Aegidio Cardinale, Tuſculanorum Epiſcopo, adnitente, creato iam iuſtis legitimiſque ſuffragiis Innocentio Pontifici Max. obſiſtere auſus, ſe à ſuæ factionis hominibus quos largitione corrupiſſet Papam Anacletumque vocari iuſſit, negotium non parum promouente Engoliſmenſium Præſule *Geraldo* qui legitimè miſſus *in Aquitaniam Paſchalis II.* iuſſu, anno 1113. Cadurcenſium Antiſtitum duorum Geraldi, Guillelmique ſententiam approbauit, vt iam nunc diximus; hoc verò tandem anno ab Sedis Romanæ obſeruantia cultúque per ambitionis impotentiam ſceleratè defecit, quòd ab *Innocentio Legationem Aquitaniæ* eandem impetrare haud quaquam potuiſſet, ab Anacleto Pſeudopapa vltro delatam, oblatamque. Damnauit id temporis Claromontenſe in Galliis Concilium Anacleti cauſſam, annuentibus Ludouici Craſſi Regis votis, qui Aureliani *Innocentium Parentem humani generis* pientiſſimè conſalutauit, cui ſubſcripſiſſe *Guillelmum* coniicere pronum eſt. Anno Chriſti 1143. Petro Bituricenſi Archipræſuli fuit auctor Guillelmus noſter noua vt Viganenſi Cœnobio priuilegia indulgerentur, vt ſedis ſic & paterni in Viganenſes affectus hæres. Attexam ipſa verba quæ & id teſtatum faciant. *PETRVS diuinâ gratiâ Bituric. Archiep. Dil. fil. Arnaldo venerabili Priori Vigan. & eiuſdem Eccleſiæ Canonicis regulariter viuentibus, in perpetuum, Quoties ea à Fratribus noſtris* 73

Vixit an. Ch. 1130, ſchiſmatis tempore.

Aemyl. in Ludou. Bern. epiſ. 124. & 126. Reimbal. epiſ. en cyclica in Varie. Petr. Clun. lib. 3. ep. 34.

Gerald' Legatus à Rom. Sede deficit.

Claromontenſe Concilium.

Guillelmus Vicanen Eccleſiam nouis gratijs locupletat; approbante Petro de Caſtra Bituricen. Archiep.

poſcuntur

poſcuntur, quæ à ratione non deuiant, aurem nos oportet accommodare beneuolam, quatenus & petentes ſperata remedia percipiant, & Eccleſia non deſit ſollicitudo Paſtoralis. Quapropter Dilecte in D. fili Arnalde prior, Venerabilium Patrum noſtrorum Romanorum Pontificum, & Prædeceſſorum noſtrorum Archiep. Bituric. & etiam Fratrum noſtrorum Epiſcoporum Cadurc. veſtigijs inhærentes, tenorem priuilegiorum ipſorum diligenti inſpectione conſiderantes, conſilio ſimul & precibus Vuillelmi Venerandi Epiſcopi Cadurc. *rationabilibus precibus tuis & Fratrum tuorum annuentes, Eccleſiam B. Mariæ perpetuæ Virg. & SS. Virginum* Fidei, Spei & Caritatis, *& matris earum* Sapientiæ, de Vigano, *cui Deo auctore præſides ſub B. Protom. Stephani Bituricenſis & noſtra protectione & defenſione in cuius ...... eſſe cognoſceris, ſuſcipimus, & præſenti priuilegio communimus: prohibentes ne vnquam alicui iugo Clericorum ſiue Laicorum ſubiciatur, ſed in ſua libertate à prædictis Patrib. ſibi conceſſa perpetuò maneat, ſaluâ tamen in omnibus canonicâ inſtitutione. Statuimus etiam vt ordo canonicus in eadem Eccleſia futuris temporibus inuiolabilis perſeueret. Nihilominus etiam tibi & prædictæ Eccleſiæ tuæ poſſeſſiones quas in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurum rationabiliter præſtante Domino acquirere poteritis ſigilli noſtri munimine confirmamus, Eccleſiam videlicet* S. Petri, & S. Saturnini: de Gordonio, *& oblationes* Capellæ S. Simeonis, *exceptâ oblatione feſti S. Simeonis; Eccleſiam* S. Romani, & S. Clari, & Eccleſiã de Linars *& adiacentis caſtelli capellam*, & S. Petri de Grandi-Rupe, & S. Iuliani, & S. Ioannis *ſupra ripam Dordoniæ, & ſuper ripam eiuſdem fluminis* S. Hilarii & S Chriſtophori de Breyſſac, & S. Hilarij de Maſclat, & S. Medardi de Campaneiol, & S. Stephani de Genuillac, & S. Præiecti, & Eccleſiam de Ozac. Confraternitatem *verò quæ à Diſcretione Venerabilium Fratrum noſtrorum Cadurcen. Epiſcoporum eidem Eccleſiæ cognoſcitur eſſe conceſſa, nihilominus roboramus. Si quis autem contra hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens venire tentauerit, niſi tertiò admonitus reſipuerit, Anathemati ſubiaceat. Hoc autem Priuileg. factum eſt apud Vicanum. Reſidente Dom. Papa Innocentio II. anno 13. Pontificatus ipſius, Regnante Rege Ludouico* (Iuniori) *Dom. Petro Bituric. Archiep. anno ab Inc. Do. 1143.*

Non occurrit hîc alius quem inter *Guillelmum* hunc Præſulem, | Temporis ratio.
74 & *Geraldum* anno 1150. ſecutum interſeram: ſique nullus fuerit medius, fert non incõmodè temporũ ratio vt ab anno 1113. quo auſpicatũ hunc ſcimus, ad 1150. circiter ſederit. Aliqui RAIMVNDVM I. interſerunt ex tabulis *Ad. Alphonſi Comitis Toloſani*; quas vbi ſubiecero, rationes quibus ad hunc ex albo noſtro expugnendũ fulciar, extemplo ſubdam. Anno igitur 1144. Guillelmo vt credemus ſedente (cuius viuentis preces anno 1143. Petrus Archiep. Bituricen. memorabat) Vrbi.

Raimundus hinc ex Serie Epiſcop. Cadurc. expungitur, & cur id. *Suprà num.* 73.

Montalbano in Diœceſi Cadurcenſi condendæ facultatem indulſit Adelphōſus Toloſanus Comes ſub cuius ditione id temporis verſabamur, *67. poſt annis Guillelmi de Cardaillac Cadurc.* *Præſulis, prudentiâ*, viribuſque in legitimam vt tùm videbimus libertatem aſſerendi. Litterarum Comitis quas apud me fideliter exſcriptas habeo verba hęc ſunt. *IN NOMINE IESV-CHRISTI & B. MARIÆ Virg. Notum ſit omnibus hominibus, quòd Adelfonſius Comes Toloſæ, Dux Narbonæ, Marchiſius Prouinciæ, & Raymundus de S. Aegidio eius filius, dederūt vnū locum qui vocatur Mōtalbano; quòd ipſe Comes miſit ei tale nomen ad opus ædificandi Villā, ſiue Burgū habitatorib. tàm præſentib. quàm futuris, retentō vſu & vſibus ſuis: Cenſus & vſus tales ſunt. De vnoquoque caſali* &c. Poſt conditiones verò quibus ſtarent deinceps ciues, latas; poſtque iura non pauca ſibi à Comite retenta quæ breuitatis ſtudio prætermitto, quia nihil ad *ſeriem* inſtitutam faciunt, poſt ſolemne Comitis filiſque iusiurandum, poſt teſtium decē ſubſcriptionem, hoc exitu tabulæ terminantur, *Facta carta menſe Octob. Feria 2. Regnante Ludouico* (Iunior ei erat & Lenis cognomen) *Francorum Rege, Adelphonſō Toloſæ Comite, Raimundo Epiſcopo, Anno ab Incar. Do. 1144. Robertus ſubſcripſit. &c.* Ex qua ſubnotatione habes Montalbani auſpicia; at non Raimundum Cadurcenſem ſed potiùs Toloſanum Antiſtitem vt ipſa verborum textura ſat innuit. Vt ſileam euinci ex Cadurcenſis Epiſcopij tabulario, membranâ peruetuſtâ dudū conſcripto, Raimundum huncex noſtrorum Antiſtitum Serie abradendum, quando folio 20. vtrâque pagina *Raimundum de Cornelio* ſequenti ſeculo Bartholomæo vt tunc videbitur ſuffectum, *Raimundū Primum* diſertiſſimè nuncupat; iterumque folio 24. ac 25. *Raimundū Pauchelli* primo illi poſt vnius *Sicardi* interiectum, ſublectum, *Raimundum II.* luculenter appellat, vti ex Actis, ſuis ſedibus inſerendis erit infrà compertius. Atenim inquies Diœceſi Cadurcenſi tùm cōtribuebatur Montalbanenſis ciuitas vt fidem facit Ioannes XX. alijs XXII. Cadurci natus verbis illis anno 1320. Pontificiæ Sedis 4. ſcriptis, *Nuper rationabilibus de cauſſis quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, Ciuitatem, olim villam Montis-Albani, tunc intra limites Diœceſis Cadurcen. conſtitutam (qui locus inſignis exiſtit ac vbertate multiplici rerū, & hominum exuberat) de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis Ciuitatis nomine duximus decorandam.* Atque inde natum vt deinceps Montalbano, Diœceſi Cadurcen. quo ad ſacra, ſubductâ, Philippus Valeſius Rex iacturam illam acceſſione fundorum aliquot ſarciuerit, Edicto lato Pariſiis A. C. 1328. *ac Territoria vocata de Fano, de Teſco, de Goſſerannis, de Tolino, & quaſdam alias Borias ſeu Territoria honoris ſeu pertinentiarum Montalbani, Seneſcalliæ Cadurcenſi adiunxerit*: Ex quo interim falſi arguas qui dimidium

De Montalbani conditu, ſitu, & iurib. aliqua.

Extrauag. ad Cumulibet, De Præbē. & Dignit.

Montalbanenſis

Montalbanenſis Pontis Tarni impoſiti de iure Tectoſagum faciunt, quando prædia hæc iam nuncupata, trans Tarnim ſita, Cadurcenſis ſunt iuris, & quod intra fines eſt, eius eſt qui dominio rem circumſcribit, niſi id exceptum conſtet aliquâ ratione vel pacto. Iàm, ſi erat Cadurcēſi pedo ſubiecta Adelphonſi Comitis tempore Montalbanēſis ciuitas; quidni inquies Raimundum illum Epiſcopum, Cadurcum ideò iure trahas, quòd in publicis tabulis, Epiſcoporum in quorum finibus ſcriberentur, nomina, ceu Paſtorum indices certi, ſubnotari ſolerent? verùm huic coniecturæ diluendæ, iam dicta de Raimundo primo, oppono; ſubdóque multis conſtare antiquitatis exemplis ea non ſemel tacita Epiſcoporum nomina: cumque in Adelphonſi tabulis Montalbanenſibus, ſubnotatio ſcripta foret *Adelphonſo Comite Toloſæ*, haud abs re additum, Antiſtitis, eiuſd. ſcilicet Toloſæ, nomen, cuius iàm Comes expreſſus fuerat, ambo vt nomina ad vnam Toloſam attinerent. Neque verò eſt cur idcirco eam inficias iis quæ de Montalbano Cadurcenſi Seneſcalliæ contributa, obiecta ſunt: quin vt ea tenaciùs aſſeram, mantiſſam hanc lubens adiicio, Solemni hodiéque more Cadurcenſium Ordinum conuentum in ſuburbio Montalbanenſi trans pontem, citraque Tarnim, octauo quouis anno cogi, ne interrupta finium illorum poſſeſſio primæua, aut legitimâ prǽſcriptione tranſlata ad alios cenſeatur.

Diluitur diffi cultas ex ſubnotatione Adelphōſi petita aſtruendo falsò Raimundo.

GERALDVS III. HECTOR

Geraldus ab A. C. 1150. ad 1201.

75. GERALDVS, HECTOR cognomine, nos in hac Præſulum ſerie continuanda occupatiores, ac paſſim ſollicitiores diu ab hac cura eximet quando vt ex ſubiiciendis comperire erit, poſt Guillelmi fata, plus etiam totis quinquaginta annis Cadurci ſederit, multis interim prǽclarè geſtis nobilitatus. Ad *Ludouicum* Iuniorem Galliarum Regē *Alexander* III. Pontifex max. A. C. 1163. diuertit, interimque Pariſiis *B. Vincentij Abbatiam* ſolemni ritu dedicat conſecratque: at præſente *Geraldo noſtro*, ſupremóque Præſuli in teſtificationē obſeruantiæ perlibenter occurrente. Equidem non habeo vnde aſtruam certò, interfuiſſe *Turonenſi Concilio* tum in Galliis ab Alexandro coacto, cuius Acta M. *S. Codex Vaticanus* fideliter aſſeruat: At cùm Synodum frequentiſſimorum Patrum conuentus cohoneſtarit, *Cardinales* 17. *Epiſcopi* 123. *Abbates* 414. aliorumque immenſus penè infinituſque numerus, quis aſſediſſe Gerardum eat inficias quem id temporis etiam Pontificem comitatum, Pariſienſi Aedi inaugurandæ. Actorum mox ſubiiciendorum verbis certiſſimis euincatur? Adiit & Geraldus noſter

Eius Actorum ſumma.

Adeſt conſecrādæ Baſilicæ S. Vincentij,

Turonēſi Synodo.

Lethali morbo filij Anglorum Regis.

graui cum morbo eoque deſperato conflictatum, *Henricum Iuniorem, Henrici II. Anglorum* Regis filium, Patris delicium, adque agonis extremi conſtantiam communiuit, breui pôſt A. C. 1183. vitâ functum. *Lateranenſi ſynodo ſub Alexandro III.* Romam coacta A. C. 1180. ſubſcripſit. Nouem poſt annis *Reliquijs D. Stephani* (caput is fuit atque fons *Grandimontenſis Ordinis*) religioſè efferendis interfuit. Anno 1190. *Raimundũ Turena Vicecomitem* ad cliẽtelariæ fidei ac ſponſionis profeſſionem, honoratiſſimam ſibi illam ſecuturiſque poſthâc Cadurcenſi ſolio Præſulibus (homagium vocant) admiſit. Tandem A. C. 1196. quinquennio circiter ante obitum cum ampliſſimis *Cæleſtini III.* litteris, Pontificiam ſalutem, iuſque in prouentus non paucos, meritis, claritatique tàm diutinæ æquiſſimè debitos, ſibi ſeſſuriſque dehinc Cadurci Præſulibus accepit. Singula annuatim proſequi eodem quo ſunt geſta ordine animus eſt, vbi ex Tabulis Vicecomitum de Burniquel Cadurcorum ſubnotationes quinque (has ad manũ fideliter exſcriptas habeo) ad eruendum extremis hiſce Actis vti ſolemne nobis eſt annorum computum haud parum conducturas, præmiſero, in hæc verba conceptas. Primam quidem *Anno D. 1157 Ludouico* (Iuniore) *Rege Francorum*, Geraldo *Epiſcopo* Cadurcenſi, & *Raimundo Tholoſano Conſule*. Secundam *A. D. 1158. Ludouico* (Iuniore itidẽ) *Francorum Rege, & Gerardo Caturcen. Epiſcopo, Henrico* (is Secundus erat, iam tum Stephano vi morbi ſublato, ſuffectus) *Rege Angliæ, cum exercitu ſuo ſuper Raimundo Comite inſtante, & apud oppidum Caſtri-Noui de Strictis-Fontibus manente*. Tertiam, *A. D. 1159. Hadriano Papâ*, Ludouico *Rege*, Gerardo Hectore *Caturcenſi Epiſcopo, & Raimundo Tholoſano* Comite. Quartam *A. D. 1163. Regnante* Ludouico *Rege Francorum &* Raimundo S. *Ægidij Conſule, cum Henrico Rege litigante, Hectore Epiſcopo*. Quintam *A. 1164 Ludouico Rege Fr.* Gerardo *Hectore Epiſcopo Cadurcen. Henrico Rege Angliæ cum Raimundo Comite litigantibus inter ſe*; *quæ* eſt ſubſcriptio chartæ Fundationis *Abbatiæ S. Marcelli*, ab *Ademaro* Vicecomite *de Burniquel* indigena factæ: Tum fit palàm ex tabulâ ad latus dextrum Altaris Primarii Eccleſiæ *B. Vincentij Pariſien. Abbatiæ* appenſa, *Geraldum* dedicationem *Baſilicæ* eiuſdem ab *Alexandro* III. Pontifice Max. celebratam, præſentiâ ſuâ cohoneſtaſſe: Tempus ſubnotatur ij. *Cal. Maij A. D. 1163.* De eodem Gauſſredus M. S. Codice Lemouicæ aſſeruato, *Apud Beneuentum* (Collegium eſt Canonicorum Regulariũ in tractu Lemouicino ex Indice Sanctorum Lemouicenſiũ) *fecit Ordines in vigilia Matthiæ Apoſtoli Gerardus Caturcen. Epiſcopus, A. Inc. Domini 1166. qui perſeuerauit in Epiſcopatu plus quã quinquaginta annos*. Addit, à *Gerardo*, ex condicto, cum *Dulonen.* Epiſcopo inuiſũ *Henricũ Regẽ, Henrici Angliæ Regis filium*, Martelli ægrotantẽ,

Lateranenſi Synodo.

Elationi S. *Stephani* de Martello.

Turenæ Vicecomitem ad Clientelariæ fidei profeſſionẽ admittit.

Ex *Cæleſtini III.* Diplomate, prouentibus alijs gaudet.

Varijs ex tabulis Geraldi anni colliguntur.
Anno 1157.
An. 1158.

An. 1159.

An. 1163.

An. 1164.

An. 1163.
Adeſt Pontifici Max. Pariſijs.

An. 1166.
Sacros Ordines confert. Annos plus 50. Sedet.

qui poſtea ibidem obierit ex eo morbo A. C. 1183. veriſſimâ certè temporis notâ; cùm ex Rigordo in tertium Philippi II. Regis annũ, & ex Chronico Angliæ in annum Chr. 1183. mors ea inciderit. Conſedit quoque inter Patres *Synodi Lateranenſis* ſub *Alexandro* III. *Romæ* coactæ, cuius Acta integra in Aede *Victoriana Pariſijs ſeruata*, ſic habent, *A. ab Inc. Dom. 1180.* (proximè præcedentem, veriùs annotaſſet) *menſe Maio præſidente S. R. E. Alexandro Papa III. generalis Synodus in Baſilica Lateranenſi, quæ apellatur Conſtantiniana, trecentorum Epiſcoporum, ad hoc ex diuerſis partibus conſtitutorum:* Tum inde nonnullis interpoſitis, *In ſerie Conſedentium* Patrum *de Prouincia Bituricen.* Guarinus *Archiepiſcopus*, Geraldus *Caturcen. Epiſcopus*, *Seibrandus Lemouicen.* Interfuiſſe item comperi efferendis religioſè reliquiis *S. Stephani de Mureto Grandimontenſis Ordinis autoris*, ex *Guidone* h. v. *Circa finem menſis Auguſti ſub annum Dom. 1189. celebrauit digno cum honore releuationem* Corporis S. Stephani *Confeſſoris cum Proceſſione ſolemni, conuocatis & præſentibus ibidem tribus Archiepiſcopis ſcilicet* Henrico *Bituricen. &* Elia *Burdigalen.* & Raimundo *Appamienſi qui apud Grandimontem exul aduenerat de partibus tranſmarinis; nec non ſex Epiſcopis, videlicet* Seibrãdo *Lemouicen.* Guillelmo *Pictauienſi*, Adæmare *Petragoricen.* Gerardo Caturcen. Bernardo *Agennen.* cum multis Abbatibus & Religioſis. Eundem *Raimundus Turenæ Vicecomes, Boſoque* eius filius, *Dom.* agnouerunt ob Beneficia, ſeu feoda de *Braſſaco*, *Soliaco*, *Banachs* & *Caſillac* ab iis comparata, poſſeſſáque: Tabulę poſſeſſionis clientelaris, hæ ſunt, IN NOMINE *S. & indiuiduæ Trinitatis, Amen, Rationis ordo poſtulat vt ea quæ rationabiliter ordinata fuerunt, nullâ in poſterum refragatione turbentur: Inde eſt quòd ego* Raimundus Vicecomes Turenæ *ſcriptò memoriæ commendo, omnibuſque præſentibus, ac poſteris, nec non filijs & ſucceſſoribus meis, notum facio, quomodo & in quibus teneor & ſum obligatus,* Domino Geraldo Caturcenſi Epiſcopo, pro feodo de Braſſac, *quod emi à* Guillelmo Vicecom. de Caluiniac, & Raimundo Fratre eius; *cumque moleſtus eſſet mihi Dom. Geraldus Epiſcopus* Caturcen. *ob hoc ſcilicet quòd feodum de Braſſac. quod ad ipſum iure Dominij pertinebat, ſine aſſenſu & voluntate eius emeram, & diutius iam res protracta eſſet, tandem me conſtituto in præſentia Domini Epiſcopi in monaſterio* S. Saluatoris *de Roquemadour auditis hinc inde rationibus, & exquiſitâ fide veri, Inuentum eſt quòd Guillelmus Vicecomes de Caluiniaco & Raimundus frater eius pro feodo de Braſſac, Dom. Epiſcopo* Caturcen. *ſupranominato fecerunt hominium, & fidelitatem. & tenebãtur ei honorificè ſeruire, & eum ſequi in expeditionibus; & caſtella & munitiones quæ in feudo aderant, vel quæ futura erant, cùm ab eo vel eius fideli nuntio eſſent requiſiti, cum forisfacto & ſine forisfacto reddere incontinenti, &*

An 1183. Regis Angliæ filium moribundũ inuiſit

Ann. 1180. veriùs 1179. Intereſt Syno. Lateran.

An. 1189. Adeſt efferendis S. Stephani reliquijs.

An. 1190. Vicecomitis Turenæ clientelaria fidei profeſſio.

in omnibus fidelitatem obſeruare, quod ita verum eſſe predictus Raimundus Vicecomes de Caluiniac, frater Gullelmi, nobis, multis præſentibus recognouit. Ex definitione igitur prudentium virorum qui hoc negotium inter me, & dominum Epiſcopum tractabant, feci & hominium, & fidelitatem, & ligantium, & tactis Sacroſanctis Euangelijs iuraui vt in omnibus in quibus ſæpe memoratus Guillelmus Vicecomes de Caluiniac, & Raimundus frater eius, pro feudo de Braſſac, & iure Dominij tenebatur ſibi & ſucceſſoribus ſuis fidelis, & deuotus exiſtam, & ipſum Dom. Epiſcopum, & Eccleſiam Caturcen. & homines & res eorum pro poſſe meo defendam, & in omnibus, & contra omnes de iure adiutor, & defenſor, ei ipſe pro poſſe meo exiſtam: Ipſe verò dictus Epiſcopus Eccleſias quæ tum in feudo erant, & quæ futuræ erant, cum omnibus Clericis, & cum omni iure Eccleſiarum & Clericorum liberas ab omni inquietatione, & exactione mei, & meorum, ſibi retinuit: quas tam ex debito, quàm ex promiſſo manutenere, & ab omni exactione immunes teneor obſeruare. Cumque D. Epiſcopus vel eius fidelis nuntius munitiones, ſeu caſtella, à me vel ab hominibus meis receperit, bonâ fide mihi & meis debet reſtituere, & homines qui in caſtellis, vel munitionibus ſæpe memorati feudi habitauerint, Do. iam dicto Epiſcopo Caturcen. fidelitatem debent obſeruare; Vt autem hoc firmum ſit, & ſtabile perſeueret, præſentem paginam Sigilli mei, & Do. Epiſcopi impreſſione feci roborari. Actum A. Incarn. Verbi 1190. videntibus, & audientibus Rogerio &c. Et poſt. ſubſcriptionem teſtiũ, *Præterea notum facio quòd Boſſi filius meus mandato meo in præſentia mea & aliorum quamplurium qui aderant ab antehac, eodem anno, prædicto Dom. Geraldo Epiſcopo fecit hominium, & ligantiam, & fidelitatem, eodem modo, & eandem fidem pro eodem feudo de Braſſac, & Soliacum & Banaſcum cum ſuis pertinentijs & caſtellũ de Cazillac; pro quo longo tempore antè fidelitatem & hominium Dõ. Geraldo Caturcen. Epiſcopo, ſimiliter fecimus.*

Prouentus collati ex Rupe S. Amatoris à Cœleſtino III. A. C. 1197.

Extat & in tabulis Cadurcenſis Epiſcopi M. S. Diploma Cœleſtini Papæ III. quo Geraldo noſtro A. C. 1197. adhuc agenti addicit prouentus ex Rupe S. Amatoris, qui alendo Epiſcopo, totique eius familiæ, & itineri Romam, ſi quando opus, peragendo, ſuppetant; eoſque Geraldi ſucceſſoribus ritè legitiméque mancipat, in hæc verba. COELESTINVS *Epiſcopus S. S. D. Ven. Fratri Geraldo Cadurc. Epiſcopo Sal. & Apoſ. Ben,* FRATRVM *Coëpiſcop. noſtrorum iuſtis petitionibus dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & eorum pia deſideria in Domino promouere, Eapropter Venerabilis in C. Frater, tuis iuſtis poſtulationibus annuentes ea quæ in Eccleſia B. MARIÆ Rupis Amatoris, teſtimonio multorum Epiſcoporum & Abbatum, & aliorum didicimus te habere, videlicet ſumptus neceſſarios tibi, & familiæ tuæ & hoſpitibus tuis te præſente, vel abſente; ſumptus, &* 76

equitaturas

equitaturas in itinere ad Sedem Apoſtolicam accedendi, & in alijs pro ſua Eccleſia faciendis, ſicut ea hactenus in pace te didicimus poſſidere, tibi & *ſucceſſoribus tuis donamus, concedimus, autoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Concedimus inſuper vt hæc omnia prædicta, tibi & ſucceſſoribus tuis, liceat per vos vel miniſtros veſtros ab eadem Eccleſia accipere cum ij qui in eadem præſunt Eccleſia, miniſtrare diſtulerint. Decernimus ergo vt nulli hominum liceat hanc paginam &c. Datum Laterani Kal. Febru. Pontificatus Noſtri anno VI.* Hic verò annus incidit in A. C. 1197. cùm anno 1191. 4. Kal. Apr. ex Hyacintho Bobo Diacono Cardinali S. Mariæ in Comedin. Summus Pontifex, ac Cæleſtinus III. factus ſit.

77 Conuentum fuerat & Gerardi noſtri temporibus, vti ſubſcriptio ſat teſtatur, *Raimundum* inter *Comitem Toloſanum IV.* id nominis, & Petrum Aureliacenſē Abbatem, ratione Dominii *Cairacēſis Decanat*ꝰ, haudprocul à *Moyſiacenſi* vrbe, intráque fines Cadurcorū ſiti, *Anno* ſcilicet *Chriſti* Dom. *1176.* Cuius pacti conditiones ratas habuit defuncto Patri ſuffectus *Raimundus V. Guillelmi* IV. Antiſtitis noſtri temporibus, cùm iam exauctoratus, Comitatus ipſius vmbram, viribus potiùs quàm iure tueretur. Verba tabularum quæ extant penes me deſcriptæ fideliſſimè, quaſque ab ſitu & tenebris vindicari, haud mediocriter intereſt, idipſum hâc formulâ innuunt. *NOVERINT vniuerſi tam præſentes, quàm poſteri, quod Ego Raimundus Dei gratia Comes Toloſæ, propriâ & ſpontaneâ voluntate, recognoſco, concedo & approbo omne illud donum perbonum, firmum & ſtabile in perpetuum, quod Domnus* Petrus *Aureliacen. Abbas conſilio & voluntate* Capituli *præfata Domus, atque* Decani domus Cairacēſis, *olim dederat Raimundo Comiti Toloſæ, ſicut in Inſtrumento per Alphabetum diuiſo, quod* Vuaſinus Adelger *ſcripſit, continebatur, Tenor cuius Inſtrumenti prædicti talis eſt. NOVERINT ſinguli tam præſentes quàm futuri, Quod Ego* Petrus *Aureliacenſis Abbas conſilio & voluntate* Capi*tuli præfata domus, atque Decani domus* Cairacen. *dono & concedo Dom.* Raimundo Comiti Toloſæ *medietatem totius Dominij quod infra ambitum & clauſuram villæ Cairacenſis poſſideo, ſcilicet de omnibus iuſtitijs, de queſta, de Leudis, de fuacis, de ſaltib. de aquis, quæ ſunt in prædicto dominio præd. domus. Præterea dono & concedo præd. Comiti extra villam domus Cairacen. terram ad vnum par boum in portu: ſimiliter concedo præd. Comiti tertiam partem in renda atque dominio nauis, in parte quoque Pontanerij. quæ tertia pars eſt, dimidiam partem Dominij. Poſſeſſiones verò alias atque terras quæ pontanerius poſſidet, remaneant in Dominio Eccleſiæ, & ſeruiant Decano. Clericos autem & omnem aliam familiam domus Caiarcen. & aliarum Domorum quæ ad ipſum pertinēt aut pertinere videntur, retinet Decanus adeò in Dominio ſuo, vt nullus*

Conuentio inita ab Abbate Aureliacenſi, Decano Cairacenſi, Raimundo Toloſano Comite ſub Geraldo III.

alius aliquid exigat ab eis niſi quæ ipſe Decanus exegerit. Terras quoque & omnes alios honores extra prædictam villam conſtitutos, & omnem Decimam quæ eſt extra & infra villam, poſſideat Decanus ad voluntatem ſuam. Hæc omnia præſcripta tali pacto & conditione Ego Petrus Aureliacenſis, *dono, & concedo prædicto Comiti Toloſæ, vt ipſe propter hoc donum prædictam domum Cairacen. cum omnib. appendicijs ſuis vbicumque illa ſint, tueatur & defendat ab omni illicita exactione, PRÆDICTVS verò Comes transferre non valebit præd. domum, nec aliquis Succeſſorum ipſius; nec alicui dare, nec pignori obligare, nec vendere, nec cum filia ſua in matrimonio tradere, nec filij inter ſe diuidere: Sed tantummodò hoc præmiſſum domum in Domino Comite Tol. remaneat, Si autem contigerit Comitem velle aliquid iſtorum facere, prænominatum Dominiū omninò reuocetur, & ad Dom. Cairacenſem redeat. Nullamque collectā ibi Comes faciat inconſulto & inuito Decano, nec Decanus inconſulto Comite, videlicet quæ non ſit communis inter eos. Facta eſt iſta charta apud* Figiacum *8. Id. Febr. feriâ 6. A. ab Inc. Do. 1176. Regnante Ludouico Franc. Rege, &* Geraldo Cadurcen. Epiſcopo *&c. Talis eſt tenor Inſtrumenti: Et ego Raimundus Com. Tol. concedo & approbo & confirmo prædictum donum eſſe bonum & firmum, & per omnia tempora inuiolabiliter obſeruaturum. &c. Et Ego Bernardus de Monte-Amato Decanus de Cayraco, pro Domno Geraldo Aureliacenſi Abbate, & pro me ipſo, dono & concedo laudo & confirmo Dom. Præd. Raimundo Com. Tol. filio Dominæ Reginæ Ioannæ fil. memo. Sororis Regis Angliæ, omne prædictum donum &c. Menſe Februa. Regn. Ludouico, Eodem Raimundo Tol. Com. & Fulcone Epiſcopo, anno ab Incarn. Dom 1229.* Alia Geraldi HECTORIS non occurrunt Acta. Is cùm ex Gausfredi M. S. Cod. plus 50. annis Cadurcis præfuerit quid vetat ob anno 1150. ad 1101. quo ſublectus Guillelmus III. breui ſeſſurus, fuerit, Epiſcopatu perfunctum affirmare?

Confirmatur à Raimūdo V. Cōite Toloſano ſub Guillelmo IV. ea Conuentio.

Temporis ratio.

GVILLELMVS III.

Guillelmus III. ab A. C. 1101. ad 1106.

DEERAT quem proximè Geraldo ſufficerem ni adfuiſſet, cura diligentiáque Illuſtris iuxtà ac Eruditi viri *Geraldi Carcaui* Academiæ noſtræ Cadurcenſis etiamnum merentiſſimi Cancellarij. Is enim vt eſt & rei antiquariæ, & Cadurcenſis in primis Sedis ſtudioſiſſimus, ex peruetuſtis Capituli Cadurcen. membranis *Guillelmū* huncce *tertium*, hàc ſeculi duodecimi Epoche ſedentem eruit, eruumque, nobis, qua eſt humanitate, in manus dedit, *Gerardo Hectori* ſubſtituendum. Ferunt nimirum Acta *Gausbertum D'Anteiaco Ar-* 78

chidiaconum

chidiaconum Cadurcen. Maiorem, iam imminente morte, prouentus omnes quos diutinâ curâ, diligentiáque conquiſiuiſſet, teſtamentariâ donatione *Capellanis 4.* qui quotquot diebus *S. Stephani Eccleſiæ Principi*, Canonicisque Horis adeſſe haberent ex officio, *Egenis item aliis 4. alendis* fouendiſque, liberaliſſimè, necnon pientiſſimè deſtinaſſe: Cōditiones verò teſtamentarias Authenticis iſtiuſmodi Actis expreſſas, ab Guillelmo Cadurcenſi Antiſtite, Capitulóque vniuerſo probatas ſancitaſque anno 1203. Atenim non fuit Guillelmus Cadurcenſis Præſul id temporis, idem cum alio ſuperiore cui *Geraldus* Hector ſucceſſerit; multò magis verò alium ab eo Guillelmo fuiſſe oportuit qui, quartus noſtros inter Præſules et nomenclaturâ, Raimundo Toloſati Comitatum eripuit, ſibi ſuiſque vindicauit A. C. 1211. Vacauit quippe Sedes Cadurci interiecto Guillelmos hoſce binos inter, tertiū quartūq; annorum, breui licèt, ſpatio, anno ſcil. 1206. & 1208. qualis intermiſſio nulla foret, vnico Guillelmo Antiſtite continenter ſedente. Vacationem verò hancce aſtruunt tabulæ Montalbanenſis conditus teſtes, anno 1144. ab Adelphonſo Toloſano Comite ſcriptæ, deſcriptæ rurſus auctoritatis publicæ calculo anno pòſt, ſupra ſexageſimum altero, vti fidem ſuſcriptio, iſthæc adiūcta facit, *Joannes Martinus chartā iſtam tranſtulit de illa quā* Robertus *ſcripſerat, qua erat diuiſa per alphabetum, eâdem ratione, & eiſdem verbis, menſe Februar. an. 1206. Regnante Lodoico Francorum* Rege, Ramundo *Toloſæ* Comite, *Sede Cadurcenſis Epiſcopi vacante. Huius tranſlati facti ſunt teſtes Bernardus &c.* Cui ſubtexo alteram ex Moyſiacenſi armario petitam in h. v. *Regnante Philippo Rege Francorum, ſede Cadurcenſi vacante an.* Do. Inc. 1208. Quia verò ſub ipſum *belli ſacri* initium Guillelmus IV. Cardaillaceo clarus ſtēmate anno 1209. Epiſcopatu perfunctus eſt, breui tēpore ſederit Guillelmus hic III. (cuius etiā acta alia nulla ſuppetūt hactenus) nec niſi ab anno 1101. ad quem tenuiſſe Gerardum compertum ſat ſuperque fuit, ad 1206. quô Sedem Præſule uacuam conſtat. Temporis ratio.

GVILLELMVS IV. DE CARDAILLAC.

79 GVILLELMVS clarô *Cardaillacea gentis* nomine, ſtemmatéque inſignis, non gentilitiâ modò nobilitate, ſed verò præclaris virtutum Actis Cadurcenſi Sedi illuſtrandæ natus factuſque, ad eam, breui vacantem pauculorum annorum ſpatio, fauſtè feliciterque euehitur. Is, vt ſummatim iam attingam fortiter inſigniterque geſtorū

Guillelmus 4. ab A. C. 1109. ad 1134.

capita, *Albigenſibus hæreticis*, fautoríque *Raimundo Toloſano ac Cadurcenſi Comiti*, ſtrenuum inflexumque oppoſuit animum, quin & conſtantiâ illâ inuictâ excuſſis Toloſati in Diuos hominesque, perfido, Comitatus habenis; ſe Cadurcenſeſque ſuos in libertatem iure aſſeruit, Sediſque ſuæ pedo, profana iunxit Comitatus inſignia ad ſucceſſores Antiſtites deinceps tranſmittenda. Verebatur, quâ erat præcauendis malis ſagacitate prudentiáque vir, ne totam penè populata Galliam venenata hæreſeos aura ſuos afflaret, aut iam afflatos, quæ eſt gliſcentis ſerpentiſque veneni vis, breui peſſundaret, eliderétque: At auertendo malo geminos *Religioſarum Familiarum Ordines* ſub Diuorum *Dominici Franciſcique* ductu atque auſpicijs Chriſto militaturos, vixdùm orbi enatos, formatoſque, Cadurci locat, *ἀλεξίκακον* ſcilicet peſtilentibus ſegregum impiorum dogmatis eliminandis pharmacum, arcendis amuletum. Hæc ſingula ordine proſequi Actorũ dignitas, ac ſplendor iubet, dùm interim alia Guillelmi geſta, minora illa, nec tamen omnino ſpernenda atteximus, annorumque quibus in Sede floruit annotationem, in vnum computum, pro more noſtro, extremis Actis colligendam, quantâ maximâ & fidei integritate, & characteris Laconici breuitate poſſumus, in ipſo decurſu ex fidis tabulis indicamus.

Eius Actorũ ſumma.

Comitatus Cadurcẽſis quâ ſerie ad Guillelmum primùm delatus. & qui olim Toloſæ Comites

ATQVE vti ab ipſo fonte ſe fundat riuulus; Gallias Tranſalpinas inque iis Aquitanicum tractum *Cæſaris* pluſquàm humana bellis ge- 80
rendis expediendiſque felicitas, Romanis faſcibus legibuſque ſubmiſit olim, ipſis Imperii Occidui auſpiciis. Vitâ deinde functo Imperatore Theodoſio, Gildone Rufinóque, Stiliconis aſtu, proditionis obtentu ſublatis; Romanę fidei copiiſque diffidens Stilico, vt eſt ſuſpicioſa, metúque anxia ambitio, ad barbaros in prædæ partem euocatos, Imperij Galliarumque iura, ac ſceptra transfert, Hinc *Vuãdali, Sueui, Gothi, Alani* latè noſtrîs graſſati finibus erupere turmatim, agminatimque, appreſſis atque inuiſis altiùs barbariæ ac ferocitatis inſignibus. Vidit ipſa *Toloſa* ſe *Gothorum* Regiam factam, vidit *Narbona*, videre ciuitates conterminæ circumque poſitæ ſe in eorum clientelam, obſequiumque proſtitutas. Adfuit tamen tempori *Clodouei* inuicta virtus, ſolemnis lauacri religioſa ceremonia, gentilitii Deorum cultus eiuratione, Numiniſque certo præſidio, non parum aucta confirmatáque; *Alaricum* Gothorum Regem (quod ſuprà in *Boetio* notabamus) fugat, frangitque, ſuoſque Barbarorum ditioni, dominatuíque ereptos in libertatem vindicat, Chriſtianóque cultui magnopere adſciit: Ita tyrannicâ dominatione depulsâ Aquitani ipſi *Toloſateſque*, Galliæ, hoc eſt ipſi nobis, reſtituti feliciter, patriam, cùm ſuſpiratum ſat diu foret, auram aliquando ſpirauimus. Ex dote quam id temporis, receptô totis Galliis more, vxores à viris acciperent, nacta eſt

De his Onuphr. in Imper. Rom. Aimoi. lib. 5. hiſto. Fran. c. 1. Turon lib. 1. c. 37. & lib. 9. c. 10. in tabulis pactorum inter Guntramnum, Chilpericum, & Brunichildem.

Chilperici vxor *Gailſeuinda* in Cadurcenſes ditionem, ab Clodouei Regno, iure hæreditario in poſteros tranſmiſſam; ſuffecta tùm & *Brunichildis*; ea *Sigeberto* nuptui dudum tradita, iamque marito viduata Gaileſuindæ germanæ hæreditatem iudicio *Guntramni* Regis adiuit, diutiuſque nobis præfuiſſet ni acerbo fato extinctam, diſcerptam ſcilicet membratim equorum in diuerſa trahentium vi adniſúque, aut mali mores abſtuliſſent, aut vt vult non paucorum calculus (variat quippe noſtrorum in hoc iudicio iudicium) malorum inuidia ſubduxiſſet. Hinc ſub *Clotary*, *Dagoberti*, ſecutorumque poſthac Regum iura quaſi poſtliminio rediimus, donec *Caroli Magni* arbitriô ſententiâque, poſt fugatum *Hunoldum*, cuius tyrannis noſtris omnium ceruicibus imminebat, Aquitania tota in Comitatus varios diuiſa, maiorẽ imperio ſecuritatẽ peperit, minorem nobis metuendi, imminutis quippe viribus, ac ditionibus Præfectorum receſis. *Corſo* primus in albo *Toloſanorum Comitum* (quibus Cadurci contributi) Caroli auctoritate ſublectus, id muneris Moderatoris tantùm, non Domini Poſſeſſoriſúe loco perfunctus; Regis eiuſdem calculo *Guillelmus* ſuffectus; deinceps Guillelmo *Berengarius Ludouici Lenis* temporibus; Berẽgario *Bernardus* ſub *Carolo Caluo*, Bernardo Guillelmus alter; is non nudã Comitatus adminſtrationem nactus, ſed clientelariæ poſſeſſionis conditione delatâ, ſuum iam Comitatũ reliquit *Pontio*, Pontius *Aimerico*, is *Raimundo*, Raimundus *Guillelmo* iam tertio id nominis; Guillelm° 3. *Raimũdo* alteri germanô; tum reliqui ad *Guillelmum Cadurcẽſem Antiſtitem* intercepti ſinguli hæreditario Comitatus obuentu poſt Patris fatum potiti *Adelphonſus* cui Iordano cognomen fuit, quòd in expeditione ſacra natus, ad Iordanis fluminis ripã Chriſtiano lauacro tinctus foret ſolemniter, *Raimundus* 3. *Raimundus* 4. *Raimundus* demum *quintus* id nominis, quô in ſacrilegii patrati pœnam exauctoratô ius omne Comitatus Toloſani in varios tributum, pars ad Cadurcenſem Antiſtitem Guillelmum 4. hac ſeculi tertij decimi inauſpicatâ periodo circa A. C. 1211. tranſmiſſa eſt. At quónam tandem pacto, quibuſúe cauſſis (quæ eſt hiſtoriæ noſtræ pars multò gratiſſima, Cadurcenſibuſque noſtris honorificentiſſima) ſuperat explanandum.

Hincmar. in Geſtis S. Remigii.
Till. in cap. De Comitib. Toloſ. & in Chron. A. C. 616.
Guillelmus de Podio Rigordus in Philippo 2.

ALBIORVM ea Albigenſium hæreticorum peſtis circa ſeculi
81 duodecimi exitum, ſequentiſque auſpicia Toloſatum Comitatum latiùs occuparat, ac licèt inſanis portentíque pleniſſimis dogmatis diuina humanáque miſceret omnia, ſuos tamen fautores, & aſſeclas nacta (vt eſt feracior fœcundiorque improbitas) in dies longiùs graſſabatur. Incredibile prorſus eſt quantò id animorum exitiô, cùm ex omnium penè errorum ſentina fæces ſuas hi noui, éque barathro recèns editi Doctores ſentinarij corriuaſſent. Viſum ſcilicet illis fuit

Albigenſes hæretici Toloſatum fines occupant.

duos eſſe Mundi Opifices, bonum hunc, malum alterum: Chriſtum illum palàm inque omnium oculis cæſum (ab alio qui ſenſus fugiſſet longè alium) perditum profligatumque ganeonem fuiſſe, Magdalenâ ſcorto abuſum, ad omnem audaciam ac ſcelus factum atque proiectum; Veterem à Moyſe latam, publicatam potiùs legem, iniquiſſimam eſſe. Nullum Sanctorum reliquijs nullum templis; Sacramentis ab Catholico Chriſtianorum cætu agnitis, honorem nullum defetendum: Euchariſticum cibum, nihil plus vulgari pane quôuis diuinitatis, aut religionis nactum: fabulas eſſe quæ de corporum reſtauratione prædicat fides, quæ de purgatricibus flammis, quæ de litando orandóque pro mortuorum ſoſpitate; E contra certam inconcuſſamque veritatem quæ commentus Pythagoras de illa deſultoria metempſychoſi: Damnanda matrimonia; inceſtos præpoſteroſque concubitus permittendos; Vnum illud ſcelerati Dei à quo Moſaica lex profluxiſſet, argumentum eſſe locupletiſſimū, quòd homicida foret, qui Sodomitas (in quorum hi facta magis quàm verba iurauerant) indictâ fortè cauſſâ interemiſſet; Pontifices noſtros ſceleratorum eſſe Epiſcopos; Eccleſiam Romanam infernorum cœtum habendum. Nec ſe dogmatum ſeptis cohibuit improbitas, quæ longè plus auſa in facinora palam erupit. Fuit qui ad Sacroſanctam Aram purgaret ventrem, eiuſque onus ſacris vaſis exciperet. Fuit qui diſſectæ membratim Iconis Cruci affixi Chriſti brachium, terendo ſali, pipeti aliiſque id genus deſtinatum, ad profanos quoſuis vſus transferret. Fuit qui vbi in Templa, Icones, Sanctorumque reliquias ſæuitum ſat fuiſſet, inſolentis peruicaciæ vocem hanc ad Fuxenſis Comitis in perfidiæ ſocietatem allecti aures propelleret *Ecce deſtruximus S. Antoninum, S. Mariam, nihil reliquum eſſe aliud poteſt, niſi vt ſuperſtitem Deum de medio tollamus.* Hæret ſcripturus iſthæc in Deum probra calamus: Hæreant interim fremantque cogitabundi Segreges noſtri, *Caluino* patre, auo Dæmone ſati, dum in his ſua magnam partem agnoſcunt; dumque à ſuis ducibus, vnà nimirum coniuratis in *Romanam Eccleſiam*, Albios eiuſdemque farinæ Vualdenſes, *florem primigeniæ fidei, Eccleſiam Florentiſſimam, doctrinâ exemplíſque vitæ illuſtrem* appellitari paſſim audiunt.

Eorū Dogmata.

Petrus Vallis-Sarnēſis in hiſto. Albi. Aemyl. in Philip. Belleforeſt. Tillius.

Petrus Vallis Sarn.

Ita vocat *Beza in Iconibus.*

RAIMVNDVS Toloſatium Comes id temporis, toto graſſantem Comitatu ſuo peſtem hanc fouebat & animo & viribus, magnum vt eô tractu vniuersô fidei Chriſtianæ periculum crearetur. Mittitur eô Dominicus cum ſuis aliquot nouô Sacramentô adactis ad peſtem hancce eliminandam: Vt enim olim Pelagianis Ambroſios Auguſtinoſque, Neſtorianis Cyrillos, Iouiniano Hieronymos, Arianis Athanaſios ac Gregorios numen obiecit, quaſi Fraxinum erumpentibus 82

Raimundus Toloſæ Comes Albijs fauet.

impot-

importunè ſerpentibus, opportunè nato antidoto compeſcendis; vtque noſtris hodie Lutheranis Caluiniſtiſque in cunis elidendis Religioſas aliquot communiuit familias: Ità eâ ætate D. D. *Dominici Franciſcique* milites in Albiorum excidium armauit. Miſſi & Apoſtolici Legati *Petrus de Caſtro-nouo*, *Radulphuſque* excidenda hydrâ, quæ quia ſe armis atque *Raimundi* Com. in primis auctoritate tutabatur, acrioribus vrgentioribuſque remedijs cum lethalis morbi vi fuit acerbiùs colluctandum. Cæſo quippe contra iura omnia humana diuináque, *Petro* Legato, temeratâ Pontificis Summi religione, *Innocentius III.* id temporis Eccleſiæ vniuerſæ Epiſcopus, olim fruſtra monitum per Legatos, increpitumque Comitem Eccleſiaſtico anathematis ferit fulmine; ſubditos Raimundi omnes iuramenti omnis religione exolutos ab perfidi Eccleſiæ hoſtis, dominatione iuréque ſubducit; inque eum omnes totâ Galliâ Magnates vtriuſque militiæ, animat, confeſtimque armat, *bonis in prædam occupanti cuiuis expoſitis*, *Saluo tamen* (vt cauent Anathematis concepta uerba Laterani Anno Pontificatus ij. Chriſti 1209. ſcripta) *iure Domino principali.* Regium quippe Philippi II. ius ob Raimundi clientis vitia haudquaquam imminui poterat. Publicant promulgantque Epiſcopi Supremi Parentis intentatas Raimundo diras; Sacræ militiæ inſignia, Cruxque in Raimundum Albiorumque propugnatores ſuſcepta, perterrefecere Toloſatis animum, non fregere. Vt enim erat verſipellis, vaferque, &, qui eſt hæreticorum genius, ſimulandi atque diſſimulandi peritiſſimus, apud *Milonem* à Pontifice miſſum, alioſque *Philippi* Regis iuſſu permiſſúque armatos ita cauſſam egit, vt pœnitentiâ facti duceretur in ſpeciem, & fidei dandæ firmandæque nomine Ciuitates varias deſignaret iamnum à Pontificijs inuadendas. Præfectus his *Comes à Monte-Forti* de cuius laudibus noſtri nunquam conticeſcent Annales. Intereà perſona depoſita, quam diu ferre perdifficile, in magno præſertim æſtu affectuum, Raimundus ſenſim ab conuentis pactiſque deficere, datam fidem violare, *Fuxenſem ſibi Comitem*, *Petrum Aragonum Regem*, alioſque non paucos adiungere. Albiorum res clàm & per cuniculos, tandem apertô Marte tutari atque promouere. Ancipiti varióque Marte vtrinque ſæpiùs pugnatum. *Vaurenſis Synodi* votis annuens ſummus Pontifex Aragonum Regem per litteras obteſtatur, à cœpto, partibuſque Raymundi habeat diſcedendum, nec tamen impetrat. At *Philippus* Galliæ Rex *Ludouicũ* filiũ cum benè lecto comitatu mittit ſuppetias in Albios, Toloſatéque, que res innumeros penè ac infinitos populos quaſi ſigno dato collegit, adiunxitque; & conclamatam Raimundi cauſam totâ iam Europâ

SS. Dominici & Franciſci familia in Albios miſſa diuinitùs.

Excõmunicatur Raimundus.

Crux in eum ſuſcepta.

Diſſimulat hæreſin Raimundus: Breui perſonam ponit.

Vaurenſis Synodus in Raimũdũ.

Ludouicus Philippi filius in Raimundum armatur.

haud ægrè perſuaſit. Innocentius Romæ de coacti Lateranenſis Concilij Oecumenici ſententia *Raimundo ius omne in Toloſates* eripit, conſpirantibuſque omnium votis ad *Simonem* legitimé transfert quidquid ab eo armis inuaſum ab eo quo proſcripta Toloſatis bona fuerant tempore.

Exauctoratur Eccleſiæ ſententiâ Raimundus.

HIC Guillelmi Cadercenſis Antiſtitis prudentia, pietas, fortitudóque animi emicuit, effulſitque non parùm. Cùm enim damnatū 83
dudum ab Innocentio III. Raimundum eo maximè nomine deſerendum ſibi credidiſſet, quòd is ab auita religione, Pontificióque dominatu deficeret, Albiorum aſylum foret; captatâ opportunè occaſione, ſe cum ſuis ab Toloſatis iure ſubductum, de Simonis conſenſu liberum extemplò facit, ad Comitatum occupandum aggreditur, quando eam ſit poteſtatem nactus nauatâ fideliter operâ Albijs ſuis è finibus arcendis, ex Innocentij Diplomate, totâ iam Galliâ Regis Philippi aſſenſu publicato: At vt firmior foret, ſibique ac poſteris tutior legitima inuaſio tam honeſto ac ſancto quæſita nomine, *Philippum Regem adit*, clientelariæ poſſeſſionis ſolemne defert iuratque obſequium (quale ſcilicet ab Raimundo Cadurcenſium Comite fuiſſet deferendum) tabulaſque Regias impetrat Dominij parti indices fideliſſimos inter ſuos, teſtes locupletiſſimos apud poſteros. Defeciſſe ab Toloſate id temporis Guillelmum noſtrum ſuis vnà cum ciuibus docet oculatus harum Tragœdiarum ſpectator Petrus Vallis-Sarnenſis Cœnobita, in Albigenſium hiſtoria, quam ante annos 40. Gallico cuſam idiomate, latino primùm ſcriptam habes in Pruliano Virginum Cœnobio è D. Dominici familia, Carcaſſonenſi Diœceſi, inque inſigni Tricaſſinæ Eccleſiæ bibliotheca, manu ſcriptis Codicibus, breui vt audio typis mandandam. Diſplicet quidem quod Antiſtitis Cadurcenſi nomine contentus auctor, propriam ſuppreſſerit nomenclaturam; cùm nihilominus *Fulconem* Toloſatium. *Bernardum* Carcaſſonenſium, *Reginaldum* Tullenſem, *Philippum* Beluacenſem, *Arnaldum* Narbonenſem, *Girardum* Bituricenſem, *Robertum* Claromontenſem, *Raimundum* Vticenſem, *Manaſſem* Aureliacenſem, *Guillelmum* Antiſiodorenſem Epiſcopum varijs hiſtoriæ partibus inſerat: At aliunde nomen Guillelmo noſtro fuiſſe iam conſtabit; & ex Albigenſium hiſtoria, ſe noſtros Duce Antiſtite ad *Simonem* contuliſſe, eum in vrbem euocaſſe, Dominum agnouiſſe, Albijs renuntiaſſe, ſibi verò dehinc de Regis licentia Comitatum vindicaſſe Guillelmum, ex Regijs tabulis certò conſtabit. Supereſt vt iſthæc ſingula Actorum fidelium teſtimonio confirmemus.

Guillelmus Cadurcēſis Antiſtes, Comitatum Cadurcenſem tum inuadit.

Armatur in Raimundum.

Armantur Antiſtites alii.

EX *Albigenſium* itaquè *hiſtoria* fragmenta hæc annotet lector: Primùm Litteras Innocentij III. Raimundum exauctorantis. *Archiepiſcopi & Epiſcopi publicè nuntient anathematizatum eundem. Et cum* 84

cap. 8. in Editione latina.

iuxta

iuxta Sanctorum Patrum canonicas ſanctiones, ei qui fidem Deo non ſeruat, fides ſeruanda non ſit, à communione fidelium ſegregato, vtpote qui vitandus potiùs eſt quàm fouendus, omnes qui dicto Comiti fidelitatis ſeu ſocietatis aut fœderis huiuſcemodi iuramento tenentur aſtricti, apoſtolicâ auctoritate denuntient interim abſolutos, & cuilibet Catholico viro licere, ſaluo iure Domino principali, non ſolùm perſequi perſonam eiuſdem, verùm etiam occupare & detinere terram ipſius, illius praſertim obtentu quòd ab hæreſi per ſuam prudentiam fortiter expietur, quæ per illius nequitiam fuit hactenus turpiter ſauciata maculata. Quia dignum eſt vt manus omnium contra ipſum conſurgant, cuius manus extitit contra omnes &c. Datum Laterani 6. Id. Martij Pontif. nos. an. ij. Chriſti ſcilicet anno 1168. Subtexit aduentum Comitis Simonis Caturcum, *Venerat ad Comitem Montis-fortis, Caturcenſis Epiſcopus miſſus à nobilibus territorij Cadurcen. ſupplicantibus vt accederet ad eos Comes, & ipſi conſtituentes eum Dominum ab ipſo acciperent terras ſuas. Comes autem Toloſanus Dominum habuerat in territorio Cadurcenſi &c. Inde veniẽs Caturcum Comes noſter honorificè eſt ſuſceptus, & factis ibi paucis diebus iuit cum Alemannis ſuprà dictis, conducens eos vſque ad villam quæ dicitur* Rupis Amatoris: *Inde redierunt Alemanni in terram ſuam; Comes autem cum pauciſſimis Cadurcum eſt reuerſus.* Nec ſiluit illius auctor hiſtoriæ *Guillelmi* noſtri, bellò in Toloſanum Fuxenſemque Comites religionis nomine aggrediendò conſtantiã, fortitudinẽque, ſic enim de nobili ad S. Martini arcem expeditione. *Hîc adijciendum quod Epiſcopus Cadurcenſis, & quidam Monachus Ciſtercienſis, qui de mandato Abbatis Ciſtercij de negotio IESV-CHRISTI curam gerebant, veniebant cum Mareſchallo, qui videntes hoſtes venientes, belliumque imminere, cœperunt hortari noſtros vt viriliter ſe haberent, promittentes fortiſſimè, quòd ſi tam glorioſo certamine pro fide ſuccumberent Chriſtiana, remiſſionem adepti peccatorum, omni ſtatim gloria & honore coronati mercedem reciperent ſui certaminis & laboris.* Tum poſt paulò *De noſtris non occubuerant ampliùs quàm triginta, cùm de hoſtibus innumerabiles fuerint interfecti, & contra vnumquemque ex noſtris eſſent hoſtes pluſquam triginta. Nec prætereundum quòd Martinus Algais in primo inſultu de bello reſiliens fugere cœpit: quem venerabilis Epiſcopus* Cadurcen. *qui propè erat, fugientem videns, & quid factum eſſet requirens; Mortui, inquit ille, ſumus omnes: quod vir Catholicus non credens; ipſumque duriùs obiurgans redire compulit ad certamen. Prætereundum etiam non eſt quòd fugientes hoſtes præ timore mortis exclamabant fortiter* Mons-fortis, Mons-fortis, *vt ſic ſe fingerent eſſe de noſtris, & manus perſequentium euaderent arte tali. Noſtri verò artem iſtam arte aliâ deludebant: Cùm enim audiret aliquis de noſtris quempiam hoſtium exclamare præ timore* Mons-fortis, *dicebat ei, ſi noſter es*

Exauctoratio Raimundi Com.

cap. 55.

Cadurcenſes Simoni ſe iungunt.

Simon Rupem S. Amatoris viſit.

cap. 57.

Guillelmi in bello facto virtus.

occide iſtum fugientem, demonſtrato videlicet de fugientibus: At ille timore ductus ſuum ſocium occidebat: ſed ille qui ſocium occiderat, occidebatur, mercedem recipiens fraudis ſuæ & ſceleris à noſtris. Philippi verò Galliarum Regis ſuper inuaſorum ab Catholicis poſſeſſione legitima aſſenſus Anno Chr. 1115. poſt ſententiam *Lateran. Synodi*, datus, ibidem exprimitur in hæc verba. *Poſt reditum nunciorum à Concilio, Comes Montis-fortis de Prælatorum terra Albigenſis, & Baronum ſuorum concilio perrexit in Franciam ad Dominum ſuum Regem ut ab eo terram reciperet quæ de feudo eius erat. Quantus verò honor ei exhibitus in Francia, nec à nobis ſcribi, nec ab audiente de facili credi poſſet. In quamcunque enim ciuitatem, caſtellum, ſeu villam intrabat, exibat obuiam cum proceſſione clerus & populus clamantes* Benedictus qui venit in nomine Domini. *Veniens autem Comes ad Regē ab eo benigniſſimè & honorificè eſt ſuſceptus. Poſt iocunda verò grata familiaritatis colloquia, Rex inueſtiuit Comitem, & confirmauit Ducatum Narbonæ, Toloſani, ei & heredibus eius: Totam etiam terram quā in feudo eius acquiſierant cruce-ſignati, contra hæreticos & defenſores eorum.*

Rex Galliæ bona Raimūdi Crucesignatis donat, ſi quæ occupata.

ATENIM tertio antè anno Guillelmus noſter Comitatum, iure
ſibi ab Rege abque ſummo Pontifice permiſſo occupatum, nihil ab- 85
nuente Rege acceperat, vti ex hoc Regio placito eſt quàm compertum. *Philippus Dei gratia Franciæ Rex, NOVERINT vniuerſi quod dilectus & fidelis noſter,* Guillelmus Cadurcenſis Epiſcopus *ad nos accedens homagium, & fidelitatem obtulit. Nos autem ſuper hoc habito cum fidelibus noſtris conſilio, eundem in hominem noſtrum recepimus. de Comitatu & Ciuitate Cadurci, & de ipſius pertinentijs, & de omnibus alijs de quibus tenens erat eā die quā ad nos venit, propter illud homagium faciendum. Et ſic homagium ligium nobis fecit, & fidelitatem. Ad hoc & eidem conceſſimus vt ſi de ijs de quibus ius ſuum reclamabat, quòd Comes Toloſ. & alij, ipſi disforciabant aliquid, per ſe, vel per amicos ſuos poſſet recuperari, benè nobis placeret. Si quid verò ad manum noſtrā deuenires, vel alius acquireret ſuper quem poſſe haberemus, ſi prædictus Epiſcopus exinde requireret, ius eidem & vſus, & conſuetudines Franciæ ſuper hoc faceremus. Quod vt firmum & ſtabile habeatur, præſentem paginam Sigilli noſtri auctoritate roboramus. Actum Pariſiis anno 1211. Menſe Octobri:* Nec officit quod de Simone Comite, Albigenſium hiſtoria ſupra notabat, ab ipſo ceu *Domino* terras ſuas accepturos Cadurcenſis ſoli nobiles Guillelmum Epiſcopum ad eum delegaſſe. Conſtabunt quippe, conſentientque omnia, ſi non Cadurcenſis ipſius Ciuitatis iam ab Epiſcopo inuaſæ, breui poſt ab Rege delatæ, ſed aliorum circùm locorum quæ Toloſātis antea ditioni vt & Cadurcum noſtra ſubderentur, agnitum Dominium fateare; aut certè ex ipſius Simonis nutu, occupatam iam ciuitatem Antiſtiti re-

Philippus Rex Guillelmo Clienti occupatum Comitatum defert an. 1611.

Quidni Simoni de Montfort Comitatus is obuenerit.

ligioſiſſimo

ligioſiſſimo ſucceſſoribuſque dehinc eâdem Sedè præfuturis legitimé permanſiſſe.

86 VERVM enim verò, *Philippo* Rege quartanæ febris æſtu ſublato ſuffectus *Ludouicus* VIII. clientelariam Comitatus poſſeſſionem Guillelmo confirmauit, in hæc verba, vix dium licèt ſceptri potitus, imperiique Gallici, *LVDOVICVS Dei gratia Franciæ Rex, Nouerint vniuerſi, quòd dilectus & fidelis noſter Guillelmus Cadurcenſis Epiſcopus ad nos accedens, nobis homagium & fidelitatem fecit prout debuit. Nos autem eundem in hominem noſtrum recipimus de Comitatu & Ciuitate* Caturci, *& ipſius pertinentijs; & omnibus alijs de quibus ipſe tenens erat ea die qua ad nos venit propter illud homagium faciendum, & ipſe ſic homagium nobis fecit & fidelitatem &c. Actum Pariſius, A. D. 1223. menſe Februarij*, finiente tunc annô, Francorum more. Acceſſit ad hoc patris placitum calculus filij, *Ludouici* IX. ſanctiſſimi, cuius vnica ſanctimonia Gallias illuſtrauit longè luculentiùs quàm aliorum omnium regia facta; quò tenaciùs firmiuſque maneat Antiſtitibus noſtris Comitatus inuaſa Dignitas. LVDOVICVS (inquiunt tabulæ) *Dei gra. Fran. Rex. Nouerint vniu. præſ. & futuri, Quòd nos litteras cariſſimi quondam Domini & genitoris noſtri claræ memoriæ* Regis *Ludouici, vidimus, LVDOVICVS &c.* (ſileo iam nunc ſcripra intempeſtiuæ repetitionis vitandæ cauſſâ) *Nos igitur præfati noſtri Genitoris veſtigijs inhærentes memoratum Epiſcopum Cadurcenſem* (Guillelmum à Ludouico VIII. nominatim expreſſum) *in hominem noſtrum recepimus de Comitatu & Ciuitate Caturcenſi, & de ipſius pertinentijs, & de omnibus alijs prorſus: Et in quo homagium feciſſe dignoſcitur dicto genitori noſtro, concedimus eidem omnia quæ in præſcriptis litteris genitoris noſtri continentur expreſſa. Quod vt firmum &c. Actum Pariſius A. 1228. menſe Octobri.* Conſpirauit in vota eadem Apoſtolica ſedes, & bello ſacro, pijſque Guillelmi conatibus quà cohoneſtandis quà etiam remunerandis, nullus vt ſcrupulus poſterorum animum lancinaret ob inuaſum occupatumque Comitatum, *Gregorius IX.* Pontifex Max. delata Guillelmo noſtro ab Rege Galliarum munere, rata haberi voluit hiſce verbis GREGORIVS &c. *Libertates, & Immunitates tibi & Eccleſiæ tuæ à Cariſſ. in Chriſto filio Rege Francorum piâ & prouidâ liberalitate conceſſas, ſicut eas iuſtè ac pacificè poſſediſti, & poſſides, tibi & per te Eccleſiæ Cadurcenſi auctoritate Apoſtolicâ cõfirmamus, & præſẽtis ſcripti patrocinió cõmunimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani 7. Idus May Pontif. noſtri an. 4. qui eſt Chriſti 1230.*

Ludouicus VIII. & S. *Ludouicus* IX. idem approbant publicis litteris.

Gregorius item IX. Pontifex.

87 IAM cætera Antiſtitis noſtri Acta ad ſingulos quibus obtigerunt annos referamus. Anno Chr. 1211. cum ciuibus Caturcen. de cudenda moneta à Guillelmo conuentum doceāt teſtatiſſimæ tabulæ ex Cadurcenſi armario à me excerptæ in hæc verba,

Anno 1211. & 1213. pacta & iura Monetalia Guillelmi.

Monetam iſtam non mutabimus, nec minuemus de pondere & lege omnibus diebus vitæ noſtræ, & iſtam Monetam faciemus operari ad quatuor denarios argenti &c. Anno item ſequente, Iulio menſe, cum ipſis Cadurcorum Ordinibus pacta ſuper monetâ iſthæc ſunt à Guill. inita. *Vuillelmus Dei gratiâ Caturcen. Epiſc. volumus facere monetam in Cadurcino ad 4. denarios: Et Barones Caturcen. & Burgenſes Caturci rogauerunt nos quòd faceremus eam ad tres denarios: Et per preces eorum, & pro decem mille ſolidis quos dederunt nobis Burgenſes, nos fecimus fieri. Et hæc moneta debet eſſe ad tres denarios de argento, ad vndecim denarios, obolum: Et viginti ſolidi, & ſex denarij, quando exeunt de moneta, debẽt ponderare marcam vnam: Et ſex denarij debent eſſe de obolis eiuſdem legis & ponderis, cuius vnus denarius. Et Burgenſes Caturci mandauerunt & conuenerunt nobis quòd de cætero non acciperent denarios Rutenenſes, nec obolos veteres Cadurcen. niſi ad cambium. Et ſi aliquis acciperet vel expenderet Burgenſium, concederet nobis ſeptẽ ſolidos de iuſtitia, & vt amitterent Rutenenſes, & obolos quos acceptos habuerint. Sed ſi fortè aliquis fuerit qui reciperet Rutenenſes, vel Obolos, neſciens Dominum, iuramentum præſtando, non debet dare ſeptem ſolidos, ſed amittere Ruten. & Obolos, quos acceperit. Et nos aſſecurauimus prædictam monetam, ne quandiu vixerimus in Epiſcopatu eam mutemus, nec deterioremus ſuo pondere & lege. Et Barones & Burgenſes cognouerunt quòd vnuſquiſque Epiſcoporum Caturci poſt nos poteſt mutare ſemel monetam per Dominium ſuamque Iuriſdictionem. Et ſi Burgenſes Cadurci fecerunt nobis iniuriam de moneta vſque modo, nos remiſimus eis, & hoc totum factum eſt bonâ fide partis vtriuſque. Et vt conuentum ſuprà dictum ſit firmius nos impoſuimus præſenti chartæ ſigillum noſtrum, & Coſſ. Caturci de communi ciuium conſilio ſimiliter poſuerunt ſuum. Et hoc factum eſt an. ab Inc. verbi 1212. menſe Iuly.* Adhæret verò iiſdem tabulis, vt & alijs aliquot mox ſubdendis, ſigillum cereum, hinc quidem Epiſcopum ornatu Pontificiò referens; Inde *Crucem Toloſanam* quam dicimus, hoc eſt inſigne Toloſanorũ Comitum quorum auctoritas vt iam ab Antiſtite noſtro occupata legitimè fuerat bello ſacro, ità nondum impetratis, ſed quarto poſt tantùm menſe Philippi Regis litteris, ſigna adhuc retenta fuerant, ſuo deinceps tempore repudianda. Habes iam ex hactenùs dictis non ſacra modò ſed & profana iura Antiſtitibus noſtris obueniſſe ad Cadurcenſem Comitatum adminiſtrandum reique nummariæ condendas leges, conditioneſque ſanciendas; quod minùs quidem demirabitur qui haud inſolens nouerit, quando Epiſcopus *Lucionenſis* apud Pictonas, *Baro* audit; *Monpeſſulanus*, Comes de *Meingueil*, olim *Baro de Saune*; *Appamearum* Pontifex idem & *Dominus* ex parte, nuncupatur; cui *Epiſcopus* Comeſque *Mimatenſis* & *Gabalita-*

Qualis ea moneta.

Iura profana non ſine exemplo ſacris iuncta.

Choppi. de ſacra politia lib. 2. tit. 1. num. 13.

norum ſubiungi haud iniuriâ poteſt. Vt ſileam *Arnoldo* Remenſi Archiepiſcopo iura omnia Monetalia quæ Remenſes attingerent, delata; vnáque Remenſem Comitatum ab Ludouico Transmarino Galliæ Rege ſub Annum Chr. trigeſimum ſupra nongenteſimum, vt teſtata apud poſteros foret Regum noſtrorũ pietas, ſuis iuribus abdicandis, adque ſacros Eccleſiarum Pontifices iure perpetuo transferendis. Cæterùm quæ Cadurcenſibus Antiſtitibus fuerint iuris in rem nummariam auſpicia, non equidem facilè aſſequor; Comitatus certè inuaſione legitimâ antiquiora eſſe oportuit, quando eorum certa veſtigia iam ſuprà ſuis locis inſerta ſunt, vt & non pauca olim ſuis annis locíſque quâ par eſt fide annotabuntur.

Flodoar. lib. 4. Eccl. Rem. c. 27.

Suprà num. 70. pag. 65. Num. 7. p. 66.

88 CERTE quò erat in Eccleſiam Cathedralem, inque Diœceſeos omnis commoda, affectu Guillelmus Antiſtes, exhauſtus ob inſolentes ſumptus belli ſacri nomine iam continenter factos; quò alijs Eccleſiæ ſuccurrere detur incommodis, ius cudendæ monetæ obligat pignori ad ſexennium, anno 1224. ob pecuniæ vim ſibi ab ciuibus Cadurcenſibus creditam. Verba pignori dantis Antiſtitis, tabulæ tùm ſcriptæ, hodiéque apud nos continent in hanc formam. MANIFESTVM *ſit omnibus præſentib. & futuris, quibus innotuerit præſens charta, quòd nos Vuillemus Dei gratia Caturc. Ep. vendidimus, & conceſſimus Conſulibus & vniuerſitati ciuitatis Cadurci totum ius noſtrum quod habebamus in moneta Cadurc. ratione Dominij ſeu quocunque alio iure, ab hinc vſque de proximo feſto Circumciſionis Domini vſque ad ſex annos, pro ſexies mille ſolidis Cadurc. moneta, quæ profitemur nos ab eis in integrum recepiſſe, confitentes ipſam pecuniam fuiſſe conuerſam in vtilitatem Eccleſiæ Cadurc. Promiſimus etiam eis & mandauimus, quòd infra dictos ſex annos ceſſabit opus ſeu fabrica monetæ, ſi COSS. vel eorum ſucceſſores voluerint, vel cognouerint. Conceſſimus tamen iiſdem Coſſ. & eorum ſucceſſoribus quòd ipſi poſſint quandocunque voluerint, & quandiu voluerint infra terminum antedictum opus monetæ ſeu fabricæ exercere; & quidquid iuris ratione operis ſeu fabricæ monetæ, nomine dominij, vel quocunque aliò iure ad nos pertinebat, vel debebat aliquatenus pertinere, ſit ipſorum Coſſ. & vniuerſitatis Caturci propriũ pleno iure; Saluâ tamen & retentâ nobis ſextâ parte Magiſtery quod ad nos pertinet; ſaluis incurrimentis ſuper facto monetæ ſi euenerint, & cognitionibus cauſſarum: Et de omnibus promiſſis firmam iiſdem de omnibus hominibus promiſimus garentiam, & ſpecialiter & expreſsè de Capitulo Eccl. Cath. & de omnib. Magiſtris monetæ tàm de præſentibus, quàm de abſentib. qui ſuum præbuerunt aſſenſum, ſaluo iure fabricæ & Magiſteriis quod conſueuerunt habere & recipere. Seruauimus verò & retinuimus Capitulo ſuprà dictum ius ſuum, videlicet Decimam quam inde recipere conſueuit, Actum Cadurci in Vigilia Nat. Dom. An.*

Guillelmus ius monetale pias ob cauſſas oppignerat, an. 1224. & 1230.

Ius monetale Capituli Eccl. Caturcen.

M

Incarn. 1224. Vuillelmus Epiſcopus Cadurc. Ex quibus tabulis id inſuper obſeruabit Lector, Ius ſuum Monetale Capitulo Cat. Eccleſiæ tum retentum, quod ob Cœnobiticam Regularemque vitam delatum monumenta in *Geraldo II.* annotata ſuperiùs abundè teſtatum faciunt. Iterum non ita multò poſt vti ſe ære alieno ab *Lombardis* contracto leuet, *200. argenti marchas* ab ciuibus mutuatus, pignori dat Guillelmus de aſſenſu *Capituli* ius omne monetale ſi quod reliquum foret, *molendináque*, & iura aliquot aquarum & *paxeriarum*, quorum fiduciam *Conſulibus* committit litteris ab ſe ſubnotatis Cadurci 5. *Kal. Apr.* An. Incarn. Do. 1230. Illis ſimiles aliæ apud nos extant eodem anno 3. *Kal. Apr.* ſubſcriptæ, quibus, acceptis à ciuitate *centum libris* Cadurcen. monetæ, quæ in *Eccleſiæ vtilitatem* & commodum iam ceſſiſſent, *portuum* aliquot, *molendinorumque* iura haud diſſimili verborum formulâ oppignerat. Ex quibus & Antiſtitis noſtri pietatem qui nulli parcendum ratus ſe totum in Eccleſiaſtica emolumenta promouenda conferret, & eiuſdem ius in Cadurcenſe ſolum, & Cadurcenſium ad res Eccleſiaſticas promouendas conſpirantia vota, colligere pronum eſt, & cuilibet obuium.

Suprà num. 71.

89. TAM inſolens verò illa rei nummariæ penuria ideò Antiſtitem noſtrum vrgebat, premebatque, quia popularentur circùm quà fas omnia Albij, Albiorumque fautores, quibus arcendis Guillelmus *Caſtra bina* inuadere, Eccleſiiſque inibi ſitis earumque redditibus annuente Primæ Sedis calculo ſe tueri, egeſtatemque leuare coactus ſit approbante fauentéque Nobilitate, agnationéque vniuersâ. Gregorij IX. Pontificis Max. Diploma in Cadurcenſium Antiſtitum M. S. Actis peruetuſtis folio 41. aſſeruatum, itâ rem totam explicat. *GREGORIVS Epiſc. S. S. D. Venerabili Fratri Epiſc. Caturc. Sal. & Ap. Ben. IVVANDI ſunt meritò ab Eccleſia, qui negotium fidei, non timentes expenſarum onera, & perſonarum pericula, ſtudent feliciter promouere. Cùm itaquè ſicut ex tua inſinuatione dedicimus, tuorum amicorum, & parentum adiutus conſilio, acquiſieris duo fortiſſima caſtra videlicet* de Podio, & de Luzegio, *ex quorum acquiſitione multum fauoris acceſſerit fidelibus, & contriti ſint non modicùm infideles; cùm propter hæreticos &* Ruptarias, *prouentus Epiſcopatus tui percipere nequeas, vnde commodè nequeas Caſtrorum ipſorum cuſtodibus prouidere; Fraternitatis tuæ precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate cōdecimus, vt duas Eccleſias Caſtrorum ipſorum ad donationem tuam vt aſſeris pertinentes tibi liceat* (donec per diuinum auxilium contrita fuerint hæreticorum, & Ruptariorum conamina) *retinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam &c. Datum Laterani 8. Kal. Febru. Pontificatus noſtri anno primo*, hoc eſt Chriſti Dom. 1227. Hoc ipſum verò Diploma Pontificium centum ferè poſt annis Cadurcum appulit, integrū,

Guill. occupat caſtra de Podio, & de Luzegio; quî, & cur.

Aſſenſus Gregorij Papæ IX.

nihilque

nihilque *abolitum* aut *Cancellatum*, vti teſtantur Acta iam nunc lau-
data ab Officiali Cadurcenſi inſerta *Hugone* ſedente A. D. 1313. 2.
Decemb. Indict. 13. Clementis V. Papæ anno 9. Nimirum aſſeruatum
placuit ſuperis, vti Guillelmi noſtri religio pietaſq; clareſceret, quãdo
nullis abſtineret expẽſis, nullis curis laboribuſq; ad rẽ Catholicã ad-
iuuandã; tantâque interim eſſet in Sedẽ Apoſtolicam, ſacráq; obſeruãtiâ,
vt ne quidẽ id temporis calamitoſiſſimi, inuaſorum legitimè Oppi- Guillelmi pietas.
dorum Eccleſias, eorumque prouentus, quos etiam ad placitum con-
ferre alijs fas ipſi foret, ni priùs Pontificis Maximi Oraculo conſulto,
aſſenſûque petito, ſibi adiungere, iacturis expenſiſque innumeris ſat-
ciẽdis, auderet homo eâ generis nobilitate, eâ nominis gloriâ, eâ apud
ſuos auctoritate: quam mentẽ ſi Succeſſoribus dehinc omnibus inijcere
ſuperi ament, quàm optimè ſperandum nobis eſt de eorũ adminiſtra-
tione prouentuũ quos auita obtulit pietas, non ad elendum paucorum
faſtũ inſolentiãque, ſed ad multorũ pietatẽ & ſanctimoniã demerendã.
ANNO 1216. *ipſis Franciſcanæ familiæ auſpicijs* è ſinu Sanctiſſimi Franciſcani Ca-
90 *Franciſci*, *Chriſtophorus* emiſſus, Gallias Cadurcumque appulit, An- durcũ aduocati.
tiſtitiſque noſtri conſilio, pietate ac liberalitate ſubnixus Sacræ Familiæ
domum conſtruxit apud nos, quam dehinc *Arnaldus de Luzegio* eiuſdẽ
Ordinis aſſecla ad eam amplitudinem ac dignitatem euexit, quam
hodiéque cerneremus, ni *Caluiniſtarum ſegregum* impietas euertendam
exiſtimaſſet, quô diuina humanáque omnia ſibi flocci eſſe teſtatum
faceret apud poſteros, monumentô perfidię ſempiternô. Fidem faciunt
Acta Originesque Franciſcanæ familiæ: quorum ſi teſtimonio vt par
eſt credimus quinque ſupra quinquaginta fere annos Cadurci floruit
non mediocribus miraculis ſanctitatis *Chriſtophorus*, anno tandem 1272. Chriſtophori eos
Batholomæi Epiſcopi tempore, inibi fato functus, grandi iam ipſe natu inter Sanctitas.
vir, integrumque emenſus ſeculum. Mirum quanta eximiæ ſanctimoniæ
documenta continenter vir id ætatis ederet noſtros inter, egenis al-
loquio, corrogatáque ſtipe ſubleuandis; tabidis vlcerumque putore, le-
prâ etiam concidentibus lauandis, fouendis, amplexandis, oſculandiſ-
que; corpuſculo ieiuniis, verberibus, ferreóque cilicio domando ma-
cerando, contundẽdóque; ſeueriſſimâ egeſtate non tolerandâ modo ſed
verò conſtãtiſſimè obſtinatiſſiméque conſectandâ eô affectu quo ad di-
uitias aceruandas auidiſſimi quique conſpirant; pijs commentationibus
orationibuſque frequẽtandis protrahendiſque; obuijs quibuſq; rudibus
elementa fidei edocendis; alijſque id genus ſanctitatis officijs enixiùs
vſurpandis, quibus & magnam apud noſtros virtutis famam ſibi ſuiſque
peperit, & nepotib⁹, idẽ vitæ genus inſecuturis calcar acerrimũ admouit
ſi quando olim eſſent hoc loci ab Patrum Inſtitutorumque ſanctiſſi- Obitus, ac Mi-
morum ſemita ad laxiorem viam deflexuri. Obijt *Chriſtophorus* in *Per-* racula.
uigilio eius feſti quo Sanctos omnes religione ſolenni colimus. Gloriari habet
eius Reliquijs Ciuitas noſtra, vt ſanctitatis exemplis inſtitui fas

Digitized by Google

dudum fuit: Atenim ferre acceptum id omne debet Guillelmo Præ-
ſuli qui hominem futurorum præſagum, præſciumque; febrium, tabis,
epilepſiæ, morborumque id genus infinitorum depulſorem egregium,
vitæ etiam extinctæ reparatorem (quod ſpectante Cadurco, inuocatâ
Beati ope obtigit poſt hominis fata haud ſemel) aluerit foueritque
ciuibus Cadurcenſibus ad perfectæ ſanctimoniæ numeros domeſtici
exempli incitamentô prolectandis.

Moniales item S. Claræ adiunctæ.

Moniales etiam *S. Claræ*
Diuo *Franciſco* militaturæ, confeſtim apud nos ſpectatæ, Guillelmi
ſcilicet Antiſtitis curâ, quando ex ipſo S. Franciſci Chronico Chriſto-
fori temporibus monaſticam apud nos profeſſæ vitam, translati ad ſu-
peros Diui indicia nec pauca, nec exigua diuinitus agnouerunt; du-
dumque iam excitatam Eccleſiam cuius ſeptis Deo famularentur,
Bartholomæi Acta, eiuſque in Moniales gratiæ ſuo poſt tempore in-
ferendæ, locupletiſſimè atteſtantur.

S. Dominicus Toloſâ cum ſuis euocatur à Fulcone A. C. 1215.

SVB Annum Chr. 1215. S. Dominici familiam Albigenſium ex-
cidio vixdum enatum, *Fulco Toloſanus Antiſtes* ſuam in Metro- 91
polin euocat, Triariorum in his robur atque conſtantiam non tam
profectò ſuſpicatus, quàm conſpicatus, & Orbis vnâ voce edoctus:
quem eſt aliquot ab hinc annis Cadurcenſi ſolo omni peſtis huiuſce
contagio expurgando, *Guillelmus* noſter quâ feliciſſimè imitatus. Verba
Fulconis cum quo & bellô ſacrô, & piis aliis conſiliis hic noſter con-
ſpirauerat, ad Guillelmi æmuli laudes, Dominicanæ familiæ encomia,
poſterorũ documentum non mediocriter factura, hoc loci perleget haud
cunctabundus Lector *Anno Verbi Incarnati 1215. Notum ſit omnibus
p. & f. Quòd nos Fulco Dei gratiâ Epiſcopus Toloſanus, miniſter hu-
milis, ad extirpandam hæreticam prauitatem, & vitia expellenda, & fidei
regulam edocendam, & homines ſanis moribus imbuendos, inſtituimus
Prædicatores in Epiſcopatu noſtro Fratrem* Dominicum, *& ſocios eius,*

Matth. 10. v. 10. 1. Corinth. 9. v. 9. Deut. 25. v. 4.

*qui in paupertate Euangelica pedites, religioſè propoſuerunt incedere, &
veritatis Euangelicæ verbum prædicare. Et quia dignus eſt operarius cibo
ſuo, & os bouis triturantis non eſt obturandum; imò qui Euangelium
prædicat, de Euangelio debet viuere. Volumus vt cùm prædicando in-
ceſſerint, de Epiſcopatu habeant victui neceſſaria. Et* conſenſu *Capituli
Eccleſiæ B. Stephani, & Cleri Toloſanæ Diœceſis, aſſignamus in per-
petuum prædictis Prædicatoribus, & alijs quos zelus Domini, & amor
ſalutis animarum eôdem modô ad idem prædicationis officium accinxerit,
medietatem tertiæ partis Decimæ quæ aſſignata eſt Ornamentis, & Fa-
bricæ Eccleſiarum omnium Parrochialium quæ in noſtra poteſtate ſunt,*

Vtalendi qui vicatim Euangelizant.

*ad indumenta & cætera neceſſaria in infirmitatibus ſuis, & cùm quieſ-
cere aliquando voluerint. Si quid verò poſt annum ſuperfuerit, volumus
& ſtatuimus, vt ad eaſdem Parrochiales Eccleſias refundatur ador-
nandas, vel ad vſus pauperum, ſeu quod Epiſcopus viderit expedire. Cùm*

iure

iure cautum ſit quòd aliqua pars Decimarum debeat ſemper pauperibus aſſignari, qui pro Chriſto Euangelicam paupertatem eligentes, ſingulos exemplo & doctrina donis cœleſtibus nituntur & elaborant ditare, vt à quibus nos metimus temporalia, per nos & per alios poſſimus congruẽter & opportunè ſpiritualia ſeminare. Datum Anno Verbi Incarn. ſuperiùs prætaxato, Regnante Philippo Rege *Francorum, & Simone Comite Montis Fortis principatum Toloſanum tenente, & eodem Fulcono Toloſano Epiſcopo.*

Familia S. Dominici vt Cadurcum euocata à Guillel. A. C. 1226. quóque dehinc progreſſa.

EIVS præeuntis exemplô concitatus Guillelmus vt eiuſdem Ordinis ſanctiſſimos viros Cadurcĩ dehinc aduocarit, docet Codex perantiquus eiuſdem Monaſterii Acta M. S. aſſeruans, in hæc verba. *ANNO Dom. 1226. FF. Ordinis Prædicatorum Petrus Cellani Toloſa Prior, tum in conuentu Lemouicenſi, &* Pontius *de Montibus fuerunt vocati à Venerabilibus Patribus* Guillelmo Epiſcopo Cadurcenſi & Pontio, *tunc* Sacriſta, poſtea *verò* Epiſcopo Caturc. *ad recipiendum locum in Ciuitate* Cadurc. *vbi fratres Prædicatores manerent ibidẽ Domino ſeruituri: Raimundus Benedicti Burgenſis* Cadurci, *infirmus corpore, & morti propinquus, de Medici ſui, videlicet* Magiſtri Arnaldi de Segos *conſilio dictos ff. in domo Dominæ de* Concores *reſidentes, eo quòd adhuc Aedes FF. Prædicatorum locum non habeat proprium in* Cadurco, *fecit vocari de nocte.* (Annotent hîc interim pientiores Medici, quid ſana piáque eorum conſilia etiam in conclamatos moribundoſque virium habeãt) *Qui ad dictum Venerabilem Sacriſtam confeſtim accedentes, ad dictum infirmum vnà cum Domino Sacriſta & Medico ſupradictis veniunt, & donationem horti ſui quem habebat iuxta Eccleſiam S. Deſiderij in carreria quæ vulgariè* Iordana *dicitur, ab eodem infirmo receperunt. Quam ſcilicet donationem Dom.* Guillelmus de Gordonio *tunc Prior Eccleſiæ Cathedralis Caturci, totumque* Capitulum *dictæ Eccleſiæ approbarunt liberaliter, ac etiam conceſſerunt, quia erat in feudo eorum dictus hortus. Et recepit fratres Ven. P.* Dom. Guillelmus de Cardaillaco *præfatus Epiſc. Cadurc. de totius ſui* Capituli, *&* Cleri *conſilio & affectu, Intraueruntque memorati fratres in poſſeſſionem dicti horti per manum* Põtii de Anteiaco *Sacriſtæ, in vigilia S. Thomæ Apoſt. anno Dom. prætaxato. Et Dom. Amaluinus de Cabrairet Archidiaconus Figiacen. qui tunc tenebat Eccleſiam prædictam S. Deſiderij, tradidit fratribus dictam Eccleſiam & domos Eccleſiæ, ad manendum ibi, donec ædificaſſẽt in loco ſibi dato, ibique poſſent ſe mutare. Et fuerunt ibi Fratres per annũ in Eccleſia memorata.* Poſtmodum *vero an. 1227. FF. tranſtulerunt ſe ad locum qui fuerat eis datus, vbi fecerunt aliqua ædificia. Verùm longo pòſt tempore, fuit in conuentu fratrum ædificata Eccleſia teſtudinata &* Capella *pro infirmis, ædificatóque clauſtrô, dormitoriô, infirmitoriô, & omnibus aliis officinis; fuerunt ibi FF. vſque ad tempus D. Arnaldi*

Medici pietas.

Capituli aſſenſus & fauor; totiuſq; Cleri.

Geraldi qui ex affectione quam habebat ad Ordinem motus, ipſos videns extra muros ciuitatis ſolitarios commorantes (nam tunc paucæ domus extra muros habebantur) ipſos ff. arbitrans ibi indecenter commorari, rogauit eos vt ad locum honeſtiorem, & villæ magis proximum ſe mutarent. Deditque eis terram quam habebat vltra fluuium prope Eccleſiam S. Petri de la Orta. & 100. libras turonenſes cum quibus ſua ædificia inchoarent, ipſeque D. Arnaldus Geraldi ſepultus eſt in loco primùm A. D. 1261. antequam F F. ſe mutarent de loco antiquo ad iſtum per tres annos. Capitulumque fecit ædificari Arnaldus Geraldi. Et ad inſtantiam Dom. Philippi Archiep. Bituricen. Dom. Batholomæus Epiſco. Cadurc. *dedit Monialibus B. MARIÆ Deauratæ de conſenſu D. Archiepiſcopi prædicti, & totius* Capituli Cadurc. *Eccleſiã S. Deſiderij ſupra Caturcum ad duas leucas in ripa Olti, pro recompenſatione redditnum quos habebant prædicta Moniales in hortis & terris prope Eccleſiam S. Petri de la Orta, quos redditus & Eccleſiã S. Petri cum ſuo cœmeterio, & redditibus omnibus quos habebãt dictæ Moniales, in dicto Cœmeterio prout vadit via de Cadurco verſus Fulgieres; & ex alia parte prout vadit via de* Cadurco *verſus Podium de Rouli, & infra iſtos terminos nihil penitùs retinuerunt. Omnia verò Prioriſſa Deauratæ cum voluntate & aſſenſu Conuentus* Do. Bartholomæo Epiſc. Cadur. *dederunt, prout per Inſtrumenta ſuper hoc confecta, & ſigillo Prioriſſa & Conuentus ſigillata apparet. Manſerunt verò FF. in primo loco veteri annis circiter 36. Anno verò Domini 1264. in feſto Cathedræ S. Petri mutauerunt ſe FF. de primo loco veteri ad iſtum ſecundum, & apportauerunt oſſa Fratrum, & aliorum ſepultorum in* primo *loco veteri.* Tanta nimirum fuit noſtrorum omnium, *Guillelmi* in primis *de* Cardaillaco (cuius cognomen gentilitium ex hiſce vnis tabulis hactenùs habere datum) in Sacrum iſtum Ordinem quamprimùm ad ſe conuocandum conſenſio, quò Albiorum ſectæ omnis non modò noxa ſed & ſuſpicio declinaretur. Nec caſſa omnino vota quando ab ipſis S. Dominici ſociis iàm vocatis, ſuper hæreticorum numero ſeueriſſimè diſquiſitô, nullæ uiuos inter fibræ, venenatæ huiuſce ſtirpis, nullæ vel ſcintillulæ eruperunt, omni mali etiam metu eliſo vi remedij quàm præſentiſſimi; vt in mortuos ſæuiendum fuerit, (quando ſuperſtites ſuperarent omnino nulli) quò iuſtis iris litaretur; edereturque exemplum poſteris omnibus ad primas etiam id genus peſtis omnis ſcintillulas ſopiendas, & verò penitùs extinguendas. ſic enim *Guillelmus Peliſſonus* eius æui fidelis ſcriptor ad A. C. 1231. *Petrus Cellani, & F. G. Arnaldi fecerunt inquiſitionem in Caturco, contra hereticos; & condemnauerunt ibi aliquot defunctos quos trahi fecerunt per villam & comburi.* Ex hoc ipſo quàm arden-

Varia loca Dominicani incolunt: & quò ordine.

Erga illos omnium affectus conſpirant.

Cadurcenſes vt Albios vitarint; exoſoſque habuerint.

tiſſimo

tiſſimo auitæ religionis retinendæ ſtudio profectum ſolemne fœdus *Ordinum Cadurcenſium*, omniumque toto latè tractu *Procerum* pientiſſima conſpiratio in æde S. MARIÆ *Rupis Amatoris* inita, ad pacem totâ Cadurcenſi Prouinciâ iuxtà ac patria ſacratutanda, *religioſaſque familias* omni metu periculoque hoſtili exoluendas: ſic enim fert fragmentum tabularum quas attexerem omnes ni me prolixitas deterreret; *Inſuper omnes inſimul concedentes promiſerunt, pro poſſe ſuo vniuerſas domos Religioſas dictis in partibus iam fundatas protegere & defendere.*

Conſpiratio Cadurcẽſium Ordinũ in auitæ Religionis gratiam.

93 NEC verò de hac pietatis fama noſtratibus quidquam detrahat, quod exprobrare nonnullorum inuidia poſſet, *Robertum* Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis *Legatum* in Albios à Pontifice miſſum, Cadurco ignominioſé olim repulſum, non aliò certè quam hæreſeos Albienſium ſtudiô, quod tum Cadurcos occupaſſet. Atenim cùm ipſis Belli ſacri auſpiciis, *Raimundi Comitis* partes reſtitutæ collectæque, doloſæ ſimulationis velo occulerentur interim, dum ſe ſpes daret audendi grauiora, hærerentque noſtri aliquandiu incerti quò ſe res verterent, Raimundi impares conatibus, *diſſimulationis fuco deluſi*, neſcii quid conſilii capiendum foret; Legatum equidem repulerunt ipſo portarum obſiſtentium obiectu, nihil ideo tamen de auita religione cedendum rati. Culpam nihilominùs confeſtim, ſi qua foret, nihil fucatæ pœnitudinis ſignificatione diluturi, in portas ipſas quas obiecerant, igne flammiſque ſæuiunt, illatam iniuriâ non mediocri doloris inque Legatũ obſeruantiæ ſignificatione farciunt, & ab ipſo ſummo Pontifice *Innocentio III.* ſibi perhonorificas litteras quibus omnis expungatur calumnia nullo negotio impetrãt in hãc formã *INNOCENTIVS. Ep. S. S. D. Conſulibus & Populo Cadurc. Sal. & Apoſt. Bened. Accedentes ad Sedem Apoſtolicam. Dilecti filij B. de Begon & R. Raterij Procuratores veſtri coram nobis proponere curauerunt, Quod cum Dilectus filius noſter* Robertus *titulo S. Stephani in Cœlio Monte Præſbyter Cardin. tunc in illis partibus Apoſtol. Sedis Legatus in ſe Romanam Sedem reputaret offenſam, ex eo quòd ad veſtram veniens ciuitatem portas clauſas ipſius, & multos armatos ibidem inuenit, quod non in contemptum ipſius præfati nuntij noſtri factum fuiſſe dicebant, ſed ne aliquid ſiniſtri vobis poſſet contingere per guerram quam nobiles viri Toloſanus & Fuxenſis Comites, ac quidam alij in Eccleſia Rom. odium contra vos & veſtram mouerant ciuitatem, occaſione cuius ſeptuaginta de veſtris ciuibus paulo ante fuerant interempti, & multi*

Cadurcenſes Roberto Legato Apoſtolico reſiſtũt, & quorſum id.

Abſoluuntur à Sede Apoſtolica. A. C. 1216.

alij captiuati, Vel vt animum placaretis ipſius, iuraſtis eiuſdem parere mandatis; ad eius mandatum poſtmodum portas comburentes præfatas, pro redemptione armorum eorum qui venerunt ad cuſtodiendas eaſdem; & quibuſdam depoſitis quæ dicebantur fuiſſe inimicorum nobilis viri Simonis Comitis Montisfortis, nec non & pro ſatiſfactione iniuriarum quas idem Cardinalis illatas à vobis ſibi fuiſſe dicebat, mille quinquaginta libras Turonenſes dediſtis Comiti memorato. Vnde procuratores memorati, tanquam viri prouidi & fideles humiliter ſupplicarunt, vt cùm eidem Cardinali ſatisfeceritis ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, & Deus bis non iudicet in idipſum, offenſam ſi qua fuit vobis ignoſcere dignaremur. Cùm igitur Illius locum licèt immeriti teneamus in terris, cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur; de benignitate Sedis Apoſtolicæ conſueta vobis prædictam condonamus offenſam, & pœnam ſi qua ex ea vobis competit relaxamus. Datum Perutij 3. Non Iul. Pontificatus noſtri an. 19. Chriſti 1216. Fuit verò is dies adeò fato

Innocentij III. mors.

Innocentij vicinus, decimo vt pòſt obierit, honori Cadurcenſium ſarciendo incolumis ſoſpeſque hactenus, Habent hic interea loci Noſtrates, ſi paternis ueſtigiis amant inſiſtere, quò cultu demerendum habeant Apoſtolicæ Auctoritatis faſtigium: quò viciſſim affectu eos ſit dudum proſequuta *Petri ſedes* à qua non niſi hæreticorū peruicacia ſibi vllo vnquam tempore deficiendum credere potuit.

Diſſidium enatū ſuper Campana.

PIGET tam illuſtria Guillelmi Acta, minùs nobili exitu claudere: Non tamen omnino ſileri poteſt diſſidium ſuper Campanâ effractâ, 94
ſuperque eius vſu Antiſtitem inter Capituli ſuffragantis impulſum *etiam* calculo, Ciueſque Cadurcenſes; quod eò etiam proceſſerit, vt *Raimundum* Toloſatem exauctoratum, Guillelmi hoſtem capitaliſſimū etiam in opem aduocarint Conſules primùm, tum de Guillelmi Clerique ſententia ad meliorem illuſtrioremque Compromiſſorium, veriùs Iudicem, *Romanum* ſcilicet Apoſtol. ſed. Legatum cauſſam omnem detulerint, Simonis Bituricenſis Archiep. Aquitaniáque Primatis diſquiſitione præmiſſâ, æquiùs ſanctiuſque diiudicandam. Rem ipſam ex ipſis tabulis addiſcere tantò gratius, quāto iucundior ex fonte quàm ex riuulo aquarum hauſtus, cuiuis homini fuerit. Tres eas, ordine temporū ſeruatò, ſubdo; Comitis vnā, Simonis alteram, Romani diiudicaturi tertiam.

Raimundi Toloſatis litteræ ſuper eo.

NOVERINT *vniuerſi preſ. paginam inſpecturi. Quod nos* Raimundus *Dei gratiâ Dux Narbonæ, Comes Toloſæ, Marchio Prouinciæ, gratis & bonâ fide recepimus in manutenentia noſtra, & Captennio noſtro, dilectos noſtros Conſules & Vniuerſitatem Caturci, de omnibus videlicet petitionib. quas habent cum Epiſcopo ſuo & Epiſcopus cum eiſdem. Et ſpecialiter ipſos recepimus in noſtra manutenentia, & captennio de controuerſia quam habent ſuper* facto Campanæ cum Epiſ- 95

copo

copo memorato. *Et in ſignum & teſtimonium huius rei præſentem paginam eiſdem tradidimus ſigilli noſtri munimine confirmatam. Actum in Eccleſia S. Deſiderii iuxta* Caturcum *6. Id Octob. ann. Inc. Verbi 1225.*

96 SIMON *Dei gra. Bituricen. Archiep.* Aquitaniæ Primas, *Vniuerſis præſ. litt. inſpect. Sal. in Do. NOVERINT vniuerſi quòd nos de mandato Dom. Romani S. Angeli Cardinalis in regno Franciæ tunc Legationis fungentis Officio, diligenter inquiſiuimus de pulſatione Campanæ, quæ fracta fuit in maiori Eccleſia Cadurcenſi, qualiter ipſi vſi fuiſſent ante fractionem ipſius, per decem annos, tam Canonici & Clerici eiuſdem Eccleſiæ, quàm Ciues, per iuramentum trium ciuium Cadurcen. qui fuerunt in eiuſdem Legati præſentia nominati, videlicet Raimundi Archambault, G. de Vſſello, Leodari Brunelli: & Inquiſitione diligenti habitâ, inuenimus per eoſdem, quòd eâdem Campanâ vtebantur ciues ad ſua neceſſaria, ſecundùm quod ipſam ſtatuebant eſſe pulſandam: videlicet* ad conuocationem populi pro negotiis villæ, & ad reuocationē operariorũ à vineis; *& tantùm in ijs duobus caſibus, pro ciuibus viderunt eam pulſari. credebant tamen vt dixerunt iuramentô firmatô, quòd ſi in alijs neceſſarijs vſibus vellent vti Campanâ eâdem, tunc temporis non prohiberetur eis à Canonicis memoratis. De vſu autem Canonicorum & Clericorum quantùm ad pulſationem* Campanæ *eiuſdem requiſiti, reſponderunt ſub iuramento eodem, ſe vidiſſe & audiſſe quòd pulſabatur eadem* Campana *à* Canonicis *in die Natalis Domini ad Veſperas, & in craſtino, videlicet in feſto* S. Stephani, & in Auguſto in *Inuentione eiuſdem in vigilia ad Veſperas, & in die: In exequiis etiam mortuorum pulſabatur multoties pro mortuis; non tamen niſi primitus Canonicis requiſitis. Ipſi verò Canonici pro mortuis pulſabant eandem, & vtebantur eâdem requiſiti, & irrequiſiti, prout ipſi volebant. Requiſiti etiam iidem ciues ſi in alijs Feſtiuitatibus pulſaretur* Campana, *vel deberet pulſari; Reſponderunt ſe credere quòd in omnibus Feſtiuitatibus pulſarent eam Canonici ſi vellent: nec credere quod prohibeatur eiſdem à ciuibus nec viderunt nec audierunt quòd aliqua prohibitio facta fuiſſet* Clericis, *ne pulſarent quando vellent, nec Laicis quando vellent, in neceſſarijs. Requiſiti etiam ſi liceret Canonicis pulſare* Campanam *in non Feſtis diebus, dixerunt ſe credere, quòd ſi fieret, non placeret ciuibus, & Clericos ne facerent precarentur. Actum apud* Cadurcum *die Martis ante feſtum S. Andreæ Apoſt. Anno. D. 1229.* Litteræ Simonis Metropolitani.

97 ROMANVS miſericordia Dei S. Angeli Diaconus Card. Apoſto. Sed. Legatus *Vniuerſis &c. Cùm venerabilis Pater Prior, & Canonici Cadurc. ex vna, & Conſules pro ſe & tota Ciuitate Cadurc. ex altera, ſub pœna decem marcharum argenti, ſuper pulſatione cuiuſdam Cãpanæ in nos compromiſerint, tali modo,* Quòd ſi *dictus Epiſcopus Prior, &* Aliæ Romani Legati Apoſtolici.

Canonici contrauenirent, ſoluerent dictam pœnam; medietatem nobis & medietatem alteram Ciuitati: & ſi ciues contrauenirent ſoluerent eandem ſummam pecuniæ, medietatem nobis, & medietatem Eccleſiæ Cadurc. Nos ſuper facto huiuſmodi per Venerabilem Patrem Bituricen. Archiepiſcopum loci eiuſdem Metropolitanum pro iuramento R. Archambaudi, G. de Vſſello, Leodegarij Brunelli ciuium Cadurc. ſicut ordinatum fuerat in noſtra præſentia, & ab vtrâque parte approbatum: Inquiſitionem fieri fecimus diligentem: vnde viſa Inquiſitione quam idem Archiepiſcopus iuxta præſcriptam formam fecerat, & nobis miſerat, per litteras ſuas patentes. Volumus & mandamus auctoritate præſentium, ſtatuentes vt dicta Campana pulſetur, ſecundùm quod in Inquiſitione facta per eundem Archiepiſcopum, & in litteris ſuis patentibus pleniùs continetur. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras fieri fecimus noſtro ſigillo munitas. Datum apud Malauſium. 3. Kalend. Ian. A. D. 1229. Cæterùm Guillelmus hic noſter cuius Acta nonnulla in Annum 1231. incidentia iam ſuperiùs ſcripſimus ab anno 1209. quo iam ſedentem *Raimundóque* Toloſano obſiſtentem docuimus, ad 1234. hoc eſt ad *Pontij* mox ſubſtituti auſpicia, Epiſcopatum tenuit. Eius quippe felicem obitum notat *Cadurcen. Capituli Necrologium* (cuius mihi viſendi aliorumque Actorum eò Tabulario aſſeruatorum, frequenti conſilio, inibi hodiéque non ſine maxima laude, claritate, eruditionéque agentes Canonici poteſtatem liberrimam haud ſemel fecere, quæ eſt eorum gratia) in hæc verba, *Octauo Idus Februarij A. D. 1234. obijt Dom. Guillelmus de Cardaillaco.*

Ratio temporis quo Guillelmus ſedit.

PONTIVS.

PONTIVS *de Anteiaco* ex *Sacriſta*, Cathedralis Eccleſiæ Cadurcen. Epiſcopus poſt Guillelmum creatur, præmiante ſcilicet numine religioſis pleniſſimum animum illum cuius tot ſe indicia dederant, Religioſâ Dominicanorum familiâ Cadurcum euocandâ, locandâ, fouendâque. Suffectû Guillelmo docent membranæ tùm laudatæ cùm de ſubſidiarijs hiſce militibus Chriſto ſub *D. Dominici auſpicijs* militaturis, ab Guillelmo Deceſſore collectis acceſſitiſque in Segreges Albios, egeremus. Extant apud nos tabulæ donationis fundi *Deganhaſes* in hac ſiti Epiſcope: quibus ſcilicet *Aimericus de Gordon*, vnáque *Amagna coniux*, non minùs pietatis quàm tori conſors ius omne transferunt in Cœnobitas qui ad B. MARIÆ Grandimõtenſis degunt, hortante, adſtipulantéque Pontio noſtro, qui & ſubnotationis verna- 98

Pontius anno Chr. 1235. & 1236.

Suprà num.

Dominicanæ familiæ, ſacriſta ipſe Cadurcen. fauerat.

culis

culis verbis pro more tùm receptiſſimo commendatur h. v. *L'an de L'Incarnatieu 1235. el mez de Septembre, Louys Rey de France regnan, & Pons Aueſ q ue de aturs.* Extat & in armario Caturcenſi pactio inter *Pontium* & celebrem *de Belaiq* eodem anno inita, de domo vici de *Belaiq*, & aquis Olti illam allabentibus. Anno ſequenti vitâ functum ad merita præmia euolaſſe docet *Necrologicus liber Caturcen. Eccleſi* impiâ licèt, maiorem partem, Segregum Caluiniſtarum manu, ante annos aliquot laceratus, ex quo fragmentum hocce decerpſimus. *A. D. 1236. obijt Dom. Pontius Epiſco. Cadurc. 13. Kal. May pro cuius anniuerſario Bartholomæus Archidiaconus Cad. Frater ſuus acquiſiuit redditus annuales, quos Sacriſta Cadurc. qui pro tempore fuerit debet tenere, & de ipſius redditib. dare in die obitus cuilibet Canonicorum qui præſentes adfuerint 12. denarios, & Archidiacono Maiori 2. Solidos; Sacerdotibus verò reſidentib. cum Canonicis cuilbet 6. denarios, Alijs verò Sacerdo. de villa qui ad Miſſam & Proceſſionem fuerint cuilibet 4. denarios; Cæteris Clericis ſuperpellicia portantib. cuilibet 2. denar. Et debet oblationem generalem dare in Eccleſia ad Miſſam.* Quo ipſo anno conſcriptô teſtamentô reliquit Eccleſiæ S. Stephani Caturc. eiuſdēq; Capitulo *ius omne quod habebat in villa de Albaribus.* vti à me lectæ Tabulæ Capituli Cadurc. Archiuo aſſeruatæ teſtatum faciunt. Plura de illo non ſupetunt: Sedit quippe breuiculo tempore, quod protrahere haud queas ampliùs quam ab Guillelmi de Cardaillaco exitu ad hunc annum hoc eſt A. 1234. & 1236.

Dies obitus. Teſtamento dotat Eccleſiæ, Cadurc. *villam de Albaribus.*

Temporis ratio.

GERALDVS. IV.

Geraldus IV. ab A C. 1237. ad 1250.

99 GERALDVS in locum *Pontij* cõfeſtim ſuffectus ex nobili olim illuſtrique *Baraſci* familia, ſuperiori Cadurcino oriundus, haud procul à *Figiaco*, ab anno 1237. ad 1250. illuſtria poſteris reliquit pij, excelſique animi monumenta. Quæ ſingulis annis obtigerint ſeriatim adſcribere conſilium mihi eſt, ſpe breuitatis claritatiſque maiori ſubnixo. Ipſis igitur anni 1237. auſpiciis pactum init cum ciuibus, Ianuario menſe, tuendæ præſertim Religionis Catholicæ auitæque gratiâ; ratus ſcilicet, quod res eſt, ius omne auctoritatemque dominandi labaſcere, niſi ſacroſancti numinis cultu, religionéque nitatur; verba tabularum huc ſpectantia ex Cadurcenſi ſcrinio iſthæc ſunt. *Noſtri ſocij qui ſunt vel erunt in iſta Societate nobis firmiter promiſerunt, & conuenerunt, & tenentur promittere, quod ſemper nobiſcum erunt contra omnes homines, quicumque illi fuiſſent qui contra nos, vel contra aliquem Sociorũ noſtrorum aliquid vellent obijcere, occaſione aliqua ſine modo: Et*

Anno 1237 Pactum init cum ciuibus præſertim ad Religionem tuendam.

quòd nobiſcum erunt contra omnes homines pro defenſione iuris noſtri; Et quòd nobiſcum erunt contra hæreticos, & defenſores hæreticorum, & quòd nobiſcum erunt ad defenſionem & cuſtodiam Ciuitatis Cadurci, & ad obſeruationem libertatis Ciuitatis eiuſdem. Venerunt & meas ad manus litteræ donati fundi à *Raimundo Comite* ciuibus *Moiſiacenſibus* ad forum venale, hâc ſubnotatione Anno 1238. *Ludouico Francorum Rege Regnante, Raimundo Toloſano Comite, Geraldo Cadurcenſi Epiſcopo.* Aliæ item quibus *Geraldus* ſui iuris haud quaquam tenacior, ſibi ob hæreſim commiſſa bona *Guillelmi Bauſſani*, *Guillelmo Dufort* eius hæredi reſtituit, *Februario menſe*, vt fert ſubſcriptio *an. 1241.*

Anno 1241. Hæretici damnati bona reſtituit hæredi.

Anno 1242. Sediſſe fidem facit ſubſcriptio earum tabularum de quibus ſuprà à nobis facta mentio, cùm de Montalbani conditu, in hæc verba, *Chartam iſtam Ioannes Merle tranſtulit de illo tranſlato, quem* Ioannes Martinus *tranſtulerat, eâdem ratione & iiſdem verbis, menſe Iulij Feriâ 3. anno ab Incarn. 1242. regnante Lodoico Francorũ Rege, Raimundo Toloſæ Comite, Geraldo Cadurcenſi Epiſcopo.*

Suprà num. 74.

EXTAT & in Tabulario Pontificio fidei clientelariæ profeſſio *Geraldi à Raterio de Cauſſada*, quâ ſe is *Baroniæ de Cauſſada*, & *Vicecomitatus Montiſclari feodorum nobiliſſimorum nomine hominem & Baronem Gerardi Epiſcopi* eodem anno *Octobri* menſe profitetur; Atteſtans inſuper *Quod alia medietas caſtri de Cauſſada, & Caſtri de Monte-Claro, quæ ad partem nobilis viri R. de Cauſſada auunculi mei pertinet, ſunt* (inquit Raterius) *de donatione prædicti Domini mei Epiſcopi.* 100

Anno 1242. Baro de Cauſſada, & Vicecomes Montiſclari clientem ſe Geraldi agnoſcit.

Anno 1245. Moniales B. MARIÆ Deauratæ nouis locupletat prouentibus hoc Diplomate. GERALDVS *Dei gratiâ Cadurcenſis Epiſcopus Dilectis Filiabus Prioriſſæ & Conuentui B. Mariæ Deauratæ Cadurc. Sal. in Domino. Cùm vniuerſis Eccleſiis nobis & Eccleſiæ noſtræ, cui præſidemus, ſubiectis, paternâ prouiſione conſulere debeamus, & neceſſitatibus occurere earundem, & præcipuè iis quibus propriæ non ſuppetunt facultates, ideò nos attendentes tenuitatem & inſufficientiam redditnum & prouentuum veſtrorũ, quidquid iuris vel rationis habemus vel habere poſſumus in Eccleſia* S. Petri de Ortis, *quam quidem Eccleſiam recognoſcimus ad Eccleſiam noſtram prædictam pleno iure ſpectare, vobis & Eccleſiæ veſtræ prædictæ concedimus, & in perpetuum purè & ſimpliciter donamus: ipſam quantùm in nobis eſt ſupradictæ Eccleſiæ B. Mariæ Deauratæ, perpetuò vnientes; volentes quod redditus & prouentus ipſius Eccleſiæ S. Petri, menſæ veſtræ (quæ minùs eſt ſufficiens) deputetur: ita tamen quod ipſa Eccleſia debitis officiis non fraudetur. Et ad maiorem firmitatem & in teſtimonium huius rei, præſentes litteras ſigillo noſtro duximus muniendas. Datum apud Cadurcum A. D. 1245. menſe Decembri.* Anno 1247. ſibi vni poteſtatẽ permittit Pontifex Max. Innocentius IV. in Antiſtitem noſtrũ cenſurâ vllâ Eccleſiaſticâ animad-

Anno 1245. Eccleſiam S. Petri de Ortis vnit Monaſterio Deauratæ.

uertendi,

uertendi, aliis ſcilicet ademptam omnibus, vti Epiſcopalium Priuilegiorum veteri M. S. cauetur folio 43. in hæc verba, *INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus Ser. Dei Dilecto Filio Archipræſbytero de Vallibus Cadurcenſis Diœceſis Sal. & Apoſt. Bened.* APOSTOLICAE *Sedis benignitas ſyncera obſequentium vota fidelium fauore beneuolò proſequi conſueuit, & deuotorum perſonas quas in ſua deuotione promptas inuenit & feruentes quibuſdam titulis decentiùs decorare. Vt igitur ſpeciali deuotione quam ad nos & Rom. Eccleſiam Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Cadurcen. habere dignoſcitur, fauorē ſibi Apoſtolicū ſentiat accreuiſſe, eidem duximus indulgendum, vt nullus Delegatus, vel ſubdelegatus, Exequutor, aut etiā Conſeruator auctoritate Sedis Apoſt. ſeu legatorum ipſius, in eum vel Eccleſiam ſuam Excommunicationis, Suſpenſionis vel Interdicti ſententiam, valeat promulgare, abſque ſpeciali mandato* Sedis *eiuſdem, faciente plenam de hac Indulgentia mentionem. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum Epiſcopum non permittas contra conceſſionis noſtræ tenorem, ſuper iis ab aliquibus indebitè moleſtari, moleſtatores huius, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.* Dat Lugduni *5. Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno tertio.*

Eum eximit Innocentius IV. à Cenſuris Eccleſiaſt. eiuſque Eccleſiam.

ANNO 1247. iubet ſibi *Gerardum* ſiſti *Innocentius IV.* vti ſubortæ
101 litis *Antiſtitem* noſtrum inter *Conſuleſque Cadurcenſes* articulos edoctus, & quid æquitas ſtatuendum ſuadeat pro ſummo ſuo iure decidat. Extat ſolemnis huius citationis formula iſthæc in Armario Cadurcenſi INNOCENTIVS *Dilecto Filio Abbati de Garda-Dei Ciſtercienſis Ordinis, Cadurcenſis Diœceſis* Sal. *Cùm cauſas appellationū & illas etiam quæ ſuper temporali Iuriſdictione Ciuitatis Cadurc. & aliis diuerſis articulis, inter Dilectos Filios Coſſ. ex vna parte, & Ven. Fratrem noſtrum Epiſcopum Cadurc. vertuntur ex altera, Dilecto Filio noſtro Ioanni S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. commiſerimus audiendas, Diſcretioni tuæ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenus Epiſcopum ipſum peremptoriè, auctoritate noſtrà cites, ut infra vnum menſem poſt citationem tuam, per ſe vel Procuratorem idoneum ſufficienter inſtructum compareat coram nobis, facturus & recepturus, quod ordo dictauerit rationis: diem autem citationis & formā, nobis, tuis litteris harum ſeriē continentibus fideliter exponere non omittas. Datum Lugduni Nonis Febru. Pontificatus noſtri Anno quarto.*

Anno 1247. In ius vocatur ad Innocentium IV. ob diſſidium cū Coss.

IVBETVR ab eodem ſummo Pontifice eodem illo anno Rurales, aliaſque egentiores Parœcias nimiorum vectigalium pendendorum
102 ſolutas onere, in maiorem aſſerere libertatem, quamquam ſuggerente id *Philippo Berruerij* Bituricenſi Archipræſule, id conſilii iuſſioniſque non Antiſtitem noſtrum modò, ſed & alios aliquot attigit, vti *Innocentij* litteris hiſce conſtat. INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus

Iubetur eximere ruales & egeniores Eccleſias à certis pecuniis pendendis.

ſer. D. *Venerabilibus Fratribus Cadurcenſi, Rutenenſi, Albienſi & Mimatenſi* Epiſcopis *Sal. & Apoſtol. Ben. CVM ſicut Ven. Fr. noſter Bituricen. Archiepiſcopus Metropolitanus veſter, in noſtra propoſuit præſentia, à non longis ſit temporibus introductum vt Rurales & aliæ Parochiales Eccleſiæ veſtrarum diœceſum quæ nimis pauperes ſunt, in procurationibus contribuant (licet Conuentuales ad id ſufficiant) ſedis Apoſtolicæ legatorum; idque à conſuetudine aliarum Eccleſiarum Comprouinciarum veſtrarum, cum tales Eccleſiæ in huiuſmodi procurationibus nihil ſoluant, penitùs ſit diuerſum. Nos volentes vt in iis & aliis vna eademque in vniuerſis Eccleſiis veſtræ Prouinciæ conſuetudo ſeruetur, vt prædictæ Eccleſiæ veſtrarum Diœceſum, pluſquam aliæ conſimiles Eccleſiæ ipſius Prouinciæ grauari à quoquam ſuper hoc non valeant, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Lugduni 3. Non Aug. Pontificatus noſtri A. 3.*

Præſules decet in magnates conſtantia.

Supra num. 83. & 99.

Du Haillan hiſto. Franc. lib. 1. Victor. Tũ. in Chrõ Euagr. hiſt. l. 3. c. 31. Symm. in Apologet. Flodoar. hiſt. Rem. lib. 4. c. 5. Guil. Malmesq. l. 4. c. 2. Beda Acta 6. Theop. miſcell. l. 21. Zonar. To. 4. Annal. in Leone Grego. Epis. ad ſenatu. Paul. Diaco de geſtis Lõgob. l. 6. c. 34.

ENIMVERO ſi quid ſit quod famam exiſtimationemque haud vulgarem Pontificibus conciliet, id profectò in primis eſt, animi 103
celſitudo conſtantiáque periculorum aduerſantium viribus omnibus ſuperior, extráque teli omnis iactum poſita. Viderat *Guillelmum Cardaillacenum*, cuius conſtantiæ, magnanimitatisque fructibus potiebatur affatim, Geraldus noſter, Comitatu aliiſque haud paucis, haudque mediocribus iuribus, locupletior multò, viderat, inquam, *Raimundo Comiti* generoſiùs obſiſtentem, viderat *Innocentium ipſum* IV. Federico Imperatori, pro ſuo iure reluctantem. Viderat eiuſdem Galliæ finibus *Agepetum Clotario, Fulconem Carolo Simplici* non modo non cedentem; ſed verò quod eſt fortitudinis virtutiſque ingenium paternis quidem ſed tamen acribus iris opponentem ſeſe obnitentemque. Viderat olim toto orbe *Symmachi Euphemiique* animum in *Anaſtaſium, Sergii in Iuſtinianum, Gregorii* in *Leonem Iſauricum, Urbani* in *Philippum, Gregorii* in *Henricum, Hilarii* in *Conſtantium, Baſilii* in *Valentem, Chryſoſtomi* in *Eudoxiam, Ambroſii* in *Theodoſium, Gregorii* in *Mauritium*: quando ſcilicet Sacri Præſules Iuribus, Conſuetudinibus, Dogmatiſque Eccleſię vindicandis aſſerendiſque, certi ſeſe *murum opponere pro domo Dei*, inuictum inflexumque pectus in Principum minas, atque vim conſtantiâ virtutéque armabant. Quid ergo ageret Antiſtes noſter in tanta vi domeſticorum exemplorum externorumque? Vim ſibi, Sediſque ſuæ iuribus factum, Cadurcenſiũ Conſulũ non vno iam auſu, ſed frequenti minimè diſſimulandam ratus, erigit ſeſe, durę duriorem obiicit frontem, hortatur, monet, increpat; viſò inferiores eſſe minas ipſas infractâ peruicaciâ; dextrâ armat *Anathematis Eccleſiaſtici* telo; vti omniũ metu, nullius malo fiat malo medela, comminatur multoties: Et tandem mali vi, pertinaciáque cogente, diris deuouet ipſos Coſſ. coniuratoſque omnes. Ipſa placet authenthica verba ex Cadur-

cenſis Capituli armario fideliter excerpta inſerere, tùm vt Geraldi conſtātiæ ſint documentū, tùm vti terreātur poſteri, abque auſibus hiſce temperent ſibi; tùm vti iura illuſtria quibus tum potirentur Comites noſtri, Præſuleſque paſſim totis litteris luculenter inſerta ex teſtimonio fideliſſimo addiſcamus. Neque id probro nobis Ciuitatíque noſtræ iure quis verterit, quādo eluerunt hanc culpā deinceps ciues noſtri mirā in Pontifices noſtros obſeruātiā, amore incredibili, inſignibus honoris cultuſque omnis exemplis, itáque abraſerunt, vt nonnihil diſſidii ad animos tenaciùs arctandos colligandoſque intercedere operæ pretium fuiſſe videatur. Fulminantis ergo Geraldi anno 1248. verba ſunt iſthæc.

GERALDVS Dei gratia Cadurc. Epiſc. vniuerſis Eccleſiarum 104 *Rectoribus & Capellanis in Ciuitate Cadurc. conſtitutis ſal. in Domino; Cùm in* Bernardum Fabri, Petrum Ioannis, Arnaldum Berengarii, Bernardum de Çabazac, Gausbertum de Saluitate, Guillelmum Raimundi, Grimaldum Sudre, Bernardum Tornerium, Stephanum Sudre, Petrum de Saluanhie, Guillelmum delaſale, ac Guillelmum del Caſſal *qui ſe dicunt* Coſſ. Cadurc. *& in illos omnes, qui à quatuor annis citra, pro* Conſulibus Cadurcen. *ſe geſſerunt Excommunicationis ſententias rite & canonicé duximus promulgandas, pro eo quòd ſuper iniuriis, violentijs, & offenſis vtpote notorijs, & apertis, nobis, & Eccleſiæ noſtra ab ipſis illatis, & factis, canonice. à nobis & ab alijs auctoritate noſtra moniti, & legitimè citati, nec emendam nobis, & Eccleſiæ noſtra facere qualemcumque, nec etiam ſtare iuri coram Curia noſtra à nobis legitimè ſtatuenda hactenus voluerunt; & ipſas Excommunicationis ſententias* (ſicut illi qui Claues Eccleſiæ in magno habent & hactenus habuerunt vituperio & contemptui) *diù ſuſtinuerunt, & adhuc ſuſtineant animis induratis; & ideò communione fidelium meritò reddant & reddiderint ſe indignos, & meritò carere debeant (culpis ſuis exigentibus) ſuffragijs eorundem, Vobis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus* R. Archambaldi, Bertrandum Ioannis, Arnaldum Raterii, Pontium. Rayne, G. Gros, Imbertū de Caſtronouo, P. DeGordonio, P. Cazas, G. Serreſpaor, Vigros Mōclar, P. Cotelier, G.Garibert, Gasbert Alboy Guillelmū Delplegat, G. De Cabazac, B. Deſanlis, Arnaldum Poiada, G. Boſcaſſa Arnaldū del Toron, Grimaldum de Doma, Guillelmū Daurez, Guillelmum Sudre, Raynaldū de Cōquotz, G. DeGōraut, P. De Romegos, B. D'Alpnihac, Griffo Heliā de Begonib⁹, B. Delemouicis, P. Delemouicis, Ranulphū Geraldi, Raymundū Maurini, Arnaldū Payſſot, Geraldū Faure, Petrum Faure, Petrū Margot, G. Decrazy, P. DeVayrac, B. Arcmandi, Hugonē de Bornazel, B. de Mōniuna, *qui à prædictis qui modo ſe gerūt pro* Coſſ. Cadurc. *electi fuerūt ſicut didicim⁹* in Cōſiliarios *& aſſūpti ex parte noſtra diligētius moneatis, vt prædictis qui modo vt prædixim⁹ ſe dicūt* Coſſ. Cad. *vt pote Excōmunicatis & ſicut illis qui Iuramēti fidelitatē quo nobis, ſicut Domino, tenentur*

GeraldusCoſſ excommunicat

Non niſi monitos & contumaces.

Cōſiliarios à Coſſ electos minis terret.

Digitized by Google

adſtricti, immemores; dominium & iuriſdictionem noſtram diminuunt quantùm poſſunt, nullâ ratione adhereant vel aſſiſtant; Imò quantùm ad conſilia danda, & generatim ad alia, ab eorum participatione deſiſtant. Volumus tamen vt prædictos qui modo ſe gerunt pro Coſſ. Cad. dicti Conſiliarij moneãt, & inducãt vt ſuper iniurijs, violentijs, & offenſis, nobis & Eccleſiæ noſtræ ab eis, & à Prædeceſſoribus ſuis qui quidem, à 4. annis citra, pro Coſſ. Cadurc. ſe geſſerunt, illatis; nobis ſatiſfactionẽ præſtent congruam, & commodam; aut ſaltem ſuper eis coram curia noſtra à nobis legitimè ſtatuenda exhibeant nobis Iuſtitiæ complementum, & quod Statuta *quædam quæ contra nos, & Eccleſias Cadurc. & earum*

Statuta contra libertatem Eccleſ. & fidem à Coſs. edita, Gerardum pupugerant,

libertates, tam ipſi qui modò ſe gerunt pro Coſſ. Cadur. quàm Prædeceſſores eorum prædicti à ſe præſumpſerunt; quæquidem ſtatuta infidelitatem ſapiunt *manifeſtè, ſtudeant reuocare; & damna quæ occaſione talium Statutorum dictæ Eccleſiæ incurrerunt, ipſis Eccleſiis integrè reſarcire: & ſuper hoc dictos Conſiliarios auctoritate noſtra ſpecialiter moneatis; quantùm tamen ad omnia alia ab eorum participatione deſiſtant, vt diximus modò ſupra. Vobis inſuper præcipimus & mandamus quatenus dictis Conſiliarijs iniurias, violentias, & offenſas prædictas, necnon &* Statuta *prædicta ſpecialiter exprimatis. Ipſæ autem*

Item variæ iniuriæ in Præſulem.

iniuriæ, violentiæ, ac offenſæ, tales ſunt, CVM præconiſationes & Edicta in Ciuitate Cadurc. fieri debeant ex parte Epiſcopi, & ipſo nominatô, *ipſi præconiſationes quaſdam fieri fecerunt nobis non nominatis præter formam debitam & antiquam. Item temeritate ſua propria* Inquiſitiones *quaſdam in Ciuitate fecerunt, cùm per nos vel Baiulum noſtrum, Inquiſitiones fieri debeant in Ciuitate prædicta. Item*

Præſulis varia Cadurci iura.

inuaſerunt Domum ſiue Caminatam Eccleſiæ B. Mariæ de Sobiros, *in quoſdam Capellanos quos inuenerunt ibidem, & in quoſdam Clericos manus iniicientes temere violentas; quaſdam res Magiſtri Guillelmi Spiritualis ſocij noſtri, Rectoris eiuſdem Eccleſiæ quas inuenerunt ibidem nequiter aſportantes. Item cùm quadam die cum ſocijs noſtris Clericis circa Veſperas Ciuitatem vellemus intrare, portam Ciuitatis nobis noluerunt aperire, uel facere aperire, quamuis eſſent per Baiulum noſtrum, & alios ad ipſos per nos miſſos ſuper hoc diligenter requiſiti. Item banniuerunt quendam de ciuibus noſtris in præiudicium Dominij noſtri, cùm ad nos iure Dominij bannire pertineat non ad ipſos. Item quidam Burgenſes in platea* B. Mariæ Deauratæ *quadam die Dei timore poſtpoſito, ſub manibus noſtris* Guillelmum Carcanh *interficere præſumpſerunt, & Bernardum* Vayſſha *acriter verberauerunt, quos nobiſcum ducebamus propter publica negotia Ciuitatis eiuſdem, & excluſerunt B. Vayſſha prædictum de Communitate ſua, in odium noſtri, & magnum opprobrium & contemptum. Item ſtatuerunt & firmiter inhibuerunt, quòd nullus offerat in Ciuitat.*

Publicationis per præconem. Inquiſitionis.

Relegationis in exilium.

Cadurc.

Cadurc. niſi in quinque Feſtiuitatibus anni, licet hactenus fuerit obſeruatum quòd quilibet offerat & quantùm & quando volebat, Et hoc Statutum & multa alia quæ vobis pluries duximus exprimenda, fecerunt in magnum Eccleſiæ detrimentum. Statuendi de oblationibus, *Item pignorauerunt Guillelmum Auſtorqua Baiulum noſtrum pro eo quia nolebat eis oſtendere quendam Clericum quem de mandato noſtro ceperat, qui a de falſa moneta ſuſpectus: Et propter hoc de domo dicti Bauli per violentiam remouere oſtium, præſumpſerunt.* Censēdi de cauſis capitalibus. *Item quendam furem in præiudicium noſtri, auctoritate propriâ condemnauerunt contra inhibitionem Baiuli noſtri expreſſam, cum hoc ad Baiulum noſtrum pertineat iure temporalis Dominij, quod habemus ibidem, non ad ipſos. Item contra voluntatem noſtram ſuper pontem Cadurc quendam Soccum, & quandam barram poſuerunt, in quo denarij qui exacti erant à tranſeuntibus per pontem prædictum reponerentur. Item ſtatuerunt pondus Bladij conſilio noſtro minimè requiſito.* Statuendi de frumenti pretio & pondere. *Item per violentiam remouerunt portas domorum Guillelmi Ægidij Clerici noſtri, & Guillelmi Auſtorqua Baiuli noſtri, & Selebruni Bodini, & eas aſportari fecerunt ad domum publicam Conſulatus & hoc fecerunt in præiudicium noſtri, magnum dedecus, & deſpectum. Item intrauerunt, & occupauerunt feodum Cathedralis Eccleſiæ S. Stephani Cadurc. videlicet domos in quibus venditur Bladium, & hoc fecerunt contra voluntatem noſtram, & totius Capituli Cadurc. Hæc omnia & complura alia fecerunt in præiudicium Dominij noſtri & contra Eccleſiaſticam libertatem. Datum Cadurci Anno Do. 1248. tertia feria proxima poſt Dominicam quâ cantatur* Lætare Ieruſalem. *Reddite litteras Sigillis veſtris oppoſitis in ſignū expleti mandati.* Deuoluta eſt tandē lis vniuerſa ad *Guillelmū Aginnenſiē Antiſtitē*, cuius ſentētiâ, arbitrioq; ſtarēt: cuius ipſius placito iudiciôq; eluere temeritatis labem omnem iuſſi ſunt Conſules, pecuniariâ inſuper mulcta plexi, vt litteræ extremis Gerardi Actis fideliter inſerendæ, quibus anno 1250. factum ſibi ſatis affirmat, multo teſtatiſſimum facient.

Litis arbiter Aginnenſis Præſul Coſſ. damnat.

Infra num. 107.

ANNO 1249. pro iuris monetalis Priuilegio, ita ſacit *GERALDVS*
105 *Dei gratiâ Cadurcenſis Epiſcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpect. Sal. in Dom. Noueritis quòd cum venerabilis Pater Guillelmus Dei gratia Aginnenſis Epiſcopus, ratione cuiuſdam compromiſſionis per nos ex parte vna & per Coſſ. in ipſum facta,* inter cætera ſuper moneta noſtra Cadurc. *ſuum arbitrium promulgaſſet, nos ipſius arbitrio ſuper hoc adhærentes licet iure Dominij quod habemus in ciuitate Caturci ſemel in lege, argento, & etiam pondere, mutare pro voluntate noſtra poſſimus diminuere ſeu augere: pro euidenti tamen vtilitate ipſius terræ eandem monetam quam mutaremus iure Dominij noſtri ad vigimi & duos ſolidos de pondere, & tres denarios minus pogeſia de lege, de argento vndecim denarios & obolum, cudi facimus & fecimus & eam in dicta lege argento & pondere, quod mutari, diminui vel augeri non*

Ius monetale Geraldi.

poſſit ad vitam noſtram liberaliter confirmamus. Et vt dicta moneta noſtra, ſine ſcrupuloſitate procedat, & in ſaniori & certiori ſtatu conſiſtat, in teſtimonium dictæ noſtræ confirmationis non ex debito, ſed ex mera gratia, hac vice, Conſulum Caudurc. & multorum aliorum proborum virorum, Clericorum & Laicorum precibus inclinati, præſentes litteras duximus ſigilli noſtri munimine roborandas. Datum Cadurci A. D. 1246. menſe Februario.

Raimũdo comiti morituro, ſãque pœnitenti adeſt Geraldus.

ADFVIT ei hoc ipſo anno morituro morientiq; Raimundo Co- 106
miti Toloſano ſeſe tandem (quod eſt diuinæ bonitatis miraculum multò maximum) à veſana illa peruicaciq; mente ad ſaniora conſilia, atque Pœnitentiæ tutum portum, poſt tot naufragia recipienti. Enimuerò præclarum id fuit Antiſtite noſtro, aliiſque vnà collegis Antiſtitibus, Magnatibuſque ſpectaculum, videre hominem per omnem hæreſeos, perfidiæque inſaniam olim iactatum, agnità opportunè culpâ, felici exitu vitam infeliciſſimam terminare, eiurare propalam hæreſim omnem; vi lethalis morbi inſtantiſque quamprimum mortis, affixum lecto corpus iactare in terram, quò ſupplicis dolentiſque habitu flexis poplitibus *Euchariſticum cibum*, hoc eſt viaticum corporis Chriſti, tantò religioſiùs perciperet, quantò irreligioſiùs ante tractauerat, fœdaueratque. Contulere ad illam animi inflexi antehac infractiq; mutationem, *Gerardi* noſtri aliorumque Præſulum monita, quos & Teſtamenti executores eſſe voluit, ut ipſis tabulis ex Guillelmo excerptis palã fiet. Placet quippe aliquot exſcribere capita, quæ pium morientis affectum, Gerardique noſtri teſtatiorem faciant adeundo, ſpe votoque felicis exitus, perfido Comite pietatem *Item in omnibus terris ex alijs bonis noſtris, & iuribus vniuerſis ad nos pertinentibus hæredem inſtituimus* Ioannam *Filiam noſtram Vxorem nobilis viri* Alfonſi Comitis Pictauin. *Item volumus præcipimus & mandamus reſtitui omnes Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas & omnes illos qui per nos vel Baiulos noſtros ſpoliati ſunt abſque ordine iudiciario? & ipſam reſtitutionem fieri volumus & mandamus ſine ſtrepitu iudicij, de plano ad arbitrium Commiſſariorum infrà ſcriptorum; Et quod ſic reſtitutis, hæredes noſtri faciant quod debebunt. Item volumus & mandamus vt omnia debita noſtra quibuſcunque perſonis ea debeamus, ſoluantur de bonis noſtris præter dictam ſummam decem millium marcarum ad cognitionem Commiſſariorum ſeu Vadiatorum infra ſcriptorum. Item concedimus & confirmamus Baronibus, Militibus & alijs fidelibus noſtris, Eccleſijs Monaſterijs, Ciuitatibus, Caſtris & Villis, omnes debitas & conſuetas libertates quas vſque modo habuerunt. Nolentes vt ex talijs ſeu exactionibus quas ab eis habuerimus, ex voluntate potius quam ex debito, generetur eis vel ſucceſſoribus eorum aliquod præiudicium in futurum. Commiſſarij autem Vadiatores ſeu Spondarij noſtri ſunt iſti videlicet Venerabiles Pa-*

cap 46.

Teſtamentũ Raimundi iam conuerſi.

Ann. 1245.

Geraldus cũ aliis

Digitized by Google

tres, Toloſanenſis, Agennenſis, Albienſis, Cadurcenſis, Ruthenenſis, Carpentoractenſis, Canallicenſis Epiſcopi, & dilecti ac fideles noſtri nobilis vir Bernardus Comes Conuenarum, & Sicardus Alamanni, & quatuor ex ciuibus Toloſanenſibus &c. Amillaui 9. Kal. Octob. A. D. 1249. Apertæ ſunt tabulæ Toloſæ menſe Octobri tum proximò, expoſcente cum cæteris Gerardo.

Epiſcopis inſtituit Executor Teſtamenti.

107 VIVEBAT adhuc anno 1250. *Gerardus* noſter vti conſtat ex Cadurcenſis Capituli Armario quô pientiſſimi iuxtà ac eruditiſſimi Canonici, Deceſſorum memoriæ colendæ vti par eſt addictiſſimi, hodieque vetuſtatis monumenta quàm multa religioſiſſimè aſſeruant, ex Segregum (expilata non ita pridem vrbe) manibus multò ære extracta; quæ inter, viſere eſt Tabulas die Martis prima poſt Feſtum euecto ad Superos Chriſto ſolemnem ſubnotatas, quibus fratris filio *Guillelmo Baraſci* collatum Eccleſiaſticum Beneficium ab Antiſtite noſtro fertur. Quin & hoc ipſo anno, Aprili menſe litteras ſubnotauit quibus fidem facit acceptæ à Conſulibus Cadurcenſibus pecuniæ, multæ nomine ab *Guillelmo Agennenſi* indictæ Præſule, ad litem illam grauem de qua ſuperiùs dictum eſt componendam ſublectæ. Attexam ipſa verba ex membrana peruetuſta quã Cadurcẽſis vrbis Archiuium aſſeruat, in monumẽtũ tùm exolutæ fidei, tùm animi audacioris in Præſulem ad ſaniora conſilia cõmutati. *GERARDVS Dei gratia Cadurcen. Epiſcopus omnibus has litteras inſpect. Sal. in Domino. Vniuerſis & ſingulis notũ facimus quòd cùm venerabilis in Christo Pater Epiſcopus Agennenſis dixiſſet & conſtituiſſet arbitrando, quod Coſſ. Cadurc. pro ſe & pro Vniuerſitate Cadurci, nobis perſoluerent & reſtituerent quingentas marchas argenti per duos terminos infraſcriptos, ſcilicet ducentas quinquaginta marchas argenti ad pondus Cadurci in primo madio apud Prouinciam in nundinis, vel Cadurci ſi magis ibidem ſoluere vellent, & alias ducentas quinquaginta marchas in proximis ſequentibus Latituacenſibus nundinis, vel Caturci ſi magis ibidẽ ſoluere vellent, nomine, ratione, & occaſione pacis & cõpoſitionis inter nos & Coſſ. prædictos ac totam vniuerſitatem Cadurci factæ ſuper diſcordia, quæ inter nos & dictos Coſſ. pro ſe & tota vniuerſitate Caturci coram dicto domino Guillelmo Agennenſi Epiſcopo, arbitro ſuper prædicti à nobis & à dictis Coſſ. electo vertebatur. Nos Geraldus Epiſcopus antedictus confitemur & in veritate recognoſcimus, Coſſ. Cadurci prædictis, pro ſe & pro tota vniuerſitate Cad. recipientibus, nos ab ipſis Coſſ. ſupradictis habuiſſe, & integrè recepiſſe ducentas & quinquaginta marchas argenti ad pondus Cadurci, primæ ſolutionis ſcilicet Cadurci, ante terminum primæ ſolutionis prædictum. De quibus ducentis & quinquaginta marchis argenti nos G. Epiſcopus antedictus pro bene pacatis & contentis habemus, ſoluimus & quittamus exinde in perpetuum pro nobis*

Anno 1250.

Beneficiũ Eccl. nepoti confert.

Sibi à cõſ. nuper rebellib. ab litis arbitro multatis, ſatiſfactum teſtatur.

Digitized by Google

& ſucceſſoribus noſtris, dictos Coſſ. Cadurci recipientes, pro ſe & pro tota vniuerſitate Cadurci, & omnes res eorumdem. Et renuntiamus exinde exemptioni non ponderati atque non traditi argenti, & non numeratæ & non traditæ nobis pecuniæ. Et ad maiorem prædictorum firmitatem & in teſtimonium eorundem præſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Cadurci A. D 1250. menſe Aprili. Hoc ipſo anno fatali decretalique vitam hanc, meliore vti ſuadet ſpes, commutauit Gerardus noſter, quin & eodem ſuffectum Bartholomæum ex certis tabulis docturi ſumus. Diem annumque notant Obituales tabulæ Cadurcen. Capituli in hæc verba *An. Do. 1250. 5. Id. Maij. obijt Dom. Geraldus Baraſci pro cuius obitu Dom. Guillelmus Baraſci nepos eius obtinuit penes Cadurcenſe Capitulum, quòd dentur 100. ſolidi annuatim, die prædicta, quos debet ſoluere ille qui tenebit domos Dom. Guillelmi. Obijt vero nepos ille anno 1282. 9. Kal. Iulij. cum eodem priuilegio obtento à Capitulo ob domorum illarum meliorationes. Situs verò eſt Dom. Geraldus in Capella B. MARIÆ in dextera parte iuxta parietem, Itaque ſedcrit ab anno 1236. ad 1250. quatuor ſupra decem annos.*

Mortis Geraldi, & Temporis ratio

BARTHOLOMAEVS.

Bartholomeus ab A. C. 1250.

BARTHOLOMÆVS continuò *Geraldo Baraſci* ſuffectus (nec enim differri patiebantur hominis merita) ad Cadurcen. Eccleſiam 108
regendã legibus, firmandam ſanctionibus, immunitatibus gratiiſque ditandam factus ab numine, abque natura efformatus, dici vix queat an ſplendorem maiorem Sedi noſtræ intulerit, quàm eâ illuſtrandâ ſit homo ſuo æuo vix ſecundus alteri, conſecutus. Vtebatur eius opera Romanus Pontifex rebus Catholicæ Eccleſiæ ordinandis, inque meliorem formam reſtituendis; Eius fretus prudentiâ, morumque integritate innixus, grauiſſima quæque negotia fideliſſimo capiti committebat. Et tamẽ qui fuit euo illo, vt non ſemel poſterioribus tẽporibus Sedis Apoſtolicæ in Cadurcenſem amor, vt natas cum Gerardi obitu Sedis noſtræ ruinas ſarciret, extemplò Pontifex, euulſum è gremio êque ſinu Bartholomæum, communi omnium ſaluti, Cathedralis imprimis Eccleſiæ ſplendori Præſulem Cadurcenſem facit. Gratior erit hominis gloria, ipſis Oraculi Pontificij inſonans verbis, quibus anno 1250. ſubiectum inferre pronum erit; quando *Innocentij IV.* anno 1243. octauo Kal. Iulij ad Pontificiam ſedem euecti, Pontificatus annus ſeptimus exactus iam erat, inchoato iam octauo anno 1250, quò tempore

Põtifici carus vtiliſque. Cadurcẽſi tamen ſedi donatur.

Digitized by Google

Diploma hoc Pontificium Lugduno prodijt, quinto ſcilicet Kal. Aug. INNOCENTIVS *Epiſcopus* Ser. *Ser. Dei, Dilectis Filys* Clero *Ciuitatis & Diœceſis* C*adurc. Sal. & Apoſtol. Ben. Licet continuata ſuperuenientium negotiorum inſtantia noſtrum animum, qui diſponente Domino vniverſali regimini quamuis immeriti præſidemus, inſultibus impetat ſucceſſiuis, ſollicitudo tamen omnium Eccleſiarum noſtris incumbens humeris tanto arctius nos quotidianâ meditatione perurget, quanto ad id ſumus ex iniuncto nobis Apoſtolatus officio ſpecialius deputati. VOLENTES igitur Eccleſiæ* Cadurc. *quæ Paſtoris erat deſtituta ſolatio, de tali Pontifice prouidere qui plus præſulatus dignitatem extollat quàm ipſe Pontificatus efferatur honore*, Dilectum filium Magiſtrum Bartholomæum Electum Cadurc. Epiſcopum, vtique ſecundùm cor noſtrum, morum honeſtate decorum, litterarum ſcientia præditum, & conſilij maturitate præclarum, *eidem Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio præfecimus in Paſtorem ſperantes firmiter & pro certo tenentes*, quòd idem qui diu apud Sedem Apoſtol. ſic eſt laudabiliter conuerſatus, quod nobis & eiſdem Fratribus ſuæ prærogatiua virtutis carum ſe reddidit plurimùm,& acceptum, proinde ac ſalubriter auctore Domino gubernabit. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta, *firmiter præcipiendo mãdamus quatenus conſiderato prudenter, quod ex affectu quem ad vos gerimus ſyncero proceſſit, vt virum Apoſtolicæ ſedi valde vtilem nobis & Eccleſiæ Rom. ſubſtraximus, vt eum vobis & præfatæ Eccleſiæ præberemus, noſtrum incommodum, vt veſtrum procuraremus commodum, non vitantes, ipſum tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum imò potiùs vos in ipſo benignè recipientes & honorificè pertractantes, exhibeatis ei obedientiam & reuerentiam tam debitam, quàm deuotam eius ſalubribus monitis & mandatis humiliter intendẽdo. Alioquin ſententiã quam idem ritè tulerit in rebelles ratam habebimus & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam appellatione remotâ, inuiolabiliter obſeruari. Datum Lugduni 5. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno 8.*

Diploma creationis Pontificiæ

Hominis laudes.

109 PAVCIS poſt diebus Innocentius Eccleſiæ Catholicæ Præſul donatum Epiſcopatu Bartholomæum exemptum vult cenſurâ omni Eccleſiaſticâ, ab quouis alio quam Rom. Pontifice, cui cognita forent compertaque hominis merita, inferendâ. ſic enim ſancit 6. Idus Aug. INNOCENTIVS *Epiſcopus Ser. Ser. Dei Dilecto Filio Officiali Lemouicenſi Sal. & Apoſtol. Ben. Apoſtolicæ Sedis benignitas ſyncerè obſequentium vota fidelium fauore beneuolo proſequi conſueuit, & perſonas illorũ quos in ſua deuotione promptos inuenit & feruentes quibuſdam titulis decentiùs decorare. Vt igitur ſpeciali deuotione quam ad nos & Romanam Eccleſiam habere dignoſcitur Dilectus Filius electus Cadurc. fauorem Apoſtolicum ſibi ſentiat accreuiſſe, ei litterarum noſtrarum duximus*

Eximitur à Cenſuris Eccleſ.

concedendum vt nullus Delegatus vel Subdelegatus, Executor, aut etiam Conſeruator auctoritate ſedis Apoſtol. in perſonam ſuam Excommunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti ſentētias promulgare, aut interdicere ei ingreſſum Eccleſiæ valeat, etiam ſi contineatur in eiſdem litteris vt aliqua indulgentia Sedis Apoſtol. non obſiſtat. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus non permittas dictum Electū contra conceſſionis noſtræ tenorem ab aliquibus ſuper iis indebité moleſtari, moleſtatores huiuſmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datū Lugduni 6. Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno 8.

HAC munitus armatuſque auctoritate BARTHOLOMAEVS priuòque Sedis Apoſtolicæ in ſe ſuàque ſtudio fretus, non ſe affixum Sedi voluit quò in otio deſidiàque marceſceret; ſed verò auctoritatem eam nacto plus oneris incumbere, acriores admotos ſtimulos, vberiorem campum apertum vbi latè pietatis ſapientiæque virtus eximia ſpatiari habeat autumans: totum ſe ad Cathedralem Eccleſiam Cadurcenſem nonnihil à priſtina diſciplina dignitatéque collapſam erigendam reſtaurandamque conuertit. 110

Reformat Cathedralem Eccleſiam

Commiſſum id muneris ei ab *Innocentio*, adeò vt de prouentibus ipſius Eccleſiæ, de legibus ſanctionibuſque ſtatuendi ad placitum (quia nihil ex hominis placito fore ſat ſciebat Pontifex, quod non vnà ex vi tutis prudentiæque legibus prodiiſſet) pleniſſima fuerit facta, eodem ipſo anno, Auguſti Idibus, Bartholomæo facultas. Adiungit ſeſe ſuamque operam Bituricenſis Archiepiſcopus, tum fuiſſe *Philippum Berueriy* conſtat, de vita moribuſque Canonicorum inquirit diligentius; compertóque Regularem ac Cœnobiticam vitam olim *Geraldi II.* æuo feliciter inſtitutam ita labaſcere concidereque, vix vt veſtigium aut vmbra, imo vix memoria ſupereſſet; agnito poſt examen legitimum ſeriumq; Canonicos inter nullum cenſeri, qui Regularis vitæ concepto nuncupatoque voto teneretur, Bartholomæum amicè prudenterque admonet, quò aut Canonicis liberiorem vitam laxioremque quam olim paterentur Regulæ arctiores concedat: aut qua eratprudētia auctoritateque, rationem aliam ineat rei toti commodius ſanctiùſque proſpiciēdi. Hic Antiſtes noſter animaduerſò Canonicos vt ſe rebātur omni voti religione liberos prorſus, dignius, honeſtius, libentiuſque Deo famulaturos, ſi Religioſæ vitæ nomine Cœnobiticæque diſciplinæ onere admiſſo expedirentur, quam ſi inuiti ad ſanctiores quidem ſed quas emiſſo voto ſubiiſſent nunquam obſeruandas leges ſanctioneſque adigerentur, indulgendū aliquid ratus, ſtatuit vt omnib[9] regularis vitæ vinculis ſoluti deinceps haberētur, nullique dedecori aut damno ſecularis vitæ profeſſio verteretur; quò eodem diplomate vetuit vt plures quinque ſupra viginti Canonicorum inſciberentur albo, ne ſuccreſcen-

ſupra num. 70. & 71.

te numero ſupra Eccleſiæ prouentus, turba quæ ordinem neſcit, potiùs quam bene lectus ordo, Dei ſe famulitio in Cadurcenſis Eccleſiæ detrimentum ac dedecus conſecraret. Diſertiùs id omne doceāt Bartholomæi verba, annuentis Capituli munita calculo quibus & Innocentij Diploma inſeratur quô ſibi ea facta poteſtas, & Bituricēſis Archiepiſcopi ſuper Canonicorum tùm agentium votis haud quaquam antèa conceptis, ſētentiam complectatur. VNIVERSIS *præſentes litteras inſpect. Bartholomæus Dei gra. Cadurc. Epiſco. Sal. in Dom. Noueritis nos litteras. Domini Innocentij Papæ IV. recepiſſe in hunc modum.* INNOCENTIVS *ſer. ſer. Dei Dilecto Filio electo Cadurc. Sal. & Apoſ. Ben. Vt per miniſterium tuum Cadurcenſis Eccleſia poſſit in ſpiritualibus & temporalibus auctore Domino ſuſcipere incrementa, ordinandi ac diſponendi de ſtatu ipſius Eccleſiæ prout eius vtilitati ac animarum ſaluti Canonicorum ac ſubditorum eiuſdem Eccleſia ſecundùm Deum videris expedire, Deuotioni tuæ auctoritate præſentium concedimus poteſtatem: non obſtantibus aliquibus litteris à Sede Apoſtol. impetratis per quas effectus præſentium impediri valeat, vel differri; Contradictores per Cenſuram Eccleſ. appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Datum Lugduni, Idibus Auguſti Pontificatus noſtri anno octauo. HINC eſt quod nos attendentes quòd per multos bonos viros pluries & tandem per Venerabilem Patrem noſtrum* Philippum *Dei gratia Bituricen. Archiep. ſuper ſtatu Eccleſiæ Cadurc. quòd Canonici eiuſdem Eccleſiæ eſſent Regulares, necnon auctoritate Apoſtolicâ fuerit inquiſitum, propter quod ipſi Canonici tam in ſcandalis ob hanc rem factis, quàm in alijs paſſi fuerint irreparabilia detrimenta; quòd nec per acta ipſorum, nec per Inquiſitionem diligenter cum maioribus & Antiquioribus ipſius Eccleſiæ Canonicis, in periculo animarum ſuarum requiſitis, ſuper hoc factam, nec aliàs nobis conſtare poterat quos Canonici Cadurcen. qui tunc pro tempore erant in Eccleſia Cadurcenſi vel prædeceſſores eorum à tempore cuius extaret memoria profeſſionem aliquam facerent, & ſe aſtringerent ad ea quæ Regulari Profeſſioni annexa eſſe noſcuntur, ipſos dicimus & pronuntiamus non eſſe Canonicos Regulares, nec teneri ad obſeruationes Regulares ad quas Canonici Regulares ſecundùm B. Auguſtini Regulam ſunt adſtricti: & quia in eadem Eccleſia cultum diuini numinis volumus ampliari, & ponere tales in ea per quos Eccleſiæ Iura poſſint à malignorum oppreſſionibus defenſari de volũtate ipſius Capituli, & poteſtate ſuper hoc ab ipſis plenius nobis data, ſtatuimus auctoritate prædictâ & noſtrâ, quòd in eadem Eccleſia de cætero numerus viginti quinque Canonicorum exiſtat qui ſtatuta & conſuetudines circumuicinarum Eccleſiarum Bituricenſis prouinciæ ſecularium debeant obſeruare, prout nos ea ibi duxerimus declaranda. Reſeruamus nobis nihilominus, de expreſſa voluntate eiuſdem Capituli poteſtatem ſtatuendi quantum & qualiter vnus*

Innocentius facit Bartholomæo poteſtatem de rebus Cathedralis Eccleſiæ ſtatuēdi.

Inquiſitô de Canonicis comperit eos qui tum viuerent nunquam profeſſos Regularem vitam.

canonici cadurc. fiunt de Regularibus Seculares.

Num. ad 25. reſtringitur.

quiſque Canonicorum recipere debet pro præbenda. Hoc autem ſtatutum fecimus ſaluâ Domini Papæ in omnibus voluntate. Nos vero Capitulum Caturcen. omnia & ſingula ſupraſcripta rata habemus pariter & accepta. Et in teſtimoniũ præmiſſorũ Nos Elect. & Nos Capitulũ præſenti chartæ ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum Cadurci ſecunda Feria ante Cathe. S. Petri A. D. 1250. menſe Februario. Cauſam huiuſce mutationis inter cætera fuiſſe autumo Cœnobitarũ ad iura Cadur. Eccle. aſtruenda conſeruãdaq; vires impares multò, vt pote cũ eorum licẽtiã tempoiũ reprimere haudquaquam poſſent. Adſcriberem Innocentij IV. tabulas id docturas ni *Segregum Caluiniſtarum* impietas ſubtraxiſſet, Docebit ſuperſtes Tabularum Capituli index h. v. *INNOCENTIVS P P. IV. Non. Maij. Pontific. an. 1. arrigit Archiepiſcopo Bituric. Reſcriptum, Ex eo quod quidam emuli aſſerentes Canonicos Eccleſiæ Cadur. qui ab antiquo Capis nigris, & ſuperpelliciis cum honore vſi fuerant aliquando Regulares fuiſſe eos per Iudices delegatos regulare conabantur: Et ex eo quòd Eccleſia ipſa quæ poſita erat in medio nationis prauæ non poterat ita per Regulares ſicut per Secul. Canon. à prauorum oppreſſionibus defenſari: Mandat quatenus niſi ei conſtiterit quòd iidem Canonici vel Prædeceſſores ſui à centum annis citra, profeſſi fuerint aliquem Ordinem Regularem, eos ad id occaſione aliqua non compellat ſed Eccleſiam ipſam in ſuo ſtatu dimittat. prædictum Epiſcopum & Capitulum ſuper mutatione ſtatus ab aliquibus moleſtari non permittat.*

Cur ſeculares facti Canonici

ADIECIT et confeſtim animum ad alias Eccleſiæ Cathedra- III
lis ſanctiones inſtituendas; Qua ratione redditus Eccleſiaſtici diſpenſandi, inque varios tribuendi; Quatenus adeſſe debeant Choro ſinguli, quibus contra de cauſis abeſſe licitum; quâ pœnâ mulctanda infrequentia iſthæc; Quo ritu ſinguli & quotidianis in Choro fungi officiis; & per vices ſacerdotali defungi munere habeant; Quis ſedendi ordo: quis habitus. Qui honores in Eccleſia retinendi, qui ex antiquioribus abrogandi inducendique; vt litandum Deo in defunctorum Canonicorũ gratiam: Vt ſua cuiuis obituro teſtamẽto donare licitum; Quis in ſtudiorum ac liberalioris litteraturæ gratiam honos Scholæ Magiſtro deferendus: quis Fabricæ ſacræ Præfecto; Quis Chorago: Quod Syndicorum Capituli munus. Vt alia minutiora taceam quæ ex oculatiſſimi ſapientiſſimíque Præſulis ore vnà cum Capitulo ſanciẽtis addiſcere iucundius multò vtiliuſque fuerit, quàm oratione perſtricta contractáque adulterino ſermone traducta, non tam coram aſpicere, quàm auditione conjecturáue aſſequi. Attexetur iiſdem comprobatio Innocentij IV. qui non ſine dolore incommodóque Romanæ rei donatum nobis Præſulem quo Sedis noſtræ honos atque maieſtas illuſtraretur tantò vberius, quantò digniorem Paſtorem nacta foret,

Summa ſtatutorum Bartholomæi quoad Cathedralem Eccleſiam.

non poterat

non poterat ſine aſſenſu congratulationiſque ſignificatione multò
maxima, tam ſtrenuè in commiſſæ Sedis commoda incumbentem; inſudantemq; intueri. Hæc igitur ſunt ab illo decreta ſtatutaque. *BARTHOLOMÆVS miſeratione diuina Cadurcen. Epiſcopus omnibus*

Ipſa ſtatuta

præſentes lit. inſpect. Sal. Mandatum Domini Papæ recepimus in hunc modum INNOCENTIVS Epiſc. &c. habes iam ſupra ſcriptum

ſupra num. 110.

in alio Antiſtitis noſtri Diplomate. *HVIVS igitur auctoritate mandati ad honorem Dei & B. Virg. S. Glorioſæ & B. Protomartyris Stephani ad reparationem ruinæ Eccleſiæ Cadurcen. inſpecti vtilitate einſdem cui debemus deuotis animis, quotidianis obſequijs deſeruire; quia prædicta Eccleſia ſuis fraudabatur obſequiis volentes ordinare, & honeſtè ac laudabiliter reformare, ea quæ per negligentiam inordinata remanebant duximus ordinanda: Vt Canonicis tam præſentibus quàm futuris quò de*

Papa eorum cōdendorum auctor

bonis ipſius Eccleſiæ percipiant quotidianas diſtributiones libris 15. Cadurcenſes aſſignentur in certis locis pro præbenda, quas habeant & percipiant vbicumque fuerint cum ſuis meliorationibus, ſi quas per eorum induſtriam fecerint circa eas quamdiu vixerint ſine diminutione quotidiana, dum tamen per ſe continuè Eccleſiæ deſeruiant, vel per vicarios ſufficientes à ſe ſubſtitutos quos primò Cantori volumus præſentari & per eum ſi idoneos eſſe cognouerit acceptari Quotidianas verò diſtributiones dari præcipimus Canonicis præſentibus in Eccleſia ſolùm & non extra, & per certas horas iuxta bonorum Eccleſiæ facultates Verumtamen eos pro præſentibus haberi volumus cum infirmari eos contigerit vel acceperint medicinam.

Stipendia Canonicorum quæ ſint

Quotidianæ diſtributiones

ORDINAMVS etiam & ſtatuimus vt Canonici quolibet anno vbicumque ſint niſi fuerint in Scholis, in Eccleſia per 4. menſes continuè vel diuiſim reſidentiam faciant ita vt ad minus, bis qualibet die Chorum intrent ad diuinum officium audiendum niſi forſitan abeſſe contigerit ob infirmitatem aliamue iuſtam cauſam. Illi vero qui abſentes fuerint cauſa Scholaſtica *diſciplinæ, vel alia iuſtâ cauſâ Vicarios idoneos habeant qui deſeruiant in Eccleſia loco ſui qui verò prædictam reſidentiam in Eccleſia non fecerint, vel Vicarios ſufficientes non dimiſerint dictarum 15. librarum commodum prorſus amittat, vt in cōmunē cedant capituli vtilitatē: Caterū Statuimus vt nullus Canonicorum dictas quindecim libras in Scholis vel alibi percipiat, donec dictorum 4. menſium reſidentiam in Eccleſia fecerit: Et quòd nihilominus cum abſens fuerit in Eccleſia Vicarium habeat qui reſideat pro eodem: Et hoc extendi volumus tam ad præſentes Canon. quam ad futuros. Vicarij verò abſentium Canon. qui in Eccleſia deſeruient pro eiſdem, Canonicalium Diſtributionum medietatem percipiant quaque die.*

Ægri excuſantur

Adſint choro Canonici

Vicarii abſentiū

vt licitum abeſſe ſtudiorum nomine.

ORDINAMVS *iterum vt Canonici, & eorum Vicarij, & alij Clerici & Sacerdotes cùm fuerint in Choro ad diuinum officium audien. honeſtè ſe habeant & decenter. & à Choro non recedant, donec illud Officium pro quo audiendo intrauerunt ſit completum niſi forte hoc fieri contige-*

Quāta religione interſint Choro

rit ex alia iuſta cauſa. Et niſi Chorum intrarint humiliter, & deuotè, ad Matutinas & ad Veſperas ante Gloria Patri primi Pſalmi, & ad Miſſam maiorem ante Epiſtolam, illud commodum quod debent in illis horis percipere quibus deſeruiunt omnino amittant. Et cùm Chorum intrarint reuerenter ſe humilient verſus Altare maius & nullus Canonicorum vel Cleric. *vel* Sacerd. *Chorum ad diuinum Officium intrare præſumat ſine* Caligis, *vel ocreis, vel diſcalciatus. ITEM Statuimus vt Canonici qui hebdomadâ ſibi aſſignatâ induti ſacris veſtibus in ordine ſi per ſe vel Concanonicum ſuum Altari deſeruiant 3. ſolidos vltra quotidianas diſtributiones pro tota ſeptimana percipiant, videlicet Subdiaconus x. denarios, Diaconus xij. Sacerdos xiiij. Et niſi per ſe vel Cõcanonicum ſuum totam hebdomadam complerint dictos 3. ſolidos prorſus amittant.*

Stipẽdia eorũ qui per vices, hebdomadã Choro miniſtrant.

STATVIMVS vt cùm Canonicum aliquem mori cõtigerit illius anni quò decedet corpus, præbenda ipſius (exceptis quotidianis diſtributionibus quæ dantur tantummodò præſentibus in Eccleſia) integrè ad tenendum vnum, vel duos Sacerdotes, qui pro anima ipſius defuncti per totum annum celebrent & Eccleſiæ continuò deſeruiant, aſſignetur. ITEM Statuimus vt 4. Sacerdotes hebdomadarij per Capitulum inſtituantur qui vice Canonicorum omnia ad diuinum Officium ſpectantia perficiant, quibus dari volumus vnum panem & 2. denarios pro Matutinis, & pro Prima 2. denarios & pro Miſſa maiori 2. denarios, & alios 2. pro Veſperis & Completorio, quod ſtatuimus finitis Veſperis de cætero dici ſine interuallo niſi in Quadrageſima in qua antiquam conſuetudinem volumus obſeruari: Et hoc ſolum cum dictis horis fuerint præſentes & ante Gloria Patri *primi Pſalmi intrarint: tamen ſi eorum aliquem infirmari contigerit vel medicinam accipere, nolumus ideò aliquid ſubtrahi.* 113

Vt litandum pro defunctis Canonicis.

Hebdomadarij 4. inſtituendi. Eorũ ſtipendium.

Completorij recitandi qui vſus.

Aegri excuſãtur.

IN Altari verò maiori *propter ſui reuerentiam nolumus quòd quis Miſſam celebret niſi fuerit Canonicus vel in maiori honore conſtitutus.* 114 Cæterum quia perſonis & *Dignitatibus eſt prouidendum, Statuimus vt Archidiaconi primas Sedes teneant poſt Epiſcopum, & quòd* Canonici *ſedeant ſucceſſiuè, hoc tamen prouiſo quòd nullus* Clericus *ſeu* Sacerdos *ante dictos* Canonicos *in* Choro *ſedere attentet, vel ſtare ad proceſſionem, nec in ſedibus Archidiaconorum vel aliorum habentium Dignitates. Imò cùm venerint eis reuerenter aſſurgant & impendant reuerentiam & honorem. ITERVM quia honori Eccleſiæ in omnibus attendere debemus: Statuimus vt nullus* Canonicorum, *vel* Sacerdotum, *ſeu* Clericorum *poſtquam* Cantori *fuerit præſentatus, & ab eodem receptus per Eccleſiam tranſire audeat ſine ſuperpelliceo, & cappa aperta, dum diuinum Officium ibi dicetur, vel ad minus ſine Superpellicio: quod ſi fecerit pœnæ ſubiaceat per* Capitulum *ſtatuendæ, dignum eſt enim vt ei omnino Reuerentiam exhibeamus, in qua nobis vitæ pabulum quotidie miniſtratur.* Ordinamus *iterum quòd* Subdiaconi *ad Matutinas legant tres primas Lectiones, Diaconi verò medias tres, Et*

Nulli Canonicis inferiores faciant in ara principe.

Ordo in ſedendo.

Habitus in choro.

Euangelium: Sacerdotes verò, et alij in Dignitatibus conſtituti legant penultimam et vltimam lectionem. Et hoc obſeruari præcipuè Volumus in magnis Feſtiuitatibus: concedimus tamen quod Clerici & Sacerdotes legere poſſint, & cantare in defectum Canonicorum, ita tamen quod nullus legat vel cantet poſt Canonicum quantuſcunque exiſtat, nec aliquis ad matutinas, vel alias cum Canonico cantet niſi fuerit ob defectum Canonicorum. Verſiculos autem Clerici cantent, & Cruces & Cereos, & Thuribula portent. Item Statuimus vt in Feſtis ſolemnibus Subdiaconus poſt Euangelium, librum in medio Chori teneat, vt Canonici ſolum oſculari reuerenter veniant, vt moris eſt in alijs Eccleſiis Cathedralibus. In diebus autem Dominicis & Feſtis nouem Lectionum Clericus vnus Chorum regat Cappa Proceſſionali indutus, ſicut hactenus eſt obſeruatum, Et in in alijs diebus in Superpellicio tantum. Ad Miſſam verò Clerici duo Reſponſum cantent, & duo Canonici Alleluya, cum fuerit Feſtum ſi fuerint præſentes; in alijs verò diebus per ſingulos Clericos totum hoc fieri ordinamus.

Quæ quibus canere incumbat in choro,

Exoſculatio libri Euangel.

Choragi munus.

115 CÆTERVM ſtatuimus vt quilibet de cætero in Eccl. Cadurcen. fuerit Canonicus inſtitutus, ſeu creatus infra annũ Cappã proceſſionalẽ habeat quæ ad minus valeat decem libras turonenſes, & Eccleſiæ liberè conſeruat per ipſum quoad vixerit induendam, alioqui de Præbenda ipſius ematur per Baiulos qui pro tẽpore fuerint ſine alicuius contradictione. Itẽ Statuimus vt qualibet die Veneris omnes Canonici præſentes poſt primam in Capitulo conueniant, ſi commodè poterit de communibus negotijs tractaturi. Cæterum quia Spiritualia ſine Temporalibus perfici non poſſunt, Statuimus vt quolibet anno duo vel tres Canonici Baiuli, & Syndici ordinentur, qui bona omnia præter Præbendas Canonicis aſſignatas iurati fideliter recolligant, & inde Canonicis & alijs quotidianas diſtributiones miniſtrent, & iura omnia ipſius Eccleſiæ corã quolibet Iudice defendãt, & nulli parcẽtes affectuoſe, requirãt & de expenſis & receptis, Capitulo bis in anno reſpondeant, & irrequiſiti cedant anno completô reddita prius diligenti de omnibus ratione, vt poſtmodũ alij ordinentur, & eorum quilibet vltra alios pro labore ſuo percipiat decem Ceſtarios Auenæ, & quamdiu cauſas Capituli agitauerint, pro præſentibus quantùm ad percipiendas diſtributiones & alia, cenſeantur.

Indumenta ſacra.

Tempus Capituli cogendi.

Baiuli duo ſeu Syndici; eorũq; munus, ac ſtipendium

116 PRÆTEREA Statuimus vt de Cætero numerus Canonicorum Eccleſiæ Cadurcen. in numero viginti quinque Canonicorum exiſtat Item attendentes quòd redditus Eccleſiæ Cadurcenſis ſit valde ob Priorum vitia imminutus, nolumus vt de cætero Prioratus ſeu Præpoſituræ dignitas, cùm per Priores qui olim fuerint in Eccleſia Cadurcenſi prædicta, multùm damnificata fuerit ipſa Eccleſia, & in multis, ſicut nobis ſuper hoc per bonos viros, & fide dignos facta extitit plena fides: Et volumus & Statuimus vt illi omnes Fructus & Redditus & Prouentus

Canonici ne plures 25. Prior nullus.

quos ſolebat olim percipere Prior Cadurc, præter illam Præbendam quæ per ſortem obuenit G. de Gordonio quondam Priori Cadurc., eo tempore quo facta fuit inter Canonicos Cadurcenſes diuiſio præbendarum, in communes vſus Capituli conuertātur. Item ſtatuimus vt Canonici Cadurcenſes de bonis ſiue mobilibus, ſiue ea habuerint ab Eccleſia ſeu nomine & contemplatione Eccleſiæ ſeu etiam aliunde liberè teſtentur: Et vt teſtamenta ſua, *ſeu vltima voluntates inuiolabiliter obſeruentur, & fideliter impleantur. Item ſtatuimus, & ſtatuendo ſub determinatione Anathematis firmiter inhibemus ne aliquis Canonicorum Cadurc. bona Concanonici ſui viuentis, ſeu etiam decedentis rapiat vel inuadat, nec domum eius aliquatenus violet, ſiue frangat: Et ſi forte aliquis auſu temerario contra ſtatutum noſtrum venerit, Volumus & ſtatuimus, vt ex tunc omni Præbendarij beneficio, & omni alio honore ſi quem habuerit in Eccleſia, perpetuò ſit priuatus. Volumus tamen & ita ſtatuimus, vt cùm aliquis Canonicus deceſſerit, Procuratores Capituli ſeu Baiuli veniant ad domum defuncti; & ſub præſentia teſtium fideliter conſcribant, & conſcribi & conſignari faciant res defuncti: Et ſi poſtea conſtiterit ipſum fuiſſe teſtatum de rebus fiat iuxta diſpoſitionem ipſius: ſi autem deceſſerit inteſtatus, ſubiaceāt diſpoſitioni Capituli res ipſius.* Item cum bonæ memoriæ *Danteiac quondā Archidiaconus Cadurcenſis acquiſiuerit pro Deo, & pro ſalute animæ ſuæ certos redditus vnde perpetuo teneantur quatuor* Capellani *& vnde repaſcerentur quatuor Pauperes qualibet die, quique quatuor Capellani pro ipſo & pro alijs fidelibus defunctis in dicta Eccleſia Cadurcenſi celebrarent Diuina, & alias in illa continuè deſeruirent: & tam Capellanus quam Pauperes hoc die teneat & tenuerit vſquequaque B. Archidiaconus Cadurcen. quondam nepos Ga. Danteiac prædicti, & redditus percipiat, & hactenus perceperit ſupradictos, nec proceſſu temporis tanta Eleemoſyna valeat deperire.* Statuimus *vt poſt deceſſum B. Archidiaconi prædicti,* per Capitulum Cadurcen. *inſtituantur in Eccleſia Cadurcenſi prædicta dicti quatuor* Capellani *& quilibet ipſorū percipiat quâlibet die pro victu ſuo, de bonis eiuſdē Capituli quinque denarios, videlicet duos denarios in Matutinis & vnū in Prima & vnū in Miſſa maiori, & vnū in Veſpere. Item cuilibet ipſorū dentur de bonis dicti* Capituli *annuatim quinquaginta ſolidi Cadurc. pro veſtitu, &* Capitulū *Cadurcenſe percipiat & percipi faciat redditus prætaxatos, & eos in communes vſus conuertat. Item ſtatuimus vt Procuratores Capituli ſeu Baiuli tradant qualibet die Cuſtodi hoſpitalis S. Stephani duodecim denarios, & ipſe det eos quatuor pauperibus pro victu ſuo, pro Deo & pro ſalute animæ dicti Archidiaconi qui dictos redditus acquiſiuit.*

ITEM Statuimus *vt redditus illi quos olim* Canonici Cadurcenſes, *vel alij quicumque acquiſiuerunt pro obitibus ſuis ſiue pro Anniuerſarijs, annis ſingulis faciendis in Eccleſia Cadurcenſi, vel acquirent in futurum, ille Canonicus qui Cuſtos fuerit S. Stephani fideliter recolligat, & ſibi ſolui faciat ſecundum quod viderit expedire & eos in oblationibus, & in alijs diuidat, &* 117

reſtandi licentia.

Inteſtatorum bona ſint Capituli.

Quid de Legato Gausberti de Anteiaco.

Quid de obitualibus ſtipendiis.

expendat iuxta diſpoſitionem & vltimam voluntatem illorum qui pro anniuerſarijs ſuis acquiſierunt & reliquerunt redditus ſupradictos: & de receptis, & expenſis ille cuſtos in craſtinum Inuentionis B. Stephani Martyris anno quolibet reddit Capitulo legitimam rationem, & reſiduum ſi quod fuerit, in vtilitatem conuertatur communem. Volumus tamen & id Statuimus vt dictus Cuſtos de omnibus redditibus pro Anniuerſarijs, pro labore ſuo caput ſolidum habeat & defalcet..

118 *ORDINAMVS iterum & Statuimus vt de cætero* Magiſter Scholarum dignitas ſit *in Eccleſia Cadurcenſi*, qui Scholas in Grammatica perſonæ idoneæ conferat, *quæ loco ipſius Scholas regat, cui ſingulis annis pro labore ſuo ab eodem Magiſtro Scholarum prouideri volumus prout ſibi videbitur expedire. Ordinamus vt ſit* Operarius *de cætero in Eccleſia Cadurcenſi, qui bona operis procuret fideliter & requirat vnde faciat, quod hactenus fieri conſueuit: Item cũ redditus & prouentus noſtri Capituli Cadurcenſis fuerint valde tenues & exiles, Volumus & concedimus ac perpetua firmitate ſtatuimus vt fructus omnes Eccleſiarum omnium quocumque iure ad dictum Capitulum pertinentium, cum eas vacare contigerit, ad vtilitatem dicti Capituli, vel ad vſum menſæ cõmunis redigãtur: reſeruata tamen Perſonis idoneis inſtituendis cũ vacauerint, in eiſdẽ Eccleſiis, congrua portione. Statuimus etiã vt omnes redditus & prouentus memorati Capituli ad cõmunem vſũ & vtilitatem ipſius cedant, præter illos qui Canonicis pro Præbendis ſunt aſſignati. Cæterum ſtatuimus vt poſt deceſſum Canonicorum præſentium Præbendæ* Archidiaconi Montiſpenſati, Archidiaconi de Tornes, Archidiac. de Figiaco, Sacriſtæ, Cantoris, Operarij ac Magiſtri Scholatum *ſint Sacerdotales: Præbendæ verò* Archidiaconi Cadurcenſis, Archid. S. Sereni, Archid. de Vallibus, Cantoris Engolimenſis, Guillelmi de Mantimon, Guillelmi d'Anteiaco. Bertrãdi de Lezergas, Raymũdi Ademarij *ſint Diaconales.* Præbendæ autem Magiſtri Guillelmi de Cluzello Magiſtri Aymerici Guilhot, Oliuerij de Peria, Petri de Baiona, Raymundi Bernardi, Magiſtri Aymerici Ales, Magiſtri Martini cæterorumque Canonicorum *ſint Subdiaconales.* Ita vt poſt deceſſum Præſentium, vt dictum *eſt quicumque eis ſucceſſerit ſciat ſe in honore & onere ſucceſſorum eſſe. Annexamus autem Præbendas Archidiaconorum aliorumque in Eccleſia Cadurcenſi Perſonatus habentium ipſis Perſonatibus, vt quicumque de cætero dictos Perſonatus habuerint, habeant Præbendas Perſonis aſſignatas* Item Statuimus vt omnes *Cadurcenſes Canonici, in præſenti Prouincia exiſtentes ſi commodè potuerint ad* Feſtum B. Stephani de Auguſto, *quolibet anno, de cætero apud Cadurcum ob honorem ipſius Feſti conueniant de communibus negotijs tractaturi: Et tunc ſuam ſi voluerint Reſidentiam facere incipiant, ſicut eſt ſuperius ordinatum. Bailiui noſtri in craſtinũ dicti feſti, redditus prius diligenti ratione irrequiſiti, cedant, & alij ibidem per Capitulum ordinentur, qui ſtatim bona Capituli incipiant*

Magiſteriũ ſcholarum, Dignitas in Capitulo.

Operarius.

Eccleſiarũ vacantium bona vt cedant in bonum Capituli.

Præbẽdæ Sacerdotales. Diaconales. Subdiaconales.

Dignitatibus annexæ præbendæ

celebratio Inuentionis S. Stephani.

Creatio Syndicorum.

procurare: Et quia hæc omnia & ſingula ſupradicta vniuerſi & ſinguli de Capitulo inuiolabiliter ſe coram nobis ſeruaturos promiſerunt, & nunquam contra venturos: Nos qui ſuper confirmatione ordinationis iam facta, mandatum Domini Papæ recepimus in hunc modum. INNOCENTIVS *Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Cadurcenſi Sal & Apoſt. Ben. Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere: Cùm igitur ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, Eccleſiam Cadurcenſem Auctoritate noſtra duxeris ordinandam, idque Cadurcenſes Capellani approbarint, prout in litteris inde confectis plenius continetur, Nos tuis ſupplicationibus inclinati quod ſuper hoc à te prouidè factum eſt, ratum & gratum habentes, ordinationem eandem Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Sanctorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni Non. Aprilis Pontificatus noſtri Anno. 8. Auctoritate prædictâ & noſtra, omnia & ſingula per nos ſtatuta, & de conſenſu expreſſo dicti Capituli Ordinamus Approbamus & iterum confirmamus: Et ad maiorem firmitatem vnâ cum ſigillo communi dicti Capituli, ſigilli noſtri patrocinio communimus, contradictores & Rebelles, excommunicantes Nos vero Capitulum Cadurcenſe dictam ordinationem, & Statuta in præſenti Charta contenta approbantes in ſignum expreſſi conſenſus ſigillum noſtrum commune apponi fecimus huic Chartæ. Datum Cadurci die Martis poſt Feſtum B. Mathiæ Apoſtol. A. D. 1252. menſe Februarij.*

Statuta hæc probat Innocentius IV.

Probat Bathelomæus.

Probat Capitulum.

MISIT & Diploma *Innocentius* ad Lemouicen. Epiſcopum quô daret pleniſſimã poteſtatẽ Statutorũ huiuſmodi ab ſe approbatorum perturbatores, contemtoreſque quoſuis Cenſuris Eccleſiaſticis reprimendi compeſcendiq; cuius js tenor. INNOCENTIVS *Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Lemouicenſi Sal. Et Apoſtol. Ben. Cùm ſicut Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Cadurcen. in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, Eccleſiam Cadurcenſem Auctthoritate noſtra duxerit ordinandam, nos ipſius ſupplicationibus inclinati quod ſuper hoc factum prouidè eſt ab ipſo, ratum & firmum habentes, ordinationem eandem Auctoritate litterarum noſtrarum duximus confirmandam: Ideoque Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eundem Epiſcopum non permittas, contra confirmationis noſtræ tenorem attentari, vel ab aliquibus indebitè moleſtari: moleſtatores huiuſmodi per Cenſuras Eccleſiaſticas Appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Datum Lugduni Non. Aprilis Pont. noſtri Anno 8.* 119

Innocentius IV. executionem cõmendat Lemouicenſi Epiſcopo.

ITA vero demeritus eſt Canonicos tantâ illa curâ ſollicitudineque 120

leges ſtatutaque condendi redditusque in primis Eecleſiaſticos ampliandi Bartholomæus noſter vt ius omne Canonicatus ad votum conferendi ſibi ereptum quàm libentiſſime illi permiſerint publiciſque tabulis ad munimentum maius conſenſu vnô vltrô conceſſerint: anno 1250. quod ipſum 10. poſt annis Innocentio ſuffectus Alexander 4. luculento Diplomate confirmarit. atteſtantur vtrumque ſubiectæ tabulæ ALEXANDER *Epiſcopus. Seruus Seruorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Caturcenſi Sal. & Apoſtol. Ben. Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Cùm igitur ſicut petitio tua nobis exhibita continebat dilecti Filij Capitulum Caturc. attendentes quod redditus Præbendarum ipſius Eccleſiis quarum collatio pertinebat ad ipſos, eſſent per induſtriam tuam non modicùm augmentati, quodque idem Capitulum in collationibus præbendarum ipſarum erant plerumque diſcordes Ad amputandam huiuſmodi diſcordiam ius conferendi eaſdem præbendas, & inſtituendi Canonicos in eadem Eccleſia, Tibi & Succeſſoribus tuis deliberatione prouidâ conceſſerint liberam facultatem prout in litteris inde confectis plenius continetur NOS tuis deuotis ſupplicationibus inclinati quod ſuper hoc ab eodem Capitulo prouidè factum eſt ratum habemus & gratum auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrociniô communimus, tenorem ipſarum litterarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes qui talis eſt, Capitulum Caturcenſe Vniuerſis præſ. lit. inſp. S. in Dom. Noueritis quòd nos dedimus & conceſſimus Venerabili Patri Dom. Bartholomæo Electo Caturcen. & ſucceſſoribus eius Epiſcopis qui in Eccleſia noſtra pro tempore fuerint plenam & liberam poteſtatem conferendi Canonias, & Præbendas & inſtituendi Canonicos ibidem promittentes* corporali præſtitô iuramentô *quod contra prædictam collationem & conceſſionem non veniemus vllo iure, vlla etiam actione In cuius rei teſtimonium eidem Electo litteras noſtras conceſſimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum* Caturci *A. D. 1250. Nulli ergò omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ confirmationis infringere &c. Datum Anagniæ Kal. Iulij Pontific. noſtri anno. 6.*

Cum iuramento Bartholomæo cõcedit Capitulum Canonicatuũ collationem, aſſentiente Papa.

121 IVVAT & reliqua haud ignobilia Bartholomæi acta proſequi, eo ordine vt primùm quæ in Sedem Cadurc., Cathedralemque Eccleſiam contulit, tum quæ in alias Eccleſias Religioſaſque domos ſeruatô temporum ordine, demum cætera ſi quæ vlla præclarè ad perennem poſterorum memoriam facinora patrarit quantâ maxima poterit breuitate, perſpicuitateque ex ipſis Actorum tabulis necubi fides nutet hiſtoriæ opitulante numine diſſeramus. Anno igitur 1254. *Eccleſias de Cabanaco, de Nazeraco* cum *Capella de Podio* de Rupe, *de Varazaco*, cum Capella ſibi annexa, & S. Saturnini prope S. Aurelium. *&* S. *Vrciſſini* prope Lauzertam, *&* S. *Stephani de Sobirons* de Catureo & S. *Criſpini*, &

Anno 1254. varias Eccleſias cũ Capitulo permutat.

Capellæ de villa, *&* S. *Iacobi quæ eſt in Ciuitate* Cadur. iuxta Eccleſiam Cathedral. & de Calzieras, quæ eſt annexa Eccleſiæ S. Iacobi in perpetuum attribuit Cadurc. Capitulo; Eccleſijs de *Montpeſato*, de *Millaco*, de *Colomberio*, de *Gauſſio*, de *Eſpera*, de Cailaco, & Boria de Rocque del pont viciſſim à Capitulo acceptis, vti Capituli Tabularium fuſiùs docet.

Item. A. 9. 1255.

Anno 1255 denuo Eccleſiam de *Vazerat* cedit Capitulo, *Montpeſatenſi* receptâ.

Item 1256.

Anno 1256. Eccleſias de *Cazer.* S. *Ioannis* & S. *Maxentij* annexam, S. *Cypriani* & de *Bruguieres*, donat Capitulo, *Villam de albais* ſuis adiungens ipſe annectenſque prouentibus.

An. 1258. coercet ambitum ad Canonicatus, ſanctiſsima lege, quā & probat Vrbanus Pont.

Anno 1258. coërcendum reprimendum que ambitum eorum qui Cadurcenſis Capituli ſplendore pellecti commotique non parum, Canonicis aſcribi per fas, nefaſque peroptabant, ſanxit ne cui homini ad gradum illum pateret aditus, neúe definiendi ſtatuendique aliquid inter Capituli tanti Patres nanciſci ius quadantenùs poſſet, ni priùs eâdem Eccleſiâ ritè admiſſus, ſui dediſſet ſpecimen, documentáque virtutis præbuiſſet. Adiecit Bartholomæi calculo *Vrbanus* Pont. haud ita multò poſt & ſuum vti ex amborum tabulis vnô clauſis Diplomate palàm fiet. VRBANVS *Epiſcopus ſer. ſer. Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Cad. Sal. & Apoſ. Ben. Ex parte tua nobis extitit intimatum, quòd tu paci & tranquillitati Eccleſiæ tuæ Cadurc. prouidere volens ac futuris periculis quæ ex plurium receptione ad vacaturas Prabendas in eadem Eccleſia contingere poterant, obuiare, de prudentum virorum conſiliò ac Capituli tui inſtantia & aſſenſu duxiſti prouidè ſtatuendum, ne aliqui recipiendi de cætero in dicta Eccleſia in Canonicos vocem habeant in Capitulo nec ad tractatus communes eiuſdem Capituli admittantur, quouſque inibi Præbendam fuerint aſſecuti, prout in litteris inde confectis tuo ſigillo munitis plenius continetur. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc prouidè factum eſt ratum & gratum habentes id auctoritate Apoſtol. confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus; Tenorem autem litterarum ipſarum, præſentibus inſeri fecimus qui talis eſt* BARTHOLOMÆVS *Dei gratia Cadurc. Epiſc. Vniuerſis præſ. litt. inſpect. Sal. Paci & tranquillitati Eccleſiæ noſtræ Cadurc. prouidere volentes, ac futuris periculis quæ ex plurium receptione ad vacaturas Præbendas in eadem Eccl. contingere poterant, obuiare, de prudentum virorum conſilio, ac Capituli noſtri aſſenſu & inſtantia duximus ſtatuendum ne aliqui recipiendi de cætero in dicta Eccl. in Canonicos vocem habeant in Capitulo, nec ad tractatus communes eiuſdem Capituli admittantur quouſque inibi Præbendam Canonicè fuerint aſſecuti. Actum in Capitulo Cadurc. die Lunæ ante Feſtum B. Lucæ Euang. A. D. 1258. Nulli ergo &c. Datum Biterrij 15. Kal. Octob. Pontif. noſtri anno primo.*

Anno 1262. dat ius Capitulo in Eccleſiarum vacantium bona.

ANNO 1262. ruſuſque decenniò poſt, quô erat in Cadurcenſe Capitulum (dignum profectò tanto Præſule tantoque parente 122

coetum

cœtum) affectu, ſtudióque, haſce tabulas amore gratijſque nouis pleniſſimas quæ animi dictantis certi ſint indices ſubnotauit. BARTHOLOMÆVS Dei gratia Cadurc.Ep. &c. *Noueritis quòd nos volumus & concedimus Capitulo noſtro Cadur. quod Eccleſias quas cum eis permutauimus, ſicut in noſtris & eorum litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, quam citò vacauerint per ceſſionem vel deceſſum Rectorum earũdem, poſſint ſuâ auctoritate apprehendere cum bonis & iuribus earumdem, & eas cuſtodire & defendere & bona & ius eorumdem petere à quôlibet, donec ſecundum formam Iuris de perſona idonea eis ſit promiſum. Et hæc omnia in alijs Eccleſiis de iure antiquo ad dictum Capitulum pertinentibus Volumus obſeruari. Dat. Cat. in vigilia omnium Sanctorum A. D. 1262. Iam decennió poſt; BARTHO. D. G. Cad. Ep. Dilectis ſibi in Chriſto Capitulo Cad. Sal. Ex Officij noſtri debito tenemur conſeruare iura Eccleſiæ Cadurc. nec ipſius vtilitatē pro viribus ampliare, ne cuiuſquam ſiniſtrâ opinione id quod certũ & clarũ eſſe dignoſcitur proceſſu tēporis in dubiũ reuocetur. Nos itaque ad omnem dubitationis materiam impoſterum amputandam, infrâ nominatas Eccleſias quas in noſtris Ciuitate & Diœceſi, tum ex cauſa donationum, tum ex cauſa permutationum, & fundationum, tàm à nobis, quàm à prædeceſſorib⁹ noſtris & perſonis alijs olim vobis factarũ, ſiue ex alijs quibuſcumque cauſis & titulis vos fecimus poſſidere pacificè, vobis, veſtriſque ſucceſſorib⁹ poſſidendas & perpetuò obtinendas cōcedimus, & ex certa ſcientia irreuocabiliter confirmamus, concedentes plenam & liberã facultatem quod cedentibus vel decedentib. Rectoribus & perpetuis Vicarijs ſeu Capellanis præſentibus ſeu futuris ipſarum Eccleſiarum, aut alicuius illarum, poſſitis liberè & quietè auctoritate & iure veſtris poſſeſſionem illius, aut illarum, cùm eam aut eas vacare contigerit apprehendere, & apprehenſam abſque contradictione aliqua retinere: nec non perpetuos Vicarios ſeu Capellanos ad curam ſeu gubernationem ipſorum præſentare, ac decimas, redditus, & prouentus earundem Ecleſ. in communes vſus veſtros conuertere, & ſub annuo cenſu concedere, & prout expediens fuerit de ipſis fructibus aliter ordinare, aſſignanda tamen à vobis Vicarijs ac Capellanis eiſdem, de prædictis fructibus adeò congrua portione, quòd poſſint nos & miniſtros noſtros tempore viſitationis honeſtè recipere, & ipſarum Eccleſiarum conſueta onera earundem procurationum, & alia debitè ſupportare. Eccleſiæ verò ſunt iſtæ videlicet in Ciuitate Cadur.* Eccleſia S. Stephani de Sobirous, & S. Mariæ de Sobirous, Eccl. S. Deſiderij, Eccl. S. Iacobi, Eccl. S. Sulpitij *ſibi annexa; Item extra Ciuitatem* Eccl. S. Iuliani de Bueyna, Eccl. de Ainac, Eccl. de Goudou, Eccl. de Cabrairetz, Eccl. de vilia, cum Eccl. S. Criſpini *ſibi annexa*, Eccl. de Pairinac, Eccl. de Cabanac. Eccleſia S. Aurelij, Eccl. S. Saturnini, Eccl. S. Vrſicini *prope Lauzertam*, & de Teſels & S. Antegij & S. Vincentij, & de Vazerac *cum Capella ſibi annexa* de Mazgrac *cum Capella Caſtri* Podij de Rupe *ſibi annexa*, & S. Ioannis *prope Caſtrũ*

An. 1272. Ius præſentationis & alia varia dat Capitulo in plures Eccleſias

Nomina harum Eccleſiarum

de Belfort & de Mondomerc, & S. Martini de Carguapruna, del Montat. *Quare prænominatas proximè ad maiorem firmitatem nominibus proprijs, præſentibus litteris fecimus & notari. In quibus omnibus & ſingulis Eccleſiis prælibatis ac alijs acquiſitis & per Sedem Apoſtol. confirmatis & confirmandis liberaliter vobis concedimus ſingula præmiſſa & omnia alia vtilia & neceſſaria per quæ ius vniuerſum plenum effectum conſequatur & iuſtus titulus declaretur. Dat. Cadur. die Iouis in Veſperis S. Marci Epiſcopi & Confeſſ. A. D. 1272.*

PLACET & Regias Pontificiaſque tabulas attexere quibus quà Comitatum, quà alia Eccleſiaſtica iura priuilegiáque non pauca Sedis noſtræ, Capitulique Cadurcen. bono ſanciri firmarique Bartholomæus voluit, quo minori metu afflata, nullo periculorum appulſu quaterentur. Anno. 1258. *Ludouico ſanctiſſimo Galliarum Regi* cuius ſanctitate ſtant vitia etiam noſtra, quando, niſi Diui fauor accederet, haud ſemel vti eſt vero quàm ſimillimum, nos decretoria fulmina eliſiſſent, æquiſſimo inquam Principi fidem Clientelariam eſt profeſſus, ne Comitibus noſtris vnà Præſulibuſque deeſſet Sanctitatis calculus, iuri quod Raimundo Toloſati ereptum foret, ſanciendo. Atteſtantur Regiæ litteræ hâc ſeculi tertij decimi epoche ſubnotatæ, *LVDOVICVS &c. NOTVM facimus quòd Dilectus & fidelis noſter Bartholomæus Cadurc. Epiſcopus ad nos accedens, homagium & fidelitatem nobis fecit de Comitatu & Ciuitate Cadurc. & iuribus ad prædictũ Comitatum & Ciuitatem pertinentibus de quibus tenens erat eâ die quâ nobis homagium & fidelitatem fecit, & nos homagium & fidelitatem de prædictis recepimus ab eodem, Conceſſimuſque prænominato Bartholomæo Epiſcopo, quod nos homagium ipſius, vel Cadurcen. Epiſcopatum extra manum noſtram vel hæredum noſtrorum non ponemus. Actum Anicij A. D. 1258. menſe Auguſti.* 123

A. D. 1258. Comitatus cliẽtelariam poſſeſſionẽ S. Ludouicus cõfirmat.

A. 1259. Alexãdri IV. Aſſenſus, gratias à Regibus indultas confirmantis.

HAS ipſas aliáque iura ſedis noſtræ vniuerſa gemino Diplomate comprobat Alexander IV. haud ita multo poſt in h. v. ALEXANDER *Epiſ. &c. Venerabili Fra. Epiſcopo Cad. Sal. & Apoſt. Ben. CVM à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Hinc eſt quod nos tuis poſtulationib. gratô concurrentes aſſenſu, omnes libertates & exemptiones Secularium exactionum à chariſſimo in Xpõ. filio noſtro, Rege Franciæ illuſtri, & claræ memoriæ Progenitorib. ſuis alijſque Regibus & principib. tibi & Eccleſiæ tuæ, piâ & prouida liberalitate indultas, prout in eorum litteris dicitur plenius contineri, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrociniô communimus. Nulli ergo &c. Datum Anagniæ 15. Kal. Iulij, Pont. N. A. 6. Qui eſt Chriſti 1259.* 124

Alexãder IV. Sta-

Addidit extemplò, ſequenti ſcilicet proximè die, Diploma alterum

Pontifex idem (qui non in ſedem minus quam in noſtri ſtudium ardẽtiſſimum tot ſummis Pontificibus fato quaſi hæreditario ſucceſſiſſet) firmáque haberi voluit ſtatuta olim ab Antiſtite noſtro ſuper Eccleſia Cathedrali, diſciplinæ ſacræ religioſis legibus adſtringenda, hæc ipſa Legem ferentis ſummi Præſulis verba ſunt. ALEXANDER *Epiſc. ſer. ſer. Dei Venerabili Fratri* Batholomæo Epiſcopo, *& Dilectis Filijs Capitulo Cadurc. Sal. & Apoſ. Ben. Iis quæ ab Eccleſiarum Prælatis pro ipſarum vtilitate ac ſeruando in eis cultu diuini numinis prouidè ſtatuerunt, libenter adijcimus Apoſtolici muniminis firmitatẽ vt intemerata conſiſtant quæ noſtro fuerint præſidio cõmunita. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat quòd cùm fœlicis recordationis* Innocentius Papa *prædeceſſor noſter vt per miniſterium tuum, Frater Epiſcope, Cadurcenſis Eccleſia poſſet in ſpiritualibus & temporalibus auctore Domino ſuſcipere incrementa, ordinandi ac diſponendi de ſtatu ipſius Eccleſiæ prout eius vtilitati & animarum Saluti Canonicorum, & ſubditorum eiuſdem ſecundum Deum expedire videres, tibi tunc Electo commiſiſſet ſub certa forma per ſuas litteras poteſtatem. Tu volẽs vt in eadem Eccleſia cultus diuini nominis ſeruaretur, ac poſſet eius vtilitas & commodum procurari auctoritate litterarũ huiuſmodi deliberatione prouidâ de aſſenſu veſtro Capitulum ſtatuit vt Eccleſiæ prædictæ Canonici eorum quibus certa quantitas de bonis ipſius Eccleſiæ præter quotidianas diſtributiones Præbendæ nomine deputata eſt, quôlibet anno vbicumque fratres, niſi fuerint in ſcholis per quatuor menſes, continuè vel diuiſim reſidentiam faciant in Eccleſia memorata, Ita quòd ad minùs bis die qualibet Chorum intrent ad diuinum Officium peragendum, niſi eos forſan abeſſe contigerit propter infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam. Illi verò qui abſentes fuerint ſtudij vel alia iuſta cauſa, Vicarios idoneos habeant qui deſeruiant in Eccleſia, loco ſui. Quodque illi qui huiuſmodi non fecerint reſidentiam vel vicarics idoneos non habuerint, dictam quantitatem redituum prorſus amittant in communem vtilitatem Capituli conuertendam. Quod nullus Canonicorum ipſorum eandem vtilitatem percipiat in Scholis vel alibi niſi dictos quatuor menſes reſidentiam fecerit in ipſa Eccleſia, vt ſuperius eſt expreſſum; aliáque ſalubria & honeſta edidiſti ſtatuta prout in litteris tuis, Frater Epiſcope, inde confictis tuô ſigillo munitis plenius continetur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati ſtatuta ipſa ſicut prouidè facta ſunt habemus grata & firma, eadem auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipſarum, &c. Nulli ergo &c. D. Anagniæ 14. Cal. Iulij, Pont. N. anno. 6.*

ruta ſuperiora cõfirmat.

125 NEC verò vnis Cathedralis Eccleſiæ ornamentis amplificandis intentus adeò Bartholomæus fuit, vt non & alias Epiſcopali ſubiectas pedo Eccleſias illuſtrare, ditare, & quà poterat exornare ſatageret. Anno quippe 1260. *Moniales Deauratæ* prouentib. Eccleſiæ S. *Dierij* di-

An. 1260. Bartholõęus Moniales Deauratæ locupletat Eccleſia. S. Dierij.

de Belfort & de Mondomerc, & S.Martini de Carguapruna, del Montat. *Quare prænominatas proximè ad maiorem firmitatem nominibus proprijs, præſentibus litteris fecimus & notari. In quibus omnibus & ſingulis Eccleſiis prælibatis ac alijs acquiſitis & per Sedem Apoſtol. confirmatis & confirmandis liberaliter vobis concedimus ſingula præmiſſa & omnia alia vtilia & neceſſaria per quæ ius vniuerſum plenum effectum conſequatur & iuſtus titulus declaretur. Dat. Cadur. die Iouis in Veſperis S. Marci Epiſcopi & Confeſſ. A. D. 1272.*

PLACET & Regias Pontificiaſque tabulas attexere quibus quà Comitatum, quà alia Eccleſiaſtica iura priuilegiáque non pauca Sedis noſtræ, Capituliſque Cadurcen. bono ſanciri firmarique Bartholomæus voluit, quo minori metu afflata, nullo periculorum appulſu quaterentur. Anno. 1258. *Ludouico ſanctiſſimo Galliarum Regi* cuius ſanctitate ſtant vitia etiam noſtra, quando, niſi Diui fauor accederet, haud ſemel vti eſt vero quàm ſimillimum, nos decretoria fulmina eliſiſſent, æquiſſimo inquam Principi fidem Clientelariam eſt profeſſus, ne Comitibus noſtris vnà Præſulibuſque deeſſet Sanctitatis calculus, iuri quod Raimundo Toloſati ereptum foret, ſanciendo. Atteſtantur Regiæ litteræ hâc ſeculi tertij decimi epoche ſubnotatæ, *LVDOVICVS &c. NOTVM facimus quòd Dilectus & fidelis noſter Bartholomeus Cadurc. Epiſcopus ad nos accedens, homagium & fidelitatem nobis fecit de Comitatu & Ciuitate Cadurc. & iuribus ad prædictũ Comitatum & Ciuitatem pertinentibus de quibus tenens erat eâ die quâ nobis homagium & fidelitatem fecit, & nos homagium & fidelitatem de prædictis recepimus ab eodem, Conceſſimuſque prænominato Bartholomæo Epiſcopo, quod nos homagium ipſius, vel Cadurcen. Epiſcopatum extra manum noſtram vel hæredum noſtrorum non ponemus. Actum Anicij A. D. 1258. menſe Auguſti.*

A. D. 1258. Comitatus clientelariam poſſeſſionẽ S. Ludouicus cõfirmat.

123

HAS ipſas aliáſque iura ſedis noſtræ vniuerſa gemino Diplomate comprobat Alexander IV. haud ita multo poſt in h. v. ALEXANDER *Epiſ. &c. Venerabili Fra. Epiſcopo Cad. Sal. & Apoſt. Ben. CVM à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Hinc eſt quod nos tuis poſtulationib. grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & exemptiones Secularium exactionum à chariſſimo in Xp̃o. filio noſtro, Rege Franciæ illuſtri, & claræ memoriæ Progenitorib. ſuis aliſque Regibus & principib. tibi & Eccleſiæ tuæ piâ & prouida liberalitate indultas, prout in eorum litteris dicitur plenius contineri, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Anagniæ 15. Kal. Iulij, Pont. N. A. 6. Qui eſt Chriſti 1259.*

A. 1259. Alexãdri IV. Aſſenſus, gratias à Regibus indultas confirmantis.

124

Addidit extemplò, ſequenti ſcilicet proximè die, Diploma alterum

Alexãder IV. Sta-

Pontifex idem (qui non in ſedem minus quam in noſtri ſtudium ardẽtiſſimum tot ſummis Pontifibus fato quaſi hæreditario ſucceſſiſſẽt) firmáque haberi voluit ſtatuta olim ab Antiſtite noſtro ſuper Eccleſia Cathedrali, diſciplinæ ſacræ religioſis legibus adſtringenda, hæc ipſa Legem ferentis ſummi Præſulis verba ſunt. ALEXANDER *Epiſc. ſer. ſer. Dei Venerabili Fratri* Batholomæo Epiſcopo, *& Dilectis Filijs Capitulo Cadurc. Sal. & Apoſ. Ben. Iis quæ ab Eccleſiarum Prælatis pro ipſarum vtilitate ac ſeruando in eis cultu diuini numinis prouidè ſtatuerunt, libenter adycimus Apoſtolici muniminis firmitatẽ vt intemerata conſiſtant quæ noſtro fuerint præſidio cõmunita. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat quòd cùm fælicis recordationis* Innocentius Papa *prædeceſſor noſter vt per miniſterium tuum, Frater Epiſcope, Cadurcenſis Eccleſia poſſet in ſpiritualibus & temporalibus auctore Domino ſuſcipere incrementa, ordinandi ac diſponendi de ſtatu ipſius Eccleſiæ prout eius vtilitati & animarum* Saluti Canonicorum, *& ſubditorum eiuſdem ſecundum Deum expedire videres, tibi tunc Electo commiſiſſet ſub certa forma per ſuas litteras poteſtatem. Tu volẽs vt in eadem Eccleſia cultus diuini nominis ſeruaretur, ac poſſet eius vtilitas & commodum procurari auctoritate litterarũ huiuſmodi deliberatione prouidâ de aſſenſu veſtro Capitulum ſtatuit vt Eccleſiæ prædictæ* Canonici *eorum quibus certa quantitas de bonis ipſius Eccleſiæ præter quotidianas diſtributiones Præbendæ nomine deputata eſt, quôlibet anno vbicumque fratres, niſi fuerint in ſcholis per quatuor menſes, continuè vel diuiſim reſidentiam faciant in Eccleſia memorata, Ita quòd ad minùs bis die qualibet* Chorum *intrent ad diuinum Officium peragendum, niſi eos forſan abeſſe contigerit propter infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam: Illi verò qui abſentes fuerint ſtudy vel alia iuſta cauſa, Vicarios idoneos habeant qui deſeruiant in Eccleſia, loco ſui. Quodque illi qui huiuſmodi non fecerint reſidentiam vel vicarios idoneos non habuerint, dictam quantitatem redituum prorſus amittant in communem vtilitatem Capituli conuertendam. Quod nullus* Canonicorum *ipſorum eandem vtilitatem percipiat in Scholis vel alibi niſi dictos quatuor menſes reſidentiam fecerit in ipſa Eccleſia, vt ſuperius eſt expreſſum; aliáque ſalubria & honeſta edidiſti ſtatuta prout in litteris tuis. Frater Epiſcope, inde confectis tuô ſigillo munitis pleniùs continetur. Nos. igitur veſtris ſupplicationibus inclinati ſtatuta ipſa ſicut prouidè facta ſunt habemus grata & firma, eadem auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipſarum, &c. Nulli ergo &c. D. Anagniæ 14.* Cal. *July, Pont. N. anno. 6.*

tuta ſuperiora cõfirmat.

125 NEC verò vnis Cathedralis Eccleſiæ ornamentis amplificandis intentus adeò Bartholomæus fuit, vt non & alias Epiſcopali ſubiectas pedo Eccleſias illuſtrare, ditare, & quà poterat exornare ſatageret. Anno quippe 1260. *Moniales Deauratæ* prouentib. Eccleſiæ S. *Dierij* di-

An. 1260. Bartholõęus Moniales Deauratæ locupletat Eccleſia. S. Dierij.

tauit hoc Diplomate. BARTHOLOM. *Dei Gr. Ep. Cad. Dilectis Filiabus, Prioriſſa, & Conuentui B. MARIÆ Deaurata Cadurc. Sal. in Dom. CVM vniuerſis Eccleſiis noſtris & Eccleſia noſtra cui præſidemus ſubiectis paternâ prouiſione conſulere debeamus, & neceſſitatibus occurrere earumdem, & præcipuè harũ quibus propria non ſuppetunt facultates; Idcirco Nos attendentes tenuitatẽ & inſufficientiam redditumn & prouentuum veſtrorum, vobis & Eccleſiæ veſtræ prædictæ de conſenſu & voluntate expreſſa Venerabilis* P. Philippi *Dei gratia Bituricenſis Archiepiſcopi & Metropolitani noſtri, inſuper de conſilio* Capituli noſtri Caturcenſis, *Concedimus & purè & ſimpliciter in perpetuum donamus Eccleſiam* S. Dierij prope Bozias *cum Iuribus ſuis & pertinentijs vniuerſis, volentes quod reditus & prouentus ipſius Eccleſiæ menſæ veſtræ, quæ minus eſt ſufficiens, deputentur, ſaluâ tamen & retenta nobis & ſucceſſoribus noſtris inſtitutione perpetuâ ſui Capellani in eadem Eccleſia facienda, à nobis & ſucceſſoribus noſtris, ad præſentationem veſtram. Item ſaluò & retentò in eadem Eccleſia integraliter Iure noſtro & Miniſtrorum noſtrorum; Et quàm cito dictam Eccleſiam S. Dierij vacare contigerit, damus vobis & concedimus plenam & liberam poteſtatem, & ſpecialemandatum apprehendendi poſſeſſionem Eccleſiæ memoratæ & pertinentiarum eiuſdem. In cuius rei teſtimonium & munimen præſentes litteras ſigillo noſtro ſignatas, vobis duximus concedendas. Et nos Capitulũ Caturc. in teſtimoniũ & munimen dictorũ ſigillũ noſtrũ vna cum ſigillo dicti D. Ep. duxim⁹ apponendũ. Actũ Catan Capit. noſtro die martis poſt feſtũ Paſchæ.* Anno 1264. vti cauetur M. S. Cod. Dominicanæ familiæ ſupra laudato, Eccleſiam S. *Georgij* eiſdem Monialibus legitime attribuit de Metropolitani deque Capituli ſententia fundi Dominicanis attributi, Monialibuſque ſubtracti iacturæ farciendæ. Ante Annũ 1273. *Carmelitanæ Familiæ* antiquiſſimæ pientiſſimæque alumnos, non ita multò antè, *B. Ludouici* Regis Chriſtianiſſimi mandato ex Sicilia eductos, liberalitateque in Galliam allectos Cadurci ſediſſe, non ſine multis gratijs in eos ab Antiſtite noſtro tranſfuſis conijcio ex tabulis donationis *Petri à Bouis* in Xenodochii S. Iacobi gratiam, quarum capite vno quartam frumenti annuam ijs legat an. 1273. Decemb. menſe. quamquam vt plura de illius familiæ laudibus, deque noſtrorum in eos gratia religioneque hac ſeculi tertij decimi epoche differam, vetat exuſtio Actorum quæ ſegregum Caluiniſtarum impietate vna cum ipſa domo conflagrarunt ante aliquot annos. vnicum occurrit monumentum ex æuo illo ad nos delatum: ſententia quippe lata à Cadurcenſi Seneſcallo A. D. 1559. inter Acta Curiæ extat, quâ *Prior, & Fratres Conuentus Carmelitarum,* annis ſingulis Rectoris Eccleſiæ *S. Laurentij* Marabotinum aureum nummum pendere quotquot annis iubentur; Inter Acta vero habetur charta cenſus annui Marabotini

Aſſenſus Metropolitani & Capituli.

Et An. 1264. Eccleſiã S. Georgij

Carmelitæ Cadurci quo tempore.

illius aurei cauti Bartholomæo Archidiacono de Montpezato eiuſdem Eccleſiæ Rectori, ab *Arnaldo de Cairaco* Priore Domus illius hâc ſubnotatione, Datum die h. poſt Feſtum Annuntiationis B. MAR. A. C. 1274. Circa quæ ipſa tempora *Moniales S. Claræ* dudum iam vti ſupra docuimus à Guill. IV. Cardaillaço allectas ſtipis nomine non nihil accepiſſe ex Petri Bouis iam commendati tabularum capitibus anno 1273. certiùs certo conſtat.

Moniales S. Claræ

1.6 ANNO 1272. Monialibus Ciſterciẽſib⁹ Lazierenſi oppido ſitis Eccleſiã *de Montamel* de aſſenſu Capituli liberalitas magnificentiaque Bartholomæi noſtri attribuit, quando is Monaſticæ Sacratarum Deo Virginum vitæ alendæ fouendæque domum ipſam iam extruxerat, ſuiſque prouentibus ditatam dotatamque ad omnis ſanctimoniæ leges ac numeros inuitarat. Docent Acta Capituli haud certè contemnenda. CAPITVLVM *Cathedralis Eccl. S. Stephani Cadur. Vniuerſis præſ. lit. inſpect. Sal. in Dom. CVM Reuerendus Pater* Bartholomæus Dei gratia Cad. Epiſc. *intendens prouidere animæ ſuæ ſaluti & ædificationi ſubditorum inſpirante Domino de nouo* Monaſterium *conſtruxerit in loco qui dicitur* Lazieras *ibique* Sanctimoniales Ordinis Ciſtercienſis *poſuerit ad Dei ſeruitium faciendum, cultum diuinum amplificandum, eiſdemque ſanctimonialibus nunc ibi morantibus & in poſterum moraturis Eccleſiam* de Montamel *cum omnibus Iuribus & pertinẽtijs ſuis vniuerſis contulerit ſaluò iure ipſius Epiſcopi & Miniſtrorum ſuorum, vt de fructibus ipſius Eccleſiæ dictæ ſanctimoniales nunc & in futurum valeant ſuſtentari, Nos videntes & pro certo cognoſcentes quod dictum opus eſt pium & laudabile, ac plenum meritis & fructibus bonis: huiuſmodi collationem de præfata Eccleſia* de Montamel *præmiſſis* Sanctimonialibus *factam & eorum* Monaſterio *aſſignatam collationem & vnitam, ratam & gratam habentes, laudamus & etiam approbamus. In cuius rei teſtimonium & firmitatem ſigillum noſtrum commune duximus apponendum. Datum Caturci die Iouis proximâ ante Feſtum B. Martini hyemalis Anno Domini 1272.*

Moniales de Lazieres Ciſterciẽſes à Bartholomæo fundantur Capituli aſſenſu

127 ANNO 1270. Initur ab *Bartholomæo* pactio cum *Bertrando Moyſiacenſi Abbate* ſuper mutua Iurium aliquot permutatione, quæ quia Iura Epiſcopalia non pauca, aliaque Abbatem Moyſiacenſem attingentia poſteris haud parum profutura continet indicatque, attexenda hoc loci videtur, paulo licet prolixior. NOVERINT *vniuerſi quod cùm inter R. P. Dom. Bartholomæum Dei gra. Cadur. Epiſ. & venerabilem & diſcretũ Virum Dom. Bertrandũ diuina permiſſione Abbatẽ Moyſiacẽſem, & eius Conuentũ diligens tractatus fuiſſet habitus ſuper quãdã permutatione quarundem Eccleſiarum & Prioratuum & rerum inter eos honeſtè & licitè faciendæ, quæ quidem Eccleſiæ, Prioratus & res hic inferiùs ſunt ſpecificatæ expreſſè. Et primo Eccleſiæ & res quæ pertinent ad D. Epiſc. prædictum, ſcilicet Eccleſiæ* de Malauza, & B. Mariæ de Rodilhia *cum Capella proxima*

An. 1270 Bartholomęus pactum init cum Abbate Moyſiacẽſi ſuper multorũ permutatione

quod ydem Capellani ſub obedientia eiuſdem Domini Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum perſiſtant, & quod ad Synodos ſuas & ſucceſſorum ſuorum teneantur venire, & eorum ſententias, & miniſtrorum ſuorum firmiter obſeruare; verumtamen volumus, & ordinamus, & dicimus quod in vna Eccleſiarum prædictarum in qua Dominus Abbas vel ſucceſſores fecerint Prioratum, illo modo ſit Capellanus cum Priore earumdem, quo quidem modo Capellanus de Calciata *erat & fuerat cum Priore* de Calciata, *& talem Capellanum recipiat in ipſa Eccleſia cum ibi inſtitutus fuerit Prioratus, qualem recipiebat Capitulum, in dicta Eccleſia* de Calciata; *& præcipimus dicto Domino Epiſcopo quod ita velit & concedat Domino Abbati prædicto. Item volumus & ita ordinamus & dicimus quòd dictam permutationem, cum facta fuerit, Rectoribus Eccleſiarum qui nunc ſunt nullum prorſus præiudicium generetur:* ET VICE VERSA *ordinamus, & ordinando præcipimus dicto Domino Abbati, quod ipſe pro ſe & ſucceſſorib⁹ ſuis & Monaſterio ſuo Moyſiac, prædicto donet in perpetuum & concedat ex cauſa permutationis* dicto Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis *Eccleſiam, Prioratum* de Piſcatorijs, *Eccleſiam Uccatam* de Cos & S. Rufinæ, annexas villam & Motam S. Rufinæ, *& totum illud quicquid ſit quod Dominus Bernardus de Bruniquello habet facere Domino Abbati & Eccleſiæ Moyſiac. pro Mota & villa S.* Rufinæ. *prædictas Eccleſias* S. Petri de Vicule, de Negrepeliſſa. *Item Eccleſiã* S. Petri de l'Herm *Item Eccleſiam & Prioratũ cum pertinentijs ſuis. Item Eccleſiam* S. Burgũd: de Sales. *Item Eccleſiam & Prioratũ* de Calciata & *Eccleſiã* S. Oderi; *vulgariter appellatam* S. Gauſi; Item *Eccleſiam* Fontis Noui. & *quicquid Iuris habet & habere poteſt in & ratione Priorat⁹, & Eccleſiam* de Cos. & S. Rufinæ *ſeu aliqua alia ratione quæcumque. Volumus & ordinamus, quòd non ſolum donationem & conceſſum faciat dictus* Dominus *Abbas Domino Epiſcopo prædicto de Eccleſiis & Prioratibus ſupraſcriptis. Item Volumus & ordinamus, quòd faciat de omnibus ædificijs exiſtentibus in* Eccleſiis *ſupradictis cum decimis, primitijs, Iuribus, hominibus & fæminis & alijs omnibus quæcumque pertinent vel pertinere poſſunt ad* Eccleſias, *& Prioratus prædictos, & ad eundem Dominum Abbatem & ad eandem* Eccleſiam *Moyſiacenſem pro* Eccleſiis *& Prioratibus ſupradictis:* De decem vero libris, *& albergio & homagio prædicto quæ debent facere & præſtare dicto Domino* Epiſcopo Raymũdus Geraldi, Petrus frater eius prædictus, *ordinamus & dicimus, quod ipſe donet & in perpetuum concedat Domino Abbati & Monaſterio Moyſiacen. prædicto dictas decem libras & albergium & homagium ſupradicta, & quicquid Iuris ipſe habet vel habere poteſt contra* Raymundum Geraldi, & Petrum *fratrem prædictum ratione decem librarum dictarum, albergij, & homagij prædicti, Et quia fore ab aliquibus crederetur quod dictæ Eccleſiæ dicti* Domini *Epiſcopi & res quas in permutatione deducit plus valerent, quam* Eccleſiæ *& Prioratus prædicti quas & quos dictus Dominus*

Abbas

Digitized by Google

Abbas in permutatione deducit, Ideò ordinamus & ordinando praecipimus eidem Domino *Abbati, quod ipſe det & refundat dicto Domino Epiſcopo in recompenſationem plus ualentiæ ſi qua ſit, quingentos ſolidos Caturcenſes, renduales, & quòd eos ſibi in bono loco, & competenti aſſignet; aliàs decem millia ſolidos Caturcenſes, de quibus Dominus Epiſcopus emat & acquirat, ſibi, & menſa ſua quingentos ſolidos renduales, & hoc ſit in optione dicti Domini Abbatis prædicti. Et nos* Epiſcopus *antedictus donationem ſeu arbitrationem arbitrorum ſeu arbitratorum prædidictam, ratam & gratam habentes, attendentes quòd dicta permutatio, ſecundùm quod tracta eſt, & etiam ordinata, vtilis eſt, & bona nobis, & Eccleſiæ meæ, cuius conditionem in hoc & in alijs intendimus facere meliorē, de conſilio & expreſſo conſenſu, & concordi & vnanimi voluntate Capituli noſtri iuxta arbitrationem ſeu ordinationem prædictam in perpetuum ex cauſa permutationis, concedimus & donamus omnes* Eccleſias *iam prædictas, cum omnibus iuribus ſuis, & pertinentijs, ſecundùm quòd ipſa pertinentiæ* Superiùs *ſunt expreſſa, per arbitros ſeu arbitratores prædictos; vel meliùs, ſi meliùs intelligi poteſt, & debet, Domino Abbati & Monaſterio ſuo Moyſiacenſi prædicto, & de omnibus deinueſtimus nos, & inueſtimus Dominum Abbatem prædictum; Saluo tamen in omnibus Iure noſtro, & Miniſtrorum noſtrorum, nec non & Rectorum ipſarum Eccleſiarum ſecundùm quod per dictos arbitros ſeu arbitratores eſt ſuperiùs ordinatum: & Volumus & concedimus eidem Domino Abbati, & ſucceſſoribus ſuis, quòd in dictis* Eccleſiis *poſſint facere Prioratus & Priores inſtituere in eiſdem, ſaluis Capellanis Eccleſiarum dictarum, & ſaluò vt prædiximus in omnibus Iure noſtro, & miniſtrorum noſtrorum; Item Volumus & concedimus eidem Domino Abbati & ſucceſſoribus ſuis quod in vna* Eccleſiarum *praedictarum, in qua idem Dominus Abbas vel ſucceſſores ſui fecerint Prioratum, illo modo ſit Capellanus eiuſdem* Eccleſia, *cum Priore eiuſdem loci, quo quidem modo* Capellanus de Calciata *erat & fuerat cum Priore* de Calciata; & talem Capellaniam recipiat in ipſa Eccleſia, cum ibi inſtitutus fuit Prioratus, *qualem recipiebat Capellanus in dicta* Eccleſia de Calciata, *& nos per firmam ſtipulationem promittimus eidē* Domino Abbati quòd quàm cito viginti ſex libras *Caturcenſes renduales nobis dederit, & aſſignauerit competenter, vel decem millia ſolidos Caturcenſes nobis ſoluerit unde emamus eas, quod nos dabimus in perpetuum & concedemus eidem D. Abbati* & *ſucceſſoribus ſuis decem* libras albergium & homagium ſupradictum, & quicquid Iuris & eis nobis *debetur à* Raymundo Geraldi & Petro *fratre ſuo prædicto: Et damus & concedimus liberam poteſtatem eidem Domino Abbati & ſucceſſoribus ſuis apprehendendi ſua propria authoritate poſſeſſionē dictarum Eccleſiarum quàm cito eas vacare contigerit, vel alteram earundem; Et nos dictus Abbas pro nobis & ſucceſſoribus noſtris ratam & gratam habentes ordinationem ſeu arbitrationem ar-*

bitrorum ſeu arbitratorum prædictorũ, quia firmiter credimus, quod prædicta ordinatio eſt vtilis nobis, & Eccleſiæ noſtræ, ſecundum quod per arbitros ſeu arbitratores prædictos eſt tractata ſuperiùs, & etiam ordinata dicto Domino Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, de conſenſu & voluntate expreſſa Conuentus noſtri Eccleſias noſtras & Prioratus noſtros prædictos cum Iuribus ſuis & pertinentijs vniuerſis, ſecundum quod ipſæ pertinentiæ per dictas arbitros ſeu arbitratores ſpecificatæ ſunt ſuperius, ſeu expreſſæ; vel meliùs ſi intelligi poteſt & debet, eidem Domino Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, ex cauſa permutationis, in perpetuum concedimus, & donamus & in eum transferimus quicquid Iuris habemus, vel habere poſſumus in eiſdem; Et inde deueſtimus nos & inueſtimus Dominum Epiſcopum ſæpe dictum, ſaluo tamen Iure eorum qui nunc tenent dictas Eccleſias & Prioratus prædictos: Et volumus & concedimus dicto D. Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quòd quàm citò vacare contigerit dictas Eccleſias ſeu Prioratus prædictos, vel altera ſeu alterum eorundem, ſuâ propriâ auctoritate poſſint apprehendere poſſeſſionem earum, ſeu Prioratuum prædictorum; Et nos Epiſcopus & nos Abbas prædicti, renunciamus in hac parte omni priuilegio, & omni Iuris auxilio canonici & ciuilis conditi vel condendi, & ſpecialiter auxilio in integrum reſtitutionis, & omnibus rationibus per quas contra dictam permutationem venire poſſemus: In quorum omnium prædictorum, & ſingulorum munimen, nos Epiſcopus antedictus; & nos Abbas prædictus, ſigilla noſtra vna cum ſigillo arbitrorum prædictorum, præſentibus litteris duximus apponenda; Et nos Capitulum Caturcenſe prædictum, de quorum conſilio & conſenſu recognoſcimus fuiſſe factam permutationem prædictam, quia firmiter credimus ipſam permutationem fuiſſe factam ad vtilitatem dicti Domini Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum, & nos Conuentus Moyſiacenſis prædictus, de quorum conſilio & conſenſu recognoſcimus fuiſſe factam permutationem prædictam, quia firmiter credimus ipſam permutationem fuiſſe factam ad vtilitatem dicti Domini abbatis & ſucceſſorum ſuorum, & noſtram, ſigillum noſtrum his præſentibus litteris duximus apponendum. Datum &c. 15. calendas Maij Anno Domini 1270. 128

Odia varia ſopiuntur.

OCCVPATVM hactenùs Bartholomæum vidimus Clero inſtituendo, Capitulo legibus ſanctionibuſque illuſtribus aſtringendo, Eccleſia Cathedrali alijſque innumeris Diœceſi vniuersâ ditandis amplificandiſque, demum Paſtoris Opt. numeris omnibus defunctum feliciſſimè, rebus Eccleſiaſticis ad meliorem formam, ſplendidioremque faciem incredibili ſapientiâ, conſtantiaque, transferendis. Superat vt diſſidia componentem Ciuium, iuraque Sedis præſenti animo propugnantem, non tàm intueamur, quàm intuiti demiremur. ***Raimundum*** inter Antiſtitis germanum fratrem, *Vincentiumque* Archipresby-

Bartholomæi fratre Raimũdo, cũ Vincẽtio Archipresbytero diſſidia.

terum Cadurc. graues adeò rixæ ſimultateſque interceſſerant, vt dum variè vtrinque contenditur, nunc vi apertâ, nunc occultis inſidijs, *Vincenty* cæde ſacrilega non tam terminarentur odia, quàm accremento æſtus maiori recrudeſcerent. Antiſtitis noſtri tum erat pro ſuo in Cadurcenſes Dominio de re tota inquirere cenſereque certè donec ampliori celſiorique tribunali diiudicandi rei ſiſterentur, ſi forte Præſulē ab ferēda ſentētia abſtinere cognationis iura haud temerāda impetraſſent. Interim Cadurcenſes Coſſ. Raimundum ab ipſo germano in carcerem vinculaque coniectum viribus occupant inuaduntque; de cæde dèque cæſoris pœna, abnuente Antiſtite cuius ipſi *Clientes* forent, ſententiam laturi. Monet, deſiſtant à cæpto, Pontifex, temeritatem tàm audacis facinoris, pœnitudine vlciſcantur: Renuunt illi, adque monita iuſſaque rigidiores, quem placare debuerant, grauiùs pungunt, donec anathematis fulmine feriendi viſi. Prouocant ad Pontificem, ad Regem Coſſ.

Vincentij cæſores Bartholomæ' carcere claudit: Extrahūt Coſſ. Excommunicantur: prouocant.

iamque acerbioribus hinc inde odijs in ciuium perniciem exarturis fomes diſſidiorum infeſta omnia portendebat; Cùm ecce pacatis prudentiâ Antiſtitis Conſulumque conſilio animis, viſum ſatius, vt ad fidelem peritumque arbitrum lis omnis deferatur, ſteturque vtrinque eius placito. Nec viſus id temporis celebrior illuſtriorque. & qui ad ambarum partium ſtomachum magis faceret *Raimundo Toloſano Præſule, ex S. Dominici* recēs enata familia, ad id muneris honoriſque vi meritorum, virtutumque ſuffragio, haud adeò pridem euecto. Is Conſulum licentiam compeſcit, iuſque omne publici carceris Antiſtiti, Ciuitatis ſcilicet *Domino* pro ſuo iure adſerit; Iubet, ignoſcat ciuibus Bartholomæus quidquid in illo ſeditionis repentinæ tumultu peccatum, *Raimundum fratrem* ſeueriſſimo plectat exilio, nihil de conſtantia æquitateque remitti paſſus, Fraternâ quamuis amicitiâ abblandiente. Paret quà erat religione Pontifex, & perenne ad immortalem poſteritatis memoriam æquitatis in Fratrem etiam exemplum edit: Parent & Cōſules inque gratiā redeunt, nullo poſt hac decurſu temporum diſſuendā; Tabularū ex Cadurcenſis Ciuitatis Armario eas hoc loci attexā partes, quę ad poſteritatis documentum plus videantur eſſe facturæ. Poſt tabulas quippe cōpromiſſionis mutuæ anno 1259. die Mercurij ante Paſcha ſubſcriptas, Raymundi Præſulis Toloſani ſententia ſequitur hoc tenore,

Compromittitur in Raymundum Toloſanum Epiſcopum.

Raimūdi Toloſani ſententia.

ORDINAMVS, quòd dictus Epiſcopus Cadurc. prædictum Raymundum *fratrem ſuum remoueat perpetuo de toto Epiſcopatu Cadurc. & faciat quòd ipſe Raymundus iuret ſupra Sancta Dei Euangelia ſe nunquam reuerſurum, vel procuraturum per ſe vel per alium quod ad Epiſcopatum eundem vllo tempore reuertatur, & ſi aliquis actionem hac ratione iniuriarum, vel aliqua alia ratione, vel cauſa, pro captione ſua, detentione, tormentorum ſubiectione, cuſtodia carceris, vel alia, pro facto ſupradicto, contra Coſſ. Cadurc. & eorum ſucceſſores*, Comitem dictæ villæ,

In exiliū relegetur Bartholomæi frater itaque cedat actione omni in Conſules.

vel aliquem, vel aliquos, totum cum iuramento quitet, remittat, & abſoluat, eiſdem ipſe Raymundus per publicum inſtrumentum. Item volumus & mandamus quod Dom. Epiſcopus *praedictus mittat vltra mare illos duos homines captos pro negocio ſupradicto, ſcilicet* Helionem & Petrum Paris *per quinquennium ibidem moraturos, & nunquam intrent de caetero*

Cõiurati alij expellantur.

Ciuitatẽ vel Diœceſim Cad. & ad hoc faciendum & completũ ꝑ iuramentũ proprium obligentur. Item dicimus, ordinamus pariter & mandamus, quod Dom. Epiſcopus praedictus reducat coſſ. & totam vniuerſitatem,

Bartholomæus omnia condonet.

Cadur. ad gratiam ſuam pariter & amorem, & remittat eis ex corde & quòd aliquam actionem habet contra Coſſ. *& vniuerſit.* Cadurc. *pro captione, cuſtodia carceris, armatorum in domo ſua poſitione, vel aliter pro facto & negotio ſupradicto, totum liberaliter remittat, abſoluat, & quitet, ſine aliqua retentione pro ſe & ſuis ſucceſſoribus vniuerſis.*

Ius carceris ſolus retineat vt Dominus Ciuitatis.

Item cuſtodiam carceris totaliter dicimus eſſe ſupradicti Dom. Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum, & mandamus Coſſ. *ſupradictis & toti vniuerſitati quòd de catero in cuſtodia carceris nullum ſibi vel ſucceſſoribus ſuis impedimentum apponant. Item dicimus & mandamus, quod tam* Coſſ. *quàm vniuerſitas ſuprad. Epiſcopum tanquam Dom. ſuum temporalem & ſpiritalem habeant ſemper in reuerentia & honore, ipſum diligant, honorem ſuum illaeſum illi cuſtodiant & obſeruent: hac autem omnia & ſingula ſupradicta mandamus, prout á nobis dicta ſunt, vel etiam ordinamus ab ipſis partibus in virtute praſtiti iuramenti in perpetuum inuiolabiliter obſeruari. Acta ſunt hec apud* Cadur. *14. Kal. May Anno Dom. 1259. in praſentia & teſtimonio venerabilium virorum Bartholomaei maioris Archidiaconi* Cadurc. *Mag. G. de* Cluzello *&c.* 129

Pare: Raimundo. Toloſano Barthol

PARENTIS verò Raimundo Præſuli Toloſano, Bartholomæi noſtri, inque germanum ipſum ſeueriſſimè ſtatuentis Diploma ſic ſe habet BARTH. Dei *G. Cad. Ep. vniuerſis praſentes litt. inſp. Sal. in D.* NOVERITIS *quòd cum nos Epiſc. antedictus de omnibus cauſſis, queſtionib. & querelis, quas habem⁹ vel habere poteramus, cõtra* Coſſ. *&* Ciues Cadurc. *occaſione carceris noſtri, captionis & detentionis* Raimundi *fratris noſtri,* clerici & Canonici *Cadurc. & aliorum cantorum detentorum in carcere noſtro, compromiſerimus in Venerabilem Patrem Dom. Raimundum Dei gratia Epiſcopum Toloſanum, & ipſe ſic voluerit & ordinauerit quòd nos Dõ. Raimundum fratrem noſtrum remoueamus perpetuò de toto Epiſcopatu Cadurc. & faciamus quod ipſe Raimundus iuret* ſuper ſancta Dei Euangelia ſe nunquam reuerſurum, vel procuraturum *per ſe, vel per alium, quod ad Epiſcopatum iam dictum vllo tempore reuertatur. Et ſi aliquam actionem habet ratione iniuriarum, vel aliqua alia ratione, vel cauſa pro captione ſua, detentione & tormentorum ſubiectione, contra* Coſſ. *Cadurc. & eorum ſucceſſores communitatem villae, vel aliquem, vel aliquos de praedictis, totum cum iuramento quitet, remittat, & abſoluat eoſdem ipſe Raimundus per* publicum *inſtrumentum, Nos de mandato, voluntate, & ordi-*

natione Dom. Dom. Epiſcopi Tholoſani nobis factis, ratione dicti compromiſſi, te Raimunde amouemus perpetuò de toto Cadurcino, & praeeipimus quod iures ad ſancta Dei Euangelia te nunquam reuerſurum vel procuraturũ per te vel per alium, quod ad Epiſcopatum iam dictum vllo tempore reuertaris, & quod ſi aliquam actionem habes ratione iniuriarum, vel aliqua alia ratione, vel cauſa, pro captione tua, & tormentorum ſubiectione contra coſſ. cadurc. & eorum ſucceſſores, communitatem, dictæ villæ, vel aliquem, vel aliquos, de prædictis, totum cum iuramento quites, remittas, & abſoluas, & eis ſuper hoc concedas publicum inſtrumentum: dictus verò Raimundus per dictum præceptum noſtrum iurauit tactis ab ipſo ſacris Dei Euangelijs, ſe nunquam reuerſurum vel procuraturum per ſe, vel per alium, quòd ad Epiſcopatum Cadurcẽſem vllo tempore reuertatur, & omnes actiones quas habet vel habere poterat ratione iniuriarum, vel aliqua ratione vel cauſa, pro captione ſui, deiectione, & tormentorum ſubiectione contra coſſ. cadurc. & contra ſucceſſores, cõmunitatem dictæ villæ, vel aliquem, vel aliquos de dicta villa, remiſit idem Raimundus *eiſdem & ſoluit & quitauit: & liberauit eoſdem, ſuper præmiſſis praedicto Iuramẽto ab eodẽ quòd omnia ſupradicta obſeruet, & contra prædicta non veniat, vel contra aliquod de prædictis. In cuius rei teſtimoniũ & munimen, nos Bartholomæus Epiſco. anted. ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Actum Cadurci die ſabb. poſt Paſcha A. D. 1259.* Cæterum ne quis proniorem Epiſcopum noſtrum ad diras Eccleſiaſticas intentandas exiſtimet, Pontificem ipſum Max. audiat aliquot ante annis, cum iacta eſſent diſſidiorum ſemina, ad eorum fibras omnes Excõmunicationis gladio recidendas impellentem adhortatẽq;

Alexander Papa hortatur Bartholomæum vt coniurationes Excõmunicatione diſſoluat.

ALEXANDER Ep. S. S. Dei Dilecto Fr. Cad. Ep. Sal. Ap. Ben. C*VM ſicut ex parte tua fuit propoſitum corã nobis, in tua Ciuitate ac Diœceſi frequentes fiant colligationes & coadunationes per quas eneruatur libertas Eccleſiae; nonnunquã pax praedicta Ciuitatis ac Diœceſis perturbetur; praeſentiũ tibi auctoritate concedimus, vt colligationes & coadunationes huiuſmodi facias omnino diſſolui, nõ obſtãtib. aliquib. Statutis & quibuſlibet alijs per quæ id impediri vel differri valeat, & de quib⁹ ſpecialem oporteat in praeſentib. fieri mentionem, contradictores per Cenſuras Eccleſ. appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Datũ Anagniæ 3. Kal. Octob. Pontif. noſtri an. 1. qui eſt Chriſti 1255.*

An. 1258. Controuerſiam cum Dom. de *Raſiels* terminat.

Compoſuit & controuerſiam haud mediocrẽ ſuper feudo decimiſq; obortam, *Guillelmum* inter *de Lardo*, Dominum de *Raſſiels*, & *Raynaldum de Caminada* caſtri eiuſdẽ Parochum, ſtatuitq; vt dimidium *Dõ.* obueniret deinceps (ea lege vt *duos ſolidos quotannis Antiſtiti Cadurcenſi vnumq; marabetinum penderet*, ad Feſtum ſanctis omnib. diem) dimidiũ intactum Parocho ſeruaretur. ſubnotatio tabularum huiuſmodi in menſe Aprilẽ cadit annumq; 1258. Diremit & quatuor pòſt annis haud diſſimilem ſed momenti multò maioris litẽ: Contendebat quippe *Aymericus de Gourdon* antiquiſſimâ nobiliſſimâque ſtirpe

An. 1262.
Aliam cum Dom. de Roque-feuil.

de Roque-feuil oriundus, iura non pauca variarum Cadurcenſi tractu Eccleſiarum, ſibi familiæque Feudi nomine attributa olim, quòd Cadurcenſe ſolum ab Arianæ peſtis contagio liberaſſet, non niſi iniquiſſimis conditionibus ſibi ſubtrahi poſſe: quæ tamen cum ſui iuris eſſe Antiſtes vellet, non poterat ſine graui diſſidio, odijſque periculi pleniſſimis litigari. At pacauit rem totam quâ erat prudentiâ Præſul, vixq́ue nimium tribui poſſe ratus nobilitati, quæ armis virtutéque ad Catholicam rem amplificandam anniteretur (quo in albo dudum fuiſſet Familia de *Roque-feuil* claritate, ac auitâ pietate vix vlli ſecunda) nihil de feudis hiſce autumat detrahendum, *Vrbe de Fontanes* ſibi retenta, clientelariæq́ue poſſeſſionis fide legitimè exacta; quod pluribus exſcriptæ apud me tabulæ anno 1242. ſubſcriptæ olim docent. quas ipſas ratas tum de Conſenſu Epiſcopi Capitulique *Carolus VIII. Galliæ Rex* Decreto ſupremi Senatus tum Toloſæ Sedentis, ad perennem poſteritatis memoriam firmas legitimaſque voluit ipſis Regni auſpicijs A. D. 1494. extremò Februario.

Bartholomæi ius monetale.

Anno 1265.

IVRIS MONETALIS priuilegio adhuc potitum integrè anno 130
1265. hæ tabulæ membranâ peruetuſta penes me ſcriptæ doceant, BARTHOLOMÆVS *Dei G. Cad. Ep. Vniu. praeſ. lit. inſp. S.d. in Dom. NOVERITIS quòd cum nos feciſſemus operari monetam in lege trium denariorum argenti, & in pondere viginti ſolidorum & quatuor denariorum pro qualibet marcha, & prædeceſſor noſter bonæ memoriæ G. Epiſcopus Cadurc. feciſſet operari in minori pondere & lege, quia moneta quam operari feceramus nimis groſſa erat, & toti terra, per conſequens oneroſa videbatur, Conſules Caducri pro ſe ipſis & Vniuerſitate Cadurci, & pro conſulatibus & villis, nec non pro tota terra Caturcinij ipſis Conſulatibus ſeu maiori parte ipſorum conſentientibus, nos requiſierunt, & cum inſtantia rogauerunt, quòd pro communi vtilitate & euidenti neceſſitate totius Cadurcinij, à dictæ monetæ fabrica ceſſaremus & operari monetam faceremus in lege duorum denariorum, & vnius grani argenti*, ad argentum Montiſpeſſulani, *& in pondere viginti trium ſolidorum minus duobus denarijs pro qualibet marcha. Nos vero vtilitatem communem noſtræ propriæ præferre volentes, ac dictis conſulibus Cadurci facere gratiam ſpecialē, dictorū Conſulum de Cadurco, & Conſulatuū de Cadurcino precib⁹ annuentes, eis annuimus & conceſſimus quòd monetam faciemus in lege duorum denariorum, & oboli vnius, & vnius grani argenti, ad argentum Montiſpeſſulani, & in pondere viginti triū ſolidorū minùs duobus denarijs pro marca: quæ æqualiter currat cum moneta facta à prædeceſſore noſtro G. Epiſcopo Cadurc. & quòd iſto modo, & ſub iſta forma faceremus operari dictam monetam quòd propter hoc, ſeu ratione innouationis dictæ monetæ, nullum ius acquiratur*

…o virtute, innouando pecuniam …n populi gratiâ.

nobis ſeu ſucceſſoribus, innouandi vel mutandi monetam; Et quod dictis Coſſ. & vniuerſitati & alys villis nullum propter hoc preiudicium generetur. Promittimus etiam dictis onſulibus pro ſe & vniuerſitate Cadurci, & tota terra Cadurciny recipientibus, quod ratione dicta mutationis non poſſit eis fieri praiudicium in futurum, nec nobis vel ſucceſſoribus aliquod ius acquiri mutandi vel innouandi monetam. Et recognoſcimus eis quod poſtquam ſemel monetã mutauerimus, aliam facere ſine eorum voluntate non poſſumus, nec debemus; nec etiam aliquis ſucceſſorum noſtrorũ poteſt, poſtquam ſemel monetam innouarit vel mutauerit, aliam facere, nec mutare ſeu innouare. Et nos Conſules ciuitatis Cadurc. recognoſcimus vobis Dom. Bartholomeo Dei *gratia* Epiſcopo Cadurc; Et *Eccleſia* Cadurc. *quòd quilibet ſucceſſorum veſtrorum, qui pro tempore fuerit Epiſcopus* Cadurc. *poterit mutare vel innouare monetam* Cadur*cenſem ſemel tantum & non amplius. Praterea promittimus quod hanc monetam iam innouatam bonam & legitimam ſeruabimus toto tempore vita noſtra, & in tali lege & pondere prout ſupra eſt expreſſum: Et nos Epiſcopus predictus promittimus eis, quod omnia predicta & ſingula firma & illibata ſeruabimus, & quòd contra non veniemus aliquô iure, vel aliqua ratione.* Et *nos Epiſcopus predictus in fidem & teſtimonium predictorum ſigillum noſtrum preſentibus litteris duximus apponendum; Et nos* Capitulum *predictum in fidem & teſtimonium predictorum, ſigillum noſtrum praſ. litter. duximus apponendum Et nos* Conſules Cadur. *predicti ſigillum noſtrum praſ. litt. duximus apponendum in fidem & teſtimonium predictorũ. Datum Cadurci A. D. 1265. Menſe Decem. die Sabbathi poſt feſtum B. Andrea Apoſtoli.*

IAM ante Bartholomæi fata quod illi cum ſequentib. ſolio eodem
131 Antiſtitibus Raimundo, Sicardoque, commune eſt, inſeramus. *Caiarci
Oppidi Dominium* ab eo Succeſſoribuſque proximis duobus, Epiſcopa-
li Sedi adiunctum, Docet M. S. Codex perantiquus *Epiſcopalium
Priuilegiorum* Cadurc. Antiſtitis fol. 6. in hæc verba, *HI ſunt Do-
mini quondam de Caiarc à quibus emerunt, & acquiſierunt Domini
Epiſcopi Cadurc. ſubſcripti, Dominium quod habebant in dicto loco de
Caiarc, videlicet* Simon, Bertrandus, & Gaillardus de Caiarc, *& ab
iſtis tribus emit Dom.* Bartholomæus *quondam cadurc. Epiſcopus;
partem videlicet* præfati Simonis *de dicto Dominio, pretio* octo mil-
lium ſolidorum; *partem verò* Bertrandi *pretio ſeptem mill. ſolidorum;
partem autem* Gaillardi *pretio* quinque millium ſolidorum. *Item*
Guillelmus de Balaquier, & Hugo de Cardaillac, *quorum partes de
Dominio dicti loci de Caiarc emit* Dom. Raimundus de Cornelio
quondam Cadurc. Epiſco. partem videlicet dicti Guillelmi *pretio* du-
centarum librarum turonenſium; *partem verò dicti* Hugonis de Car-
daillac, *pretio* centum librarum turon. *Item* Bertrandus de Balaquier

Caiarci Dominium acquirunt, Bartholomæus, Raymundus, & Sicardus Epiſcopi Cadurc. & quomodo.

& Arnaldus Baraſc, *& ab his duobus acquiſiuit Dom.* Raimundus Pauchelli, *quondam Epiſc. Cadurc. de dicto Dominio de Caiarc, videlicet à præfato Arnaldo Baraſc*, Repayrium de Sancta Hobola, per vjam permutationis, *ſeu exſcambij facti de duabus Eccleſijs; à dicto verò* Bertrando *per viam ſimilis permutationis facta de duabus alijs Eccleſijs videlicet* Monſales & Balaquier.

Obitus Bartholomæi.

Temporis ratio.

OBITVS Bartholomæi diem, Necrologium Cadurcen. Capituli annotat hiſce verbis *Nonis Sept. fit obitus bonae Memo. Do. Bartholomei Cadurcen. Epiſcopi qui obijt A. D. 1273.* 132
Quo certe die tranſlatum ad ſuperos minimè dubitamus Antiſtitem tres ſupra viginti annos in officio tanta cum laude verſatum, vix vt vllum Paſtoris Opt. munus omiſiſſe vnquam apud rerum æſtimatores æquos videri poſſit. Eius tàm iucunda grataque recordatio noſtros inter, communi vt parœmia circumſerretur paſſim rythmica eius hæc cõmendatio *Viuat Deus & Dominus Bartholomæus*, Certè vt habet ſedes noſtra Cadurcenſéque Capitulum, cur tanti Præſulis memoriam intactam perennemque æternùm ſeruet; ſic habent futuri Antiſtites quam imitentur vigilantiam rebus nimirum Eccleſiæ ordinandis; pijs legibus ſanciendis; magnatum faſtu elidendo, pietate probitatéque demerenda; æquitate ſeruanda, & vel Cognatorum quorumuis Capite periculóque confirmanda.

VACAT SEDES ſeptem annos, ab A. D. 1273. ad 1280.

Fiſcales coactores inuolãt in bona ſedis vacantis.

VACANTE Sede Cadurcenſi ab anni 1273. Nonis Septembris ad annum vſque 1280. quo Raimundus I. id nominis ſublectus
eſt, inuolarunt confeſtim in Eccleſiaſtica bona, *Bartholomæi* 133
conſeruatoris optimi præſidio deſtituta, *Fiſcales coactores*, ſubodorati ſcilicet prædam, & ſuas, etiam non annuente Rege, amplificare fortunas, déque Eccleſiæ ruinis ſarcire certi. Inuadit, occupatque redditus *Odo de Fayello* Seneſcalli Petragorenſis vice; ipſomet Sedis vacuæ primo anno, die ſcilicet Iouis ante Feſtum *S. Luciæ*, vti ferunt Tabulę perantiquæ in Cadurcenſis Capituli Archiuo aſſeruatæ, Donec anno 1275. compromiſſum vtrinque eſt, diiudicatumque in Cadurcenſis Capituli gratiam, ad quod prouentus huiuſcemodi receptiſſimo dudum more, deuoluerentur: quamquam diſſidijs euitandis, ſeditionibuſque ciuilibus declinandis in vſurpati Iuris ceſſione Capitulo facienda, de ſumma non parum detractum eſt. teſtãtur id omne *Philippi III.* Regis litteræ ex tabulario Cadurcenſis Capituli fideliter exſcriptæ in hæc verba. PHILIPPVS *Dei gratia Francorum Rex Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Sal. Notum facimus quòd nos literas dilecti, & fidelis clerici noſtri* Magiſtri Geraldi de Malamorte *Canonici Lugdunenſis, vidimus in hac verba, Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis* Magiſter Geraldus de Malamorte *Dom. Regis Francorum clericus & canonicus Lugdunenſis Sal. in Domino. Cùm quæſtio ſeu con-*

trouerſia

trouerſia verteretur inter venerabile Capitulum Caturcenſe ex vna parte & Simonem Gauſberti ſeruientem Domini Odonis de Fayello militis ſeneſcalli Petragoricenſis ex altera, coram Illuſtriſſimo Dom. Philippo Dei gratia Francorum Rege ſuper eo quod dictum Capitulum dicebat quod dictus Simon Gausberti, nomine & mandato Domini Anſelmi de S. Tone tunc temporis ſeneſcalli Petragorenſis pro Domino Francorum ceperat, & ſaiſiuerat occaſione ſeu ratione Regaliæ bona & fructus terræ Epiſcopi Cadurcenſis ſede vacante: licet dictus Rex nullam haberet in dicta terra ſeu Eccleſia Regaliam, vt dictum Capitulum aſſerebat: Propter quod petebat dictum Capitulum bona & fructus perceptos a dicto Simone ſibi reddi ab ipſo, nec non & quandam pecuniæ ſummam quam idem Simon habuerat pro emenda cuiuſdam duelli initi inter duos armigeros homines dictæ Eccleſiæ Cadurcenſis in terra & Iuriſdictione Eccleſiæ memoratæ; vt dictum Capitulum aſſerebat. Tandem poſt multas & varias altercationes hinc inde habitas inter partes, Procurator Capituli pro ſe, & nomine, & mandato ipſius Capituli; & dictus Simon pro ſe, Compromiſerunt in nos M. Geraldum, prædictum; & promiſit Procurator dicti Capituli pro ſe & nomine ipſius Capituli, Corporali præſtito Iuramento, & ſub pœna ducentarum librarum Cadurcenſium ſe facturum & curaturum quod dictum Capitulum ſeruabit inuiolabiliter, & tenebit quicquid nos ſuper prædictis controuerſiis ſeu querelis, pace vel Iudicio duxerimus ordinandum. Nos vero rationibus vtriuſque partis diligenter auditis & plenius intellectis, Conſtitit quod Dom. Rex præfatus præceperat deliberari per dictam Regaliam fructus perceptos occaſione Regaliæ, ac etiam emendam prædictam reddi Capitulo memorato: habitâ ſuper promiſſis deliberatione cum conſilio Dom. Regis, pro bono pacis, DICIMVS & volumus ac etiam ordinamus quod dictus Simon in vniuerſo, tàm pro emenda dicti duelli quàm pro fructibus perceptis ab ipſo, vel ſeruientibus, ſeu Bailiuis ſiue de terra Epiſcopi & Eccleſiæ, ſede vacante, occaſione ſeu ratione Regaliæ ſoluat & reddat tantummodò dicto Capitulo quingentas libras Cadurcenſes in terminis infra ſcriptis videlicet ter centas libras in inſtanti Feſto omnium Sanctorum, & centum libras, in Feſto Aſcenſionis Domini proximé ſubſequentis, & quod de his tenendis & complendis det dictus Simon Capitulo prædicto idoneas Cautiones corporali ſuper hoc præſtito Iuramento; Prædictum vero Capitulum debet dicto Simoni dare litteras ſigillo dicti Capituli ſigillatas de facienda guerentia eidem de Epiſcopo futuro, & etiam contra alios homines omnes qui pro Emenda prædicta ſeu fructibus, & obuentionibus habitis, & perceptis, occaſione prædictæ Regaliæ ab ipſo Simone ſeu à ſuis ſeruientibus vel Baillivis mouere poſſent in futurum contra dictum Simonem vel ſeruientes vel baillivos quos ipſe vel aliquis nomine ſuo in dictis locis poſuerat aliquam, quæſtionem; & quòd ipſi in initio litis, in ſe aſſumerent dictam iam Cauſam vel re-

Deinde ceduntur iura illa omnia Capitulo; quanquam ſtudio pacis nonnullis detractis.

quiſitionem Simonis ſupradicti. Nec non Capitulum debet dare dicto Simoni pro ſe & ſeruientibus & baillinis ſuis quos ipſe poſuerat in terra præfata Eccleſia, occaſione Regaliæ litteras ſolutionis & quitationis bonas, & ſufficientes, ſigillo Capituli ſigillatas. Quæ omnia fieri per nos inter dictas partes cum conſilio & voluntate Reuerendi Patris Dom. Philippi Dei gratia Ebroicenſis Epiſcopi pro bono pacis & concordiæ taliter ordinata. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Pariſiis die veneris poſt Octauas natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ A. D. 1275. In cuius rei teſtimonium ad requiſitionem prædictorum, Procuratoris Eccleſiæ prædictæ & Simonis, præſentibus litteris noſtrum ſigillum fecimus apponi. Actum Pariſiis A. D. 1275. menſe Iulio

An. 1279 Rex Galliæ cedit ius omne Regaliæ in ſedem vacantem Cadurcenſi Capitulo.

EXTANT & aliæ *Philippi* litteræ An. 1279 tum ſedem Cadurcenſem vacuam adhuc, tum Ius omne in Epiſcopales prouentus, non Regi, ſed Capitulo attributum vbi primum ſedes vacauerit (quæ eſt Cadurcenſis Eccleſiæ immunitas, gratiaque haud certé modica) quam locupletiſſimé atteſtatæ. hæc eſt ex Archiuio Capituli, ius omne concedentis Regis formula. PHILIPPVS &c. *Notum facimus vniu quod nos occaſione Saiſinæ, & adminiſtrationis bonorum Epiſcopalium Cadurcen. quæ Sede Vacante de mandato noſtro,* Simon de Meledino *miles*, ſeneſcallus *noſter* Cadurcen. & Petragoric. *in manu noſtra cepit & ſaiſiuit, cuſtodiuit, & cuſtodiri fecit, nolumus quod nobis vel ſucceſſoribus noſtris, aliquod Ius nouum accreſcat, vel minuatur antiquum, quodque prætextu* Regaliæ, *Gardiæ ſiue Cuſtodiæ huiuſmodi, Capitulo Cadurcen. cui ſaiſinam & adminiſtrationem prædictas dimiſimus, quoniam ad Capitulum ipſum præmiſſa ab antiquo pertinere didicimus, poſſit in hac præſenti vacatione vel in futuris. vacationibus præiudicium generari. Quod vt ratum & ſtabile permaneat in futurum præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſiis A. D. 1279. menſe Febru.* extremo ſcilicet (ea epoche) anno. Verum plura de iure hoc infrà. 134

Raimundus I ab A. D. 1280. ad 1293. ex Archiiacono Cadur.

RAIMVNDVS I. DE CORNELIO.

RAimundus. *I. de Cornelio* ad vâcuam Præſule ſedem Bartholomæo ſuo illo immaturius viduatam, iam ſatis ſuperque orbitatis mœſtiſſimæ damna expertam, nihil deceſſoribus conſtantia, ſapientia, claritateque inferior feliciſſimè omnium votis euehitur A. D

1280 *ex Archidiacono Cadurcenſi*, quo munere diutiùs perſunctus cum laude fuerat, Antiſtes creatus; vt ne dux foret antequam miles. Eo ſedente paſſim comperias *Raimundum de Cornelio* Archidiaconum, quem de eadem ſtirpe, familiaque ſuſpicor ob merita ſcilicet in cedentis Archidiaconatum Antiſtitis locum euectum. Ea dignitate priùs defunctum teſtabitur abunde extremis Actis *Necrologium Cadurcen. Capituli*: Eo anno ſediſſe, Cadurcum ſubiiſſe, Conſulumque fidelitatem obſequiumque ſpondentium ſolemnia iuramenta, recepto etiam ante more ceu Ciuitatis Dominum excepiſſe, docent publicæ tabulæ, ſcriptæ Octobris die 10. haud fuerit ingratum ipſam legere Iuramenti formulam ex Cadurcenſis Epiſco. Tabulario ſummâ fide decerptam. In nomine Patris & Filij & ſpiritus ſancti. Amen. *Anno Dom. milleſimo duccenteſimo octogeſimo, Indictione nona, decima menſis Octobris, Apoſtolica Sede vacante per mortem fœlicis recordationis Domini Nicolai Papæ tertii. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quod cum Reuerendus Pater Dominus Raimundus Dei gratia Cadurcenſis Epiſcopus, & Coſſ. Ciuitatis Cadurcenſis, nec non & vniuerſitas dictæ Ciuitatis in Cathedrali Cadurcenſi Eccleſia in vnum conueniſſent, ad præſtandum à prædictis Coſſ. & vniuerſitate Iuramentum dicto Domino Epiſcopo, prout mos eſt facere in Ciuitate prædicta, quando in eadem creatur nouus Epiſcopus, & primo venit ad eam vt nouo domino loci einſdem forma Iuramenti huiuſmodi in mei infra ſcripti Notarij, & Teſtium ſubſcriptorum præſentia, lecta fuit coram dicto Domino Epiſcopo, & Conſulibus, ac vniuerſitate prædictis altâ voce, & publice in hæc verba. Aiſſo es lo ſagrament, & la forme del ſagrament que lhi Coſſol de Caortz ſan à l'Aueſque quand intro Aueſque nouuel, & Iure lhi ſiotat, & quel gardou ſa vido, & ſa membra Et quelz donou leyal Couſſelh quand los lour demandaro ſegon lor eſſient, & qu'el tengo ſecret, & celat, daquelas cauſas que lor reuelhera ſecretes, Et quel garde la Senhoria dins la Ciutat en bona fe, et plus fach nolhe deuo Et fach aqueſt ſagrament l'Aueſque promet lor en aquel mieh loc, que & lor ſera bon Senhor & defenſurier, & quelz aiudara & gardara & deffendra à ſon poder en bona fe, & autreia lor toutes los franqueſes aiſſi comme las an agudas ny vſadas an ſos Anceſſous, & lor promet que en aiſſy, comme las an agudas & vſadas, an ſos Anceſſors; las lor tendra & las lor gardara. Et fach aiſſo, totz los pobles de Caortz iuran lhi per eil ſo qu'hel Coſſol. l'han Iurat. Quâ formâ perlecta, ſtatim anno, indictione, loco & die prædicta*, Arnaldus de Cazeulas, Guillelmus Martini, Radulphus Gausberti, Ioannes dona-Dei, Bernardus dictus Yucrs, *& nonnulli alij Conſules præſentes ibidem dicto Domino Epiſcopo Iuramentum fidelitatis præſtiterunt ſecundum formam prædictam*.

An. 1280. excipit fidem ſpondentiũ Conſulum, iuramenta; & quâ formula.

Dabit hanc veniam antiquitati lector maternam vt linguam attexat.

Digitized by Google

& iuramento recepto, vt prædictum eſt, ab eiſdem; dictus Dominus Epiſcopus promiſit facere prout in dicta forma iuramenti & promiſſionis pleniùs continetur; Quibus actis Vniuerſitas ſeu populus Ciuitatis, eiuſdem iuramentum fidelitatis Domino Guillelmo Baraſci, & *quibuſdam aliis Canonicis Cadurcenſibus*, Domino Rogerio de Cornelio, Domino Raimundo Bernardo de Aynaco & Domino Girberto Ioannis *militibus, pro dicto Domino Epiſcopo, & ipſi° Nomine recipientibus, ſicut prædicti Cōſules eidē Domino Epiſcopo fecerant, præſtiterunt.* Actum Caturci, *anno, indictione, loco, & die, prædictis; præſentibus* Domino Sicardo de Montis penſati, Magiſtro Bartholomæo de Arcu de Figiaco, Archidiaconis in dicta Eccleſia, Dominis Raimundo la Trapa de Lopiaco, Hugone de Marinhac de Nebetges, & Arnaldo Porta de Petulia *Eccleſiarum Rectoribus*; Domino Girberto Ioannis. *Et ego Guiraldus Paor, Clericus Caturcenſis, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate*, Notarius publicus, *prædictis interfui, & præſens inſtrumentum publicum rogatus, fideliter excepi, ſignóque meo ſignaui.* 135

Iurat & populus Cadurci.

Eodem ipſo anno mirum eſt, quot, quantoſque viros nobiles, quot oppida, quot ciuitates etiam in clientelariæ fidei profeſſionem admiſerit Raimundus, quot ſequentibus deinceps annis ad 1293. extremum ſibi, felicemque; ſedi quam luctuoſum. Docent id tabulæ innumeræ Archiuo Cadurcenſis Epiſcopi à me perlecto, diſſutæ illæ, variiſque membranis dudum ſcriptæ; docent Codices integri M. S. prægrandes illi, qui hæc vna habent *homagia* iuſtam Bibliothecam propemodum factura; Quibus deinceps Epiſcoporum noſtrorum faſtos annotare foret facillimum, annoſque ſingulos hiſce titulis inſignire; ni foret in immenſum effuſura ſeſe materies, & modum omnem hiſtoriæ multò maximè exceſſura, tot tantiſque encomiis vel recenſendis, vel, quod multò prolixius, exactius adſcribendis. Haud inuoluendum tamen prorſus, tam obſtinato ſilentio cenſuerim clientem ſe tum profeſſum Raymundi noſtri Frotardum Vicecomitem Lauticencem A. C. 1281. 12. Kal. Octobr. ex Cadurcenſis præſulis tabulario. 136

Varia Raymundus excipit homagia, & à quibus.

Anno 1283. ſuſcepta cognitione litis, inter *Geraldum de Rupe*, Priorem *de Moleriis*, & B *de Rouſſillou*, & G. *de Anteiaco*, fratres Domicelios enatæ, fundo controuerſo priori adiudicato, addit Raimundus, *quod Domicelli, & quilibet ipſorum ſint Donati Ordinis B. MARIÆ de Corona, & domus de Moleriis antedictæ.* Datum poſt Feſtum inuent. S. Crucis. A. D. 1283. Iam annò 1285. Acta *Bituricenſis Concilij* ſub *Simone* Bituricenſi Archiepiſcopo Aquitaniæ Primate coacti ab Raimundo hoc noſtro ſubnotantur, vt docent pluribus *Statuta Synodalia Antonij de Luſech Præſulis noſtri Petragor. excuſa.* Ac quo erat in Cathedralem Eccleſiam affectu, de frequentis Capituli Cadurcenſis aſſenſu, vacaturarum poſthâc Diœceſi tota Eccleſiarum redditibus detrahendum dimidium primo an-

Anno 1283. litigantes conciliat, & quos.

An. 1285. ſubnotat Synodum Bituricenſem.

no ſanciuit, ruinis collabentis ædis principis ſarciendis, inſtaurandiſque. Legem ferentis antiſtitis hæc ſunt verba, *Raymundus, &c. Decet domum tuam ſanctitudo, Decet vt cuius in pace factus eſt locus, ſit cultus debita veneratione pacificus ac ſecurus: non ſine iura quidem diuino motu per ora principum promulgata, veneranda templa (vbi Deum tenentes conſueuerunt peccatorum veniam poſtulare) ac eorum fabricam nonnullis priuilegiis decorarunt. Hoc nos conſiderantes æquum arbitramur, & iuſtum, vt Eccleſia noſtra glorioſi* Protomartyris B. Stephani Cadurcenſis *quæ tam in fulciendo, & conſeruando, quàm inſtaurando, & complendo ipſius ædificio fidelium eleemoſynis noſcitur indigere, de bonis ſubditarum Eccleſiarum ſubſidium percipiat opportunum, venerabilis præfatæ Eccleſiæ Archipresbiterorum, & capellanorum Dioceſis Cadurc. accedente conſenſu, ſtatuimus, & ordinamus, vt medietas fructuum, redituum, obuentionum, & quorumcunque prouentuum primi anni ſingularum Eccleſiarum quas quoquo modo vacare contigerit, nobis, vel dicto capitulo ſubiectarum operi ſeu fabricæ ipſius* Eccleſiæ *integraliter & liberè deputetur vſque ad noſtrum beneplacitum, ſeu donec aliud duxerimus ordinandum, In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum, vnà cum ſigillo noſtri capituli, duximus apponendum: Et nos Capitulum* Cadurcenſe *ad maioris roboris firmitatem præmiſſis conſentimus, & præſentes literas ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum Caturci die veneris in Synodo poſt Feſtum Pentecoſtes, Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo quinto.*

Dat Cathedrali Eccleſiæ ius fabricæ in vacaturas Eccleſias poſtmodum de aſſenſu Synodi Diœceſanæ.

137 Anno 1287. exiliori cenſui *Vicanenſis Eccleſiæ* augendo, amplificandoque, aliquot de nouo attribuit Eccleſias ex capituli *Tabulario*, cui Præſulis noſtri liberalitati, cœnobiticæ vitæ fouendæ nihil minus addictus *Simon Bauricenſis*, ſuum haud ægrè adiecit calculum, Cuſtodiam ſericorum, aliorumque Eccleſiæ oblatorum ſacriſtæ tum Cadurcenſis, dominium autem, vſum & proprietatem Eccleſiæ eſſe teſtificatus eſt atteſtatione ſequenti, ex qua è gremio capituli euectum eum ad hanc ſedem fiet compertius, *RAYMVNDVS Dei gratia Cadurcenſis Epiſcopus in verbo veritatis: Teſtificamur & dicimus cum bona conſcientia, quod panni ſerici, deaurati, & alij qui offeruntur in Eccleſia Cadurc. vel afferuntur cum funeribus, vel quoquomodo obuenerint in prædicta Eccleſia, ſunt & fuerunt Eccleſiæ Cadurc. & ita vidimus per 40. annos & amplius obſeruari, ſed eorum cuſtodia ſolum eſt ſacriſtæ: in cuius rei, &c. Datum Cadurci, die Lunæ, poſt Feſtum Beati Barnabæ, Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo.* Refricata quæ paulo antè inter ciues & Raimundum controuerſia erat ſuborta; pronuntiatum quidem eſt ſecundum Raimundum in curia Franciæ; ciueſque 16000. libris Turonenſibus, (grauiſſimâ tum ſummâ) arreſtò, ſeu iudicio ſupremo mulctatos legi: verùm causâ poſtmodû inſtauratâ neſcio quo fato ſummo iure, & acerbiori

An. 1287. ditat Vicanen. Eccleſiam:

Teſtatur de iure Eccleſiæ Cathedralis in oblatos pannos, &c.

Litigat cum Coſſ exitu vario.

ſuperius iudicium eadem curia reſcidit, & circumduxit; ex eo nominatim quod cum ſingularibus & priuatis ciuibus tantum à Raimundo eſſet actum, non autem cum Vniuerſitate & corpore. Additum etiam Ciuitatem ſub clientela Regis retinendam A. D. 1287. ſic enim habent monumenta Ciuitatis vernaculé ſcripta, quæ hic omitto. 138

Anno 1288. *Scholaſticum* Cad. hinc ditat, illinc eximit onere procurationum, & curæ animarum.

ANNO 1288. homo litterarum amantiſſimus, gnatus videlicet quanti momenti ſint ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſplendorem claritatemque, SCHOLASTICVM Cadurcenſis Eccleſiæ ab Procurationum tributo pendendo immunem facit; inſuperque donat Eccleſiæ de Piquoquos luculentis redditibus, frequenti Capitulo annuente. Tabularum Epiſcopalium quas Cadurcenſe Capitulum ſuo aſſeruat tabulario, hic eſt tenor *RAIMVNDVS Dei gratia Cadur. Epiſc. VNIVERSIS &c. Notum ſit, quod nos de communi conſenſu noſtri Capituli Cadurc. tractatu pluries præmiſſo, & habito cum eiſdem* Scholaſtriæ Cadurcenſi, *quam diſcretus vir Magiſter Joann. Gurberti Scholaſticus Cadurc. nunc tenet & poſſidet canonicè, pacificè, & quietè; ex cauſa videlicet propter tenuitatem ſeu exiguitatem ipſius Scholaſtriæ, quia redditus illius ſunt tennes & exiles Eccleſiam de Piquoquos quam ex nunc à menſa noſtra diuidimus, & ſegregamus cum conſenſu dicti Capituli, ex cauſa ſic vacantem, & liberam, cum omnibus decimis, deueriis, prouentibus, fructibus, redditibus, & obuentionibus vniuerſis vnientes; Concedimus, annexamus, & Statuendo vnimus, vnione reali, & perpetuâ, & vniendo Statuimus ac etiam cum dicto Scholaſtico eandem Eccleſiam liberam & Immunem ab omni onere penſionum, permutamus cum Eccleſ. de Pradinis; Ac de dicta Eccleſia nunc libera, & vacante cum Juribus vniuerſis dictum Scholaſticum nomine Scholaſtriæ per noſtrum annulum præſentialiter inveſtimus: Ita quod propter vnionem, vel annexationem, ſeu permutationem huiuſmodi, Capellano ſeu vicario dicti loci, & Capellaniæ, ſeu vicariæ dicti loci, qua dictus vicarius fuit & eſt contentus nullum præiudicium generetur; hôc ſaluo quod Cura & regimen animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ de Piquoquos, Dictæ Scholaſtriæ non vnimus, cùm ipſam habeat & ad hoc teneatur vicarius ſupradictus, ſed de vicaria ibi de conſenſu noſtri Capituli diu conſtituta, taliter ordinamus, quod quandocunque ad id obtulerit ſe facultas ad curam regiminis animarum, & ad Capellaniam ſeu vicariam iam dictam, per dictum ſcholaſticum eiuſdem* Capellanus *ſeu perpetuus vicarius, nobis & noſtris ſucceſſoribus præſententur; Ita quòd ad dictum ſcholaſticum & ſucceſſorem eiuſdem de cætero præſentatio* Capellani *ſeu perpetui vicarii, & eiuſdem Inſtitutio ad nos pertineat: Et ſi qui eſſent contradictores vel turbatores occulti, vel manifeſti, quo minus idem*

Commutatur Eccleſia de Pradinis Eccleſia de Piquoquos.

Nominat & præſentat Vicarium perpetuum ſcholaſticus.

Scholaſticus, ſucceſſoreſq; eiuſdem, qui pro tempore fuerint, vtetur poſſeſſione dictæ Eccleſiæ de Piquoquos, fructibus, iuribus, decimis, obuentionibus & Deueriys vniuerſis, vt ſuperius eſt expreſſum, Nos eoſdem in his ſcriptis ex communi ſententia innodamus, Decernentes *nihilominus ex nunc irritum & inane, ſi contra hoc aliquid per nos vel per alios contigerit attentari. hanc autem vnionem ſic facimus de dicta Eccleſia de Piquoquos, dictæ Scholaſtriæ, quod volumus eſſe liberam, & immunem, ab onere* Procurationum, *quæ debentur ratione viſitationis, cum dictas procurationes teneatur præſtare vicarius prædictus in dicta Eccleſia inſtitutus. Cæterum inter nos ex parte vna, & dictum Scholaſticum ex altera, de conſenſu noſtro, & eiuſdem Scholaſtici, interueniente conſenſu expreſſo dicti Capituli Caturcenſis, ſuper* Eccleſia S. Martialis de Pradinis *olim annexa dictæ* Scholaſtriæ, *ſic extitit ordinatum quod dictam Eccleſiam de Piquoquos dictæ ſcholaſtriæ vnimus & ſic conditionem dictæ ſcholaſtriæ facimus meliorem, ſeparamus, & eximimus dictam Eccleſiam de Pradinis, & de conſenſu noſtri* Capituli *menſæ noſtræ perpetuò applicamus, in quorum omnium fidem & teſtimonium Nos prædictus Epiſcopus ſigillum noſtrum, cum ſigillo prædicti Capituli praeſentibus duximus apponendum. Nos dictum Capitulum Caturcenſe Collaudantes ſegregationes, exuniones & vniones iam dictas & conſentientes eiſdem noſtrum ſigillum vna cum ſigillo dicti Domini* Epiſcopi *præſentibus duximus apponendum; Datum & actum in Eccleſia Caturcenſi die ſabb. poſt octauas* Pentecoſtes, *anno Domini 1288.*

139 EODEM litteraturæ politioris affectu ſuadente, litem *Magiſtrum Guirberti ſcholaſticum* inter, *Petrumque de Cornelio Canonicum* ſuper Præbenda natam, quâ erat Prudentiâ, humanitateque ſopiturus huic ad tempus collatam, Scholaſtriæ contribuit in perpetuum hac ſanctione. *RAIMVNDVS Dei gratia Epiſcopus Cadur. & Capitulum Cadur. vniuerſis &c. Cum inter Magiſtrum* Ioannem Guirberti Scholaſticum *Cadurcenſem ex vna parte, & Dom. Petrum de Cornelio* Canonicum *Cad. ex altera ſuper prebenda vacante in noſtra* Eccleſia *Cadur. per obitum Magiſtri Gauberti Planas eſſet orta materia quaſtionis, ex eo & pro eo quod dictus Scholaſticus dicebat dictam Præbendam ſecundum mandatum Apoſtolicum ad ſe pertinere, ſibique aſſignari debere, & ſe in ea priorem; dicto Domino Petro contrarium aſſerente, & dicente quod prebenda illa ſibi iuxta mandatum Apoſtolicum debebatur, Et quod Cadurcen. certam Prabendam habere debeat annexam, ſecundum quod in ſtatutis ſeu ordinatione Eccleſia* Caturc. *auctoritate Apoſtolicâ confirmatis plenius continetur: Et quod iſta Prabenda de qua agitur non erat illa, immò ſimplex Prabenda erat omnino & ſemper fuerat ſimplex reputata in Eccleſia*

Anno 1288. vnit Scholaſtriæ Præbendam de conſenſu Capituli.

Cadurc. Tandem nos Epiſcopus de conſenſu Capituli *noſtri paci partium intendentes, & de voluntate ipſarum partium, & conſenſu expreſſis, Ordinamus in hunc modum, videlicet quod præbendã prædictam aſſignemus dicto Dom. Petro per executores ipſius, & quod* Capitulum *ad mandatum executorum ipſum* Petrum *in pace recipiat ad eandem, quæ præbenda prædicta eidem Petro per executores eiuſdem ſtatim in noſtra præſentia extitit aſſignata, & ad ipſam nos iam demum capitulum eundem Petrum admiſimus, ipſumque per* Cantorem, *& Baiulos noſtros in poſſeſſionem pacificam induci fecimus corporalem. Verum quoniam nobis Epiſcopo prædicto conſtabat per ſtatuta, & ordinationem Eccleſiæ ſupradictæ auctoritate Apoſtolicâ confirmata, quòd dignitates & Perſonatus præbendas annexas habere debebant, licèt de annexione alicuius certæ præbendæ, quam haberet Scholaſtria, plenè probari non poſſet, ſicque cogeremur eidem Scholaſtriæ certam aſſignare præbendam, ne contra ſtatuta Eccleſiæ noſtræ diutius Præbenda careret; Idcirco nos prædictus Epiſcopus, eidem* Scholaſtriæ Præbendam *dicto Petro aſſignatam de conſenſu noſtri capituli perpetuo ſtatuendo, vnimus, & annexamus, vnione & annexione reali, & perpetua volentes, ſtatuentes, ac etiã ordinantes, vt quã primum præbendam vacare contigerit per mortem, permutationem, ceſſionem, ſeu reſignationẽ dicti Domini, prædictus ſcholaſticus qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, ipſam ſic vnitam & annexam habeat & adipiſcatur in pace. Nos verò capitulum* Cadurc. *Ordinamus & ſtatuimus cum conſenſu Ven.* Patris *Dom. Raymundi Epiſcopi, quod quàm citò dictam præbendam vacare contigerit, ad ipſam dictum* Scholaſticum *qui nunc eſt, vel illum qui tunc temporis fuerit ſcholaſticus* Cadurc. *ſine contradictione & impedimento quocunque, quantum in nobis eſt, & ad nos pertinet admittemus, & ipſum ſcholaſticum in poſſeſſionem corporalem, prout moris eſt, induci faciemus, ſalua tamen in omnibus, ſicut decet, auctoritate, & voluntate ſummi Pontificis, ita, quod non reputabitur dicta præbenda de cætero litigioſa prætextu alicuius expectantis in noſtro capitulo Cadurc. Statutum nihilominus quod à nobis factum eſt, quod tale eſt:* Item ſtatuimus quod de cætero fructus præbendæ litigioſæ, ex quo inter expectantes canonicos ſuper illa in poſterum quæſtio orietur, penes capitulum remaneat, quamdiu durabit huiuſmodi quæſtio inter eos: nec eiuſdem poſſeſſio aſſignetur alicui, quouſque declaratum fuerit, quis potior ſit in ea: *Declarantes & dicentes, quod ſtatutum huiuſmodi non extendimus, nec extendi volumus ad iam dictam Præbendam, nunc Scholaſtriæ annexam:* Conſentientes *nihilominus nos iam dictum* Capitulum, *& approbantes, ordinationem, ſtatutum, & annexationem nunc factas, per dictum Dom. Epiſc. & omnia alia, & ſingula prout ſuperius ſunt expreſſa: Promittentes nos iam dictus Epiſcopus & Capitulum, omnia & ſingula prout ſuperius ſunt contenta, & expreſſa inuiolabiliter obſeruare. In quorum omnium fidem & teſtimonium nos dictus* Epiſcopus *&* Capitulum Cadurc. *ſigilla noſtra præſentibus literis duximus apponenda. Datum & actum in* Eccleſia Cadurc.

Habes ſuprà, hoc ſtatutum, num. 118.

die veneris poſt Octauas Paſchæ, A. D.1288. Statutum verò illud,de quo fit honorifica à capitulo mentio,quodque ad rem præſentem facit, quando ab eius obſeruatione Scholaſticus Cadurcenſis eximitur,qua die,quaque forma conceptum ſit,etſi neſcimus, attamen docebunt luculentiùs ipſæ Capituli tabulæ, quâ forma,quoque tempore ſit innouatum in hæc verba, *Nos Capitulum Cadurc. Statutum alias per nos factum innouando, ſtatuimus,& ſtatuendo in capitulo generali,die Martis poſt feſtum inuentionis B.Stephani,quod fuit anno Domini* 1295.*concorditer ordinamus, quod de cætero fructus præbendæ litigioſæ (ex quo inter expectantes præbendam in noſtra Caturcenſi Eccleſia ſuper illam in poſterum quæſtio orietur) penes capitulum remaneant,quandiu durabit huiuſmodi quæſtio inter eos: nec eiuſdem poſſeſſio aſſignetur alicui quouſque declaratum fuerit,quis potior ſit in ea: in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum commune litteris præſentibus duximus apponendum. Datum & actum Cadurci in dicto generali capitulo, die Martis prædicta A.D.1295.*

Compeſcitur & anno 1288. Raimundus noſter *Parlamenti Toloſani* placito,ab conſiliariis vnis clericis lato, quod teſtantium aliquot voluntati obniteretur liberius paulò & nonnulla conſulibus commiſſa, ſuum ad ius imperioſiùs nonnihil traheret. Dignoſcetur res tota melius ex verbis ipſis, *B. miſeratione diuina Abbas Moyſiacenſis, M. Laurentius Vicini Cappicerius Carnotenſis,& Petrus de Capella Canonicus Pariſienſis Domini Regis Clerici,tenentes pro Domino Rege Parlamentum Tholoſæ, Seneſcallo Petragorenſi & Cadurc.Sal.*Noueritis *nos ordinaſſe arreſtum cuius tenor ſequitur in hunc modum. De petitione conſulum ciuitatis Cadurci dicentium, quod aliqui Burgenſes dictæ ciuitatis defuncti legauerant in ſuis teſtamentis, & ordinauerunt, quòd vnus ſacerdos perpetuò pro animabus ſuis Miſſas celebraret;& quod dicti Capellani eligerentur per Conſules dictæ villæ, & eis ad eorum cognitionem redditus aſſignarentur: Et quoties dicti Capellani ſic per dictos Conſules electi morerentur, quod alij per dictos Conſules inſtituerentur; & dicti Conſules & eorum anteceſſores ab antiquo fuerint in poſſeſſione dictos ſacerdotes eligendi,inſtituendi,& eis redditus aſſignandi,iuxta voluntatem dictorum: Dominus Epiſcopus Cadurc.de nouo ipſos in dicta poſſeſſione inquietat; eligendo per ſe, ſacerdotes, ad prædicta facienda,& remouendo electos à Coſſ.prædictis,& excommunicando hæredes defunctorum,& illos qui annuatim debent ſoluere dictos redditus,ſi illos ſoluant niſi Capellanis per ipſum Epiſcopum inſtitutis. Quare petebant dicti Coſſ.dictum Epiſcopum ab huiuſmodi prohiberi: iniunctum eſt Seneſcallo Petragor. & Cadurc,vt vocato dicto Epiſcopo,& alijs qui fuerint euocandi,non permittat dictis coſſ.in præd.fieri nouitates. Datum Toloſæ die Mercurij in craſtinũ B.Thomæ Apoſtoli. A.D.*1288. vbi interim obſeruet Lector, cauſſas haſce Eccleſiaſticas ad ſacros iudices etiam tum delatas.

Ius quoddam ſacerdotes ad funebria ſacra nominandi a Raimundo inuaſum, conſulibus ſeruatur.

Sancit & de capellania *S.Stephani de Soubirous*, quâ *Petrum Bigayrol*

& Arnaldus Baraſc, *& ab his duobus acquiſiuit Dom.* Raimundus Pauchelli, *quondam Epiſc. Cadurc. de dicto Dominio de Caiarc, videlicet à præfato Arnaldo Baraſc*, Repayrium de Sancta Hobola, per vjam permutationis, *ſeu exſcambij facti de duabus Eccleſijs; à dicto verò* Bertrando *per viam ſimilis permutationis facta de duabus alijs Eccleſijs videlicet* Monſales & Balaquier.

Obitus Bartholomæi.

OBITVS Bartholomæi diem, Necrologium Caducen. Capituli annotat hiſce verbis *Nonis Sept. fit obitus bonae Memo. Do. Bartholomei Cadurcen. Epiſcopi qui obijt A. D. 1273.* Quo certe die tranſlatum ad ſuperos minimè dubitamus Antiſtitem tres ſupra viginti annos in officio tanta cum laude verſatum, vix vt vllum Paſtoris Opt. munus omiſiſſe vnquam apud rerum æſtimatores æquos videri poſſit. Eius tàm iucunda grataque recordatio noſtros inter, communi vt parœmia circumferretur paſſim rythmica eius hæc cõmendatio *Viuat Deus & Dominus Bartholomæus*, Certè vt habet ſedes noſtra Cadurcenſéque Capitulum, cur tanti Præſulis memoriam intactam perennemque æternùm ſeruet; ſic habent futuri Antiſtites quam imitentur vigilantiam rebus nimirum Eccleſiæ ordinandis; pijs legibus ſanciendis; magnatum faſtu elidendo, pietate probitatéque demerenda; æquitate ſeruanda, & vel Cognatorum quorumuis Capite periculóque confirmanda. 132

Temporis ratio.

VACAT SEDES ſeptem annos, ab A. D. 1273. ad 1280.

Fiſcales coactores inuolãt in bona ſedis vacantis.

VACANTE Sede Cadurcenſi ab anni 1273. Nonis Septembris ad annum vſque 1280. quo Raimundus I. id nominis ſublectus eſt, inuolarunt confeſtim in Eccleſiaſtica bona, *Bartholomæi* conſecratoris optimi præſidio deſtituta, *Fiſcales coactores*, ſubodorati ſcilicet prædam, & ſuas, etiam non annuente Rege, amplificare fortunas, déque Eccleſiæ ruinis ſarcire certi. Inuadit, occupatque redditus *Odo de Fayello* Seneſcalli Petragorenſis vice; ipſómet Sedis vacuæ primo anno, die ſcilicet Iouis ante Feſtum *S. Luciæ*, vti ferunt Tabulę perantiquæ in Cadurcenſis Capituli Archiuo aſſeruatæ, Donec anno 1275. compromiſſum vtrinque eſt, diiudicatumque in Cadurcenſis Capituli gratiam, ad quod prouentus huiuſcemodi receptiſſimo dudum more, deuoluerentur: quamquam diſſidijs euitandis, ſeditionibuſque ciuilibus declinandis in vſurpati Iuris ceſſione Capitulo facienda, de ſumma non parum detractum eſt. teſtãtur id omne *Philippi III.* Regis litteræ ex tabulario Cadurcenſis Capituli fideliter exſcriptæ in hæc verba. PHILIPPVS *Dei gratia Francorum Rex Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Sal. Notum facimus quòd nos literas dilecti, & fidelis clerici noſtri* Magiſtri Geraldi de Malamorte *Canonici Lugdunenſis, vidimus in hac verba, Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis* Magiſter Geraldus de Malamorte *Dom. Regis Francorum clericus & canonicus Lugdunenſis Sal. in Domino. Cùm quæſtio ſeu con-* 133

trouerſia

trouerſia verteretur inter venerabile Capitulum Caturcenſe ex vna parte
& Simonem Gauſberti ſeruientem Domini Odonis de Fayello militis ſe-
neſcalli Petragoricenſis ex altera, coram Illuſtriſſimo Dom. Philippo Dei
gratia Francorum Rege ſuper eo quod dictum Capitulum dicebat quod
dictus Simon Gausberti, nomine & mandato Domini Anſelmi de
S. Yone tunc temporis ſeneſcalli Petragorenſis pro Domino Francorum
ceperat, & ſaiſiuerat occaſione ſeu ratione Regaliæ bona & fructus terræ
Epiſcopi Cadurcenſis ſede vacante: licet dictus Rex nullam haberet in
dicta terra ſeu Eccleſia Regaliam, vt dictum Capitulum aſſerebat: Propter
quod petebat dictum Capitulum bona & fructus perceptos à dicto Si-
mone ſibi reddi ab ipſo, nec non & quandam pecuniæ ſummam quam
idem Simon habuerat pro emenda cuiuſdam duelli initi inter duos armi-
geros homines dictæ Eccleſiæ Cadurcenſis in terra & Iuriſdictione Ec-
cleſiæ memorata; vt dictum Capitulum aſſerebat. Tandem poſt multas
& varias altercationes hinc inde habitas inter partes, Procurator Ca-
pituli pro ſe, & nomine, & mandato ipſius Capituli; & dictus Simon
pro ſe, Compromiſerunt in nos M. Geraldum, prædictum; & promiſit
Procurator dicti Capituli pro ſe & nomine ipſius Capituli, Corporali
præſtito Iuramento, & ſub pœna ducentarum librarum Cadurcenſium
ſe facturum & curaturum quod dictum Capitulum ſeruabit inuiolabili-
ter, & tenebit quicquid nos ſuper prædictis controuerſiis ſeu querelis,
pace vel Iudicio duxerimus ordinandum. Nos vero rationibus vtriuſque
partis diligenter auditis & plenius intellectis, Conſtitit quod Dom.
Rex præfatus præceperat deliberari per dictam Regaliam fructus
perceptos occaſione Regaliæ, ac etiam emendam prædictam reddi Ca-
pitulo memorato: habitâ ſuper promiſſis deliberatione cum conſilio Dom.
Regis, pro bono pacis, DICIMVS & volumus ac etiam ordinamus
quod dictus Simon in vniuerſo, tàm pro emenda dicti duelli quàm pro
fructibus perceptis ab ipſo, vel ſeruientibus, ſeu Bailiuis ſiue de terra
Epiſcopi & Eccleſiæ, ſede vacante, occaſione ſeu ratione Regaliæ ſoluat
& reddat tantummodò dicto Capitulo quingentas libras Cadurcenſes
in terminis infra ſcriptis videlicet ter centas libras in inſtanti Feſto
omnium Sanctorum, & centum libras, in Feſto Aſcenſionis Domini
proximè ſubſequentis, & quod de his tenendis & complendis det dictus
Simon Capitulo prædicto idoneas Cautiones corporali ſuper hoc præſtito
Iuramento; Prædictum vero Capitulum debet dicto Simoni dare litteras
ſigillo dicti Capituli ſigillatas de facienda querentia eidem de Epiſcopo
futuro, & etiam contra alios homines omnes qui pro Emenda prædicta
ſeu fructibus, & obuentionibus habitis, & perceptis, occaſione prædictæ
Regaliæ ab ipſo Simone ſeu à ſuis ſeruiētibus vel Bailliuis mouere poſſent
in futurum contra dictum Simonem vel ſeruientes vel bailliuos quos ipſe
vel aliquis nomine ſuo in dictis locis poſuerat aliquam, quæſtionem; &
quòd ipſi in initio litis, in ſe aſſumerent dictam iam Cauſam vel re-

Deinde ceduntur iura illa omnia Capitulo; quanquam ſtudio pacis nonnullis detractis.

quiſitionem Simonis ſupradicti. Nec non Capitulum debet dare dicto Simoni pro ſe & ſeruientibus & baillinis ſuis quos ipſe poſuerat in terra præfata Eccleſiæ, occaſione Regaliæ litteras ſolutionis & quitationis bonas, & ſufficientes, ſigillo Capituli ſigillatas. Quæ omnia fieri per nos inter dictas partes cum conſilio & voluntate Reuerendi Patris Dom. Philippi Dei gratia Ebroicenſis Epiſcopi pro bono pacis & concordiæ taliter ordinata. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Pariſiis die veneris poſt Octauas natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ A. D. 1275. In cuius rei teſtimonium ad requiſitionem prædictorum, Procuratoris Eccleſiæ prædictæ & Simonis, præſentibus litteris noſtrum ſigillum fecimus apponi. Actum Pariſius A. D. 1275. menſe Iulio

An. 1279 Rex Galliæ cedit ius omne Regaliæ in Sedem vacantem Cadurcenſi Capitulo.

EXTANT & aliæ *Philippi* litteræ An. 1279 tum ſedem Cadurcenſem vacuam adhuc, tum Ius omne in Epiſcopales prouentus, non Regi, ſed Capitulo attributum vbi primum ſedes vacauerit (quæ eſt Cadurcenſis Eccleſiæ immunitas, gratiaque haud certé modica) quam locupletiſſimé atteſtatæ. hæc eſt ex Archiuio Capituli, ius omne concedentis Regis formula. PHILIPPVS &c. *Notum facimus vniu quod nos occaſione Saiſinæ, & adminiſtrationis bonorum Epiſcopalium Cadurcen. quæ Sede Vacante de mandato noſtro,* Simon de Meledino *miles*, ſeneſcallus *noſter* Cadurcen. & Petragoric. *in manu noſtra cepit & ſaiſiuit, cuſtodiuit, & cuſtodiri fecit, nolumus quod nobis vel ſucceſſoribus noſtris, aliquod Ius nouum accreſcat, vel minuatur antiquum, quodque prætextu* Regaliæ, *Gardiæ ſiue Cuſtodiæ huiuſmodi, Capitulo Cadurcen. cui ſaiſinam & adminiſtrationem prædictas dimiſimus, quoniam ad Capitulum ipſum præmiſſa ab antiquo pertinere didicimus, poſſit in hac præſenti vacatione vel in futuris. vacationibus preiudicium generari. Quod vt ratum & ſtabile permaneat in futurum præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſiis A. D. 1279. menſe Febru.* extremo ſcilicet (ea epoche) anno. Verum plura de iure hoc infrà. 134

Raimundus I ab A. D. 1280. ad 1293. ex Archidiacono Cadur.

RAIMVNDVS I. DE CORNELIO.

RAimundus. *I. de Cornelio* ad vacuam Præſule ſedem Bartholomæo ſuo illo immaturius viduatam, iam ſatis ſuperque orbitatis mœſtiſſimæ damna expertam, nihil deceſſoribus conſtantia, ſapientia, claritateque inferior feliciſſimè omnium votis euehitur A. D

1280 *ex Archidiacono Cadurcenſi*, quo munere diutiùs perfunctus cum laude fuerat, Antiſtes creatus; vt ne dux foret antequam miles. Eo ſedente paſſim comperias *Raimundum de Cornelio* Archidiaconum, quem de eadem ſtirpe, familiaque ſuſpicor ob merita ſcilicet in cedentis Archidiaconatum Antiſtitis locum euectum. Ea dignitate priùs defunctum teſtabitur abunde extremis Actis *Necrologium Cadurcen. Capituli:* Eo anno ſediſſe, Cadurcum ſubiiſſe, Conſulumque fidelitatem obſequiumque ſpondentium ſolemnia iuramenta, recepto etiam ante more ceu Ciuitatis Dominum excepiſſe, docent publicæ tabulæ, ſcriptæ Octobris die 10. haud fuerit ingratum ipſam legere Iuramenti formulam ex Cadurcenſis Epiſco. Tabulario ſummâ fide decerptam. In nomine Patris & Filij & ſpiritus ſancti. Amen. *Anno Dom. milleſimo ducenteſimo octogeſimo, Inditione nona, decima menſis Octobris, Apoſtolica Sede vacante per mortem fœlicis recordationis Domini Nicolai Papæ tertii. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quod cum Reuerendus Pater Dominus Raimundus* Dei *gratia Cadurcenſis Epiſcopus, & Coſſ. Ciuitatis Cadurcenſis, nec non & vniuerſitas dictæ Ciuitatis in Cathedrali Cadurcenſi Eccleſia in vnum conueniſſent, ad præſtandum à prædictis Coſſ. & vniuerſitate Iuramentum dicto Domino Epiſcopo, prout mos eſt facere in Ciuitate prædicta, quando in eadem creatur nouus Epiſcopus, & primo venit ad eam vt nouo domino loci eiuſdem forma Iuramenti huiuſmodi in mei infra ſcripti Notarij, & Teſtium ſubſcriptorum præſentia, lecta fuit coram dicto Domino Epiſcopo, & Conſulibus, ac vniuerſitate prædictis altâ voce, & publice in hæc verba. Aiſſo es lo ſagrament, & la forme del ſagrament que lhi Coſſol de Caortz fan à l'Aueſque quand intro Aueſque nouuel, & Iure lhi ſiotat, & quel gardou ſa vido, & ſa membra* Et *quelz donou leyal Conſſelh quand los lour demandaro ſegon lor effient, & qu'el tengo ſecret, & celat, daquelas cauſas que lor reuelhera ſecretes, Et quel garde la Senhoria dins la Ciutat en bona fe, et plus fach nolhe deuo Et fach aqueſt ſagrament l'Aueſque promet lor en aquel mieh loc, que & lor ſera bon Senhor & defenſarter, & quelz aiudara & gardara & deffendra à ſon poder en bona fe, & autreia lor toutes los franqueſes aiſſi comme las an agudas ny vſadas an ſos Anſeſſous, & lor promet que en aiſſy, comme las an agudas & vſadas, an ſos Anceſſors; las lor tendra & las lor gardara. Et fach aiſſo, totz los pobles de Caortz iuran lhi per eil ſo qu'hel Coſſol. l'han Iurat. Quâ formâ perlecta, ſtatim anno, indictione, loco & die prædicta,* Arnaldus de Cazeulas, Guillelmus Martini, Radulphus Gausberti, Ioannes dona-Dei, Bernardus dictus Yucrs, *& nonnulli alij Conſules præſentes ibidem dicto Domino Epiſcopo Iuramentum fidelitatis præſtiterunt ſecundum formam prædictam.*

An. 1280. excipit ſidem ſpondentiũ Conſulum, iuramenta; & quâ formula.

Dabit hanc veniam antiquitati lector maternam vt linguam attexat.

Iurat & populus Cadurci.

& iuramento recepto, vt prædictum eſt, ab eiſdem; dictus Dominus Epiſcopus promiſit facere prout in dicta forma iuramenti & promiſſionis pleniùs continetur; Quibus actis Vniuerſitas ſeu populus Ciuitatis, eiuſdem iuramentum fidelitatis Domino Guillelmo Baraſci, & *quibuſdam aliis Canonicis Cadurcenſibus*, Domino Rogerio de Cornelio, Domino Raimundo Bernardo de Aynaco & Domino Girberto Ioannis *militibus, pro dicto Domino Epiſcopo, & ipſius Nomine recipientibus, ſicut prædicti Cōſules eidē Domino Epiſcopo fecerant, præſtiterunt.* Actum Catûrci, *anno, indictione, loco, & die, prædictis; præſentibus* Domino Sicardo de Montis penſati, Magiſtro Bartholomæo de Arcu de Figiaco, Archidiaconis in dicta Eccleſia, Dominis Raimundo la Trapa de Lopiaco, Hugone de Marinhac de Nebetges, & Arnaldo Porta de Petulia *Eccleſiarum Rectoribus*; Domino Girbetto Ioannis. *Et ego Guiraldus Paor, Clericus Caturcenſis, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ authoritate*, Notarius publicus, *prædictis interfui, & præſens inſtrumentum publicum rogatus, fideliter excepi, ſignóque meo ſignaui.* 135

Varia Raymundus excipit homagia, & à quibus.

Eodem ipſo anno mirum eſt, quot, quantoſque viros nobiles, quot oppida, quot ciuitates etiam in clientelariæ fidei profeſſionem adnumerit Raimundus, quot ſequentibus deinceps annis ad 1293. extremum ſibi, felicemque; ſedi quam luctuoſum. Docent id tabulæ innumeræ Archiuo Cadurcenſis Epiſcopi à me perlecto, diſſutæ illæ, variiſque membranis dudum ſcriptæ; docent Codices integri M. S. prægrandes illi, qui hæc vna habent *homagia* iuſtam Bibliothecam propemodum factura; Quibus deinceps Epiſcoporum noſtrorum faſtos annotare foret facillimum, annoſque ſingulos hiſce titulis inſignire; ni foret in immenſum effuſura ſeſe materies, & modum omnem hiſtoriæ multò maximè exceſſura, tot tantiſque encomiis vel recenſendis, vel, quod multò prolixius, exactius adſcribendis. Haud inuoluendum tamen prorſus, tam obſtinato ſilentio cenſuerim clientem ſe tum profeſſum Raymundi noſtri Frotardum Vicecomitem Lauticencem A. C. 1281. 12. Kal. Octobr. ex Cadurcenſis præſulis tabulario. 136

Anno 1283. litigantes conciliat, & quos.

Anno 1283. ſuſcepta cognitione litis, inter *Geraldum de Rupe*, Priorem *de Moleriis*, & B *de Rouſſillou*, & G. *de Anteiaco*, fratres Domicellios enatæ, fundo controuerſo priori adiudicato, addit Raimundus, *quod Domicelli, & quilibet ipſorum ſint Donati Ordinis B. MARIÆ de Corona, & domus de Moleriis antedictæ.* Datum poſt Feſtum inuent. S. Crucis. A. D. 1283. Iam annò 1285. Acta *Bituricenſis* Concilij ſub *Simone* Bituricenſi Archiepiſcopo Aquitaniæ Primate coacti ab Raimundo hoc noſtro ſubnotantur, vt docent pluribus *Statuta Synodalia Antonij de Luſech Præſulis noſtri Petragoris excuſa.* Ac quo erat in Cathedralem Eccleſiam affectu, de frequentis Capituli Cadurcenſis aſſenſu, vacaturarum poſthâc Diœceſi tota Eccleſiarum redditibus detrahendum dimidium primo an-

An. 1285. ſubnotat Synodum Bituricenſem.

Digitized by Google

no ſanciuit, ruinis collabentis ædis principis ſarciendis, inſtaurandiſque. Legem ferentis antiſtitis hæc ſunt verba, *Raymundus, &c. Decet domum tuam ſanctitudo, Decet vt cuius in pace factus eſt locus, ſit cultus debita veneratione pacificus ac ſecurus: non &iura quidem diuino motu per ora principum promulgata, veneranda templa (vbi Deum timentes conſueuerunt peccatorum veniam poſtulare) ac eorum fabricam nonnullis priuilegiis decorarunt. Hæc nos conſiderantes æquum arbitramur, & iuſtum, vt Eccleſia noſtra glorioſi* Protomartyris B. Stephani Cadurcenſis *quæ tam in fulciendo, & conſeruando, quàm inſtaurando, & complendo ipſius ædificio fidelium eleemoſynis noſcitur indigere, de bonis ſubditarum Eccleſiarum ſubſidium percipiat opportunum, venerabilis præfatæ Eccleſiæ Archipresbiterorum, & capellanorum Diœceſis Cadurc. accedente conſenſu, ſtatuimus, & ordinamus, vt medietas fructuum, redditum, obuentionum, & quorumcunque prouentuum primi anni ſingularum Eccleſiarum, quas quoquo modo vacare contigerit, nobis, vel dicto capitulo ſubiectarum operi ſeu fabricæ ipſius* Eccleſiæ *integraliter & liberè deputetur vſque ad noſtrum beneplacitum, ſeu donec aliud duxerimus ordinandum, In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum, vnà cum ſigillo noſtri capituli, duximus apponendum: Et nos* Capitulum *Cadurcenſe ad maioris roboris firmitatem præmiſſis conſentimus, & præſentes literas ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum Caturci die veneris in Synodo poſt Feſtum Pentecoſtes, Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo quinto.*

Dat Cathedrali Eccleſiæ ius fabricæ in vacaturas Eccleſias poſtmodum de aſſenſu Synodi Diœceſanæ.

137 Anno 1287. exiliori cenſui *Vicanenſis Eccleſiæ* augendo, amplificandoque, aliquot de nouo attribuit Eccleſias ex capituli *Tabulario*, cui Præſulis noſtri liberalitati, cœnobiticæ vitæ fouendæ nihil minus addictus *Simon Bituricenſis*, ſuum haud ægrè adiecit calculum, Cuſtodiam ſericorum, aliorumque Eccleſiæ oblatorum ſacriſtæ tum Cadurcenſis, dominium autem, vſum & proprietatem Eccleſiæ eſſe teſtificatus eſt atteſtatione ſequenti, ex qua è gremio capituli euectum eum ad hanc ſedem fiet compertius, *RAYMVNDVS Dei gratia Cadurcenſis* Epiſcopus *in verbo veritatis: Teſtificamur & dicimus cum bona conſcientia, quod panni ſerici, deaurati, & alij qui offeruntur in Eccleſia Cadurc. vel aſſeruntur cum funeribus, vel quoquomodo obuenerint in prædicta Eccleſia, ſunt & fuerunt Eccleſiæ Cadurc. & ita vidimus per 40. annos & amplius obſeruari, ſed eorum cuſtodia ſolum eſt ſacriſtæ: in cuius rei, &c. Datum Cadurci, die Lunæ, poſt Feſtum Beati Barnabæ, Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo.* Refricata quæ paulo antè inter ciues & Raimundum controuerſia erat ſuborta; pronuntiatum quidem eſt ſecundum Raimundum in curia Franciæ; ciuéſque 16000. libris Turonenſibus, (grauiſſimâ tum ſummâ) arreſtò, ſeu iudicio ſupremo mulctatos legi: verùm cauſâ poſtmodù inſtauratâ neſcio quo fato ſummo iure, & acerbiori

An 1287. ditat Vicanen. Eccleſiam.

Teſtatur de iure Eccleſiæ Cathedralis in oblatos panuos, &c.

Litigat cum Coſſ exitu vario.

ſuperius iudicium eadem curia reſcidit, & circumduxit; ex eo nominatim quod cum ſingularibus & priuatis ciuibus tantum à Raimundo eſſet actum, non autem cum Vniuerſitate & corpore. Additum etiam Ciuitatem ſub clientela Regis retinendam A. D. 1287. ſic enim habent monumenta Ciuitatis vernaculé ſcripta, quæ hîc omitto. 138

Anno 1288. *Scholaſticum* Cad. hinc ditat, illinc eximit onere procurationum, & curæ animarum.

ANNO 1288. homo litterarum amantiſſimus, gnarus videlicet quanti momenti ſint ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſplendorem claritatemque, SCHOLASTICVM Cadurcenſis Eccleſiæ ab Procurationum tributo pendendo immunem facit; inſuperque donat Eccleſiæ de Piquoquos luculentis redditibus, frequenti Capitulo annuente. Tabularum Epiſcopalium quas Cadurcenſe Capitulum ſuo aſſeruat tabulario, hic eſt tenor *RAIMVNDVS Dei gratia Cadur. Epiſc. VNIVERSIS &c. Notum ſit, quod nos de communi conſenſu noſtri Capituli* Cadurc. *tractatu pluries præmiſſo, & habito cum eiſdem* Scholaſtriæ Cadurcenſi, *quam diſcretus vir Magiſter Joann. Guirberti Scholaſticus Cadurc. nunc tenet & poſſidet canonicè, pacificè, & quietè; ex cauſa, videlicet propter tenuitatem ſeu exiguitatem ipſius Scholaſtriæ, quia redditus illius ſunt tenues & exiles Eccleſiam de Piquoquos quàm ex nunc à menſa noſtra diuidimus, & ſegregamus cum conſenſu dicti Capituli, ex cauſa ſic vacantem, & liberam, cum omnibus decimis, deueriis, prouentibus, fructibus, redditibus, & obuentionibus vniuerſis vnientes;* Concedimus, *annexamus, & Statuendo vnimus, vnione reali, & perpetuâ, & vniendo Statuimus ac etiam cum dicto* Scholaſtico *eandem* Eccleſiam *liberam & Immunem ab omni onere penſionum, permutamus cum Eccleſ. de Pradinis; Ac de dicta* Eccleſia *nunc libera, & vacante cum Juribus vniuerſis dictum* Scholaſticum *nomine* Scholaſtriæ *per noſtrum annulum præſentialiter inveſtimus: Ita quod propter vnionem, vel annexationem, ſeu permutationem huiuſmodi,* Capellano *ſeu vicario dicti loci, &* Capellaniæ, *ſeu vicariæ dicti loci, qua dictus vicarius fuit & eſt contentus nullum præiudicium generetur; hôc ſaluo quòd Cura & regimen animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ de Piquoquos, Dictæ Scholaſtriæ non vnimus, cùm ipſam habeat & ad hoc teneatur vicarius ſupradictus, ſed de vicaria ibi de conſenſu noſtri* Capituli *diu conſtituta, taliter ordinamus, quod quandocunque ad id obtulerit ſe facultas ad curam regiminis animarum, & ad* Capellaniam *ſeu vicariam iam dictam, per dictum ſcholaſticum eiuſdem* Capellanus *ſeu perpetuus vicarius, nobis & noſtris ſucceſſoribus præſententur; Ita quòd ad dictum ſcholaſticum & ſucceſſorem eiuſdem de cætero præſentatio* Capellani *ſeu perpetui vicarii, & eiuſdem Inſtitutio ad nos pertineat: Et ſi qui eſſent contradictores vel turbatores occulti, vel manifeſti, quo minus idem*

Commutatur Eccleſia de Pradinis Eccleſia de Piquoquos.

Nominat & præſentat Vicarium perpetuum ſcholaſticus.

Scholaſticus, ſucceſſoreſq; eiuſdem, qui pro tempore fuerint, vteretur poſſeſſione dictæ Eccleſiæ de Piquoquos, fructibus, iuribus, decimis, obuentionibus & Deneriys vniuerſis, vt ſuperius eſt expreſſum, Nos eoſdem in his ſcriptis ex communi ſententia innodamus, Decernentes *nihilominus ex nunc irritum & inane, ſi contra hoc aliquid per nos vel per alios contigerit attentari. hanc autem vnionem ſic facimus de dicta Eccleſia de Piquoquos, dictæ Scholaſtriæ, quod volumus eſſe liberam, & immunem, ab onere* Procurationum, *quæ debentur ratione viſitationis, cum dictas procurationes teneatur præſtare vicarius prædictus in dicta Eccleſia inſtitutus. Cæterum inter nos ex parte vna, & dictum Scholaſticum ex altera, de conſenſu noſtro, & eiuſdem Scholaſtici, interueniente conſenſu expreſſo dicti Capituli Caturcenſis, ſuper* Eccleſia S. Martialis de Pradinis *olim annexa dictæ* Scholaſtriæ, *ſic extitit ordinatum quod dictam Eccleſiam de Piquoquos dictæ ſcholaſtriæ vnimus & ſic conditionem dictæ ſcholaſtriæ facimus meliorem, ſeparamus, & eximimus dictam Eccleſiam de Pradinis, & de conſenſu noſtri Capituli menſæ noſtræ perpetuò applicamus, in quorum omnium fidem & teſtimonium Nos prædictus Epiſcopus ſigillum noſtrum, cum ſigillo prædicti Capituli praeſentibus duximus apponendum. Nos dictum Capitulum Caturcenſe* Collaudantes *ſegregationes, exuniones & vniones iam dictas & conſentientes eiſdem noſtrum ſigillum vna cum ſigillo dicti Domini* Epiſcopi *præſentibus duximus apponendum; Datum & actum in Eccleſia Caturcenſi die ſabb. poſt octauas* Pentecoſtes, *anno Domini 1288.*

139 EODEM litteraturæ politioris affectu ſuadente, litem *Magiſtrum Guirberti ſcholaſticum* inter, *Petrumque de Cornelio Canonicum* ſuper Præbenda natam, quâ erat Prudentiâ, humanitateque ſopiturus huic ad tempus collatam, Scholaſtriæ contribuit in perpetuum hac ſanctione. *RAIMVNDVS Dei gratia Epiſcopus Cadur. & Capitulum Cadur. vniuerſis &c. Cum inter Magiſtrum* Ioannem Guirberti Scholaſticum *Cadurcenſem ex vna parte, & Dom. Petrum de Cornelio Canonicum Cad. ex altera ſuper præbenda vacante in noſtra* Eccleſia *Cadur. per obitum Magiſtri Gauberti Planas eſſet orta materia quæſtionis, ex eo & pro eo quod dictus Scholaſticus dicebat dictam Præbendam ſecundum mandatum Apoſtolicum ad ſe pertinere, ſibique aſſignari debere, & ſe in ea priorem; dicto Domino Petro contrarium aſſerente, & dicente quod præbenda illa ſibi iuxta mandatum Apoſtolicum debebatur, Et quod Cadurcen. certam Præbendam habere debeat annexam, ſecundum quod in ſtatutis ſeu ordinatione Eccleſiæ Caturc. auctoritate Apoſtolicâ confirmatis plenius continetur: Et quod iſta Præbenda de qua agitur non erat illa, immò ſimplex Præbenda erat omnino & ſemper fuerat ſimplex reputata in Eccleſia*

Anno. 1288. vnit Scholaſtriæ Præbendam de conſenſu Capituli.

die veneris poſt Octauas Paſchæ, A. D.1288. Statutum verò illud, de quo fit honorifica à capitulo mentio, quodque ad rem præſentem facit, quando ab eius obſeruatione ſcholaſticus Cadurcenſis eximitur, qua die, quaque forma conceptum ſit, etſi neſcimus, attamen docebunt luculentiùs ipſæ Capituli tabulæ, quâ forma, quoque tempore ſit innouatum in hæc verba, *Nos Capitulum Cadurc. Statutum alias per nos factum innouando, ſtatuimus, & ſtatuendo in capitulo generali, die Martis poſt feſtum inuentionis B. Stephani, quod fuit anno Domini 1295. concorditer ordinamus, quod de cætero fructus præbendæ litigioſæ (ex quo inter expectantes præbendam in noſtra Caturcenſi Eccleſia ſuper illam in poſterum quæſtio orietur) penes capitulum remaneant, quandiu durabit huiuſmodi quæſtio inter eos: nec eiuſdem poſſeſſio aſſignetur alicui quouſque declaratum fuerit, quis potior ſit in ea: in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum commune litteris præſentibus duximus apponendum. Datum & actum Cadurci in dicto generali capitulo, die Martis prædicta A. D.1295.*

Compeſcitur & anno 1288. Raimundus noſter *Parlamenti Toloſani* placito, ab conſiliariis vnis clericis lato, quod teſtantium aliquot voluntati obniteretur liberius paulò & nonnulla conſulibus commiſſa, ſuum ad ius imperioſiùs nonnihil traheret. Dignoſcetur res tota melius ex verbis ipſis, *B. miſeratione diuina Abbas Moyſiacenſis, M. Laurentius Vicini Cappicerius Carnotenſis, & Petrus de Capella Canonicus Pariſienſis Domini Regis Clerici, tenentes pro Domino Rege Parlamentum Tholoſæ, Seneſcallo Petragorenſi & Cadurc. Sal.* Noueritis *nos ordinaſſe arreſtum cuius tenor ſequitur in hunc modum. De petitione conſulum ciuitatis Cadurci dicentium, quod aliqui Burgenſes dictæ ciuitatis defuncti legauerunt in ſuis teſtamentis, & ordinauerunt, quòd vnus ſacerdos perpetuò pro animabus ſuis Miſſas celebraret; & quod dicti Capellani eligerentur per Conſules dictæ villæ, & eis ad eorum cognitionem redditus aſſignarentur: Et quoties dicti Capellani ſic per dictos Conſules electi morerentur, quod alij per dictos Conſules inſtituerentur; & dicti Conſules & eorum anteceſſores ab antiquo fuerint in poſſeſſione dictos ſacerdotes eligendi, inſtituendi, & eis redditus aſſignandi iuxta voluntatem dictorum: Dominus Epiſcopus Cadurc. de nouo ipſos in dicta poſſeſſione inquietat; eligendo per ſe, ſacerdotes, ad prædicta facienda, & remouendo electos à Coſſ. prædictis, & excommunicando hæredes defunctorum, & illos qui annuatim debent ſoluere dictos redditus, ſi illos ſoluant niſi Capellanis per ipſum Epiſcopum inſtitutis. Quare petebant dicti Coſſ. dictum Epiſcopum ab huiuſmodi prohiberi: iniunctum eſt Seneſcallo Petragor. & Cadurc. vt vocato dicto Epiſcopo, & alijs qui fuerint euocandi, non permittat dictis coſſ. in præd. fieri nouitates. Datum Toloſæ die Mercurij in craſtinũ B. Thomæ Apoſtoli. A. D.*1288. vbi interim obſeruet Lector, cauſſas haſce Eccleſiaſticas ad ſactos iudices etiam tum delatas.

Ius quoddam ſacerdotes ad funebria ſacra nominandi a Raimundo inuaſum: conſulibus ſeruatur.

Sancit & de capellania *S. Stephani de Soubirons*, quâ *Petrum Bigayrol*

Capellaniam S. Stephani de Sobiros, quibus cõditionibus cõferat.

donat, ſed iis legibus, conditionibuſque, quas annotaſſe haud piguerit RAIMVNDVS *Dei gratia Cadurc. Epiſcopus, &c. Noueritis quod nos ad præſentationem diſcretorum virorum venerabilis Capituli Cadurc. damus & concedimus* Petro Biguirol *Clerico capellaniam Eccleſiæ* S. Stephani de Sobiros *ciuitatis Cadur. liberam & vacantem per mortem bonæ memoriæ* Raimundi Demons *preſbyteri quondam Capellani eiuſdem, ipſumque inſtituimus in eandem, & curam committimus animarum habendam, cum omnibus iuribus, & ſuis pertinentiis vniuerſis, cum noſtro annulo inueſtimus, ſaluo iure noſtro, & miniſtrorum noſtrorum. Ipſe verò promiſit nobis, & iurauit obedientiam & reuerentiã, & iura ipſius Capellaniæ illibata ſeruabit & ſi qua alienata inuenerit ipſa repetet bonâ fide, & ſacros ordines gradatim & ſucceſſiue ſuſcipiet, & in dicta Eccleſia reſidentiã faciet perſonalẽ, ad cognitionem noſtram & etiam voluntatẽ; & ad noſtram Synodum veniet ſtatutis temporibus vt eſt moris; & ſententias noſtras & Officialis noſtri & miniſtrorum noſtrorum tenebit, & inuiolabiliter obſeruabit, in cuius rei fidẽ ſigillũ noſtrum apponi fecim⁹ huic Chartæ. Actũ & Datũ Apud Mercueſ. 4 Non. Iunij A. D. 1288.*

Indulgẽtiam Cathedralis Eccl. reſtauratoribus: ſibique teſtamenti condendi ius impetrat.

Onuphrius.

ANNO 1289. Diplomate ad *Raimundum* hunc miſſo, indulget *Nicolaus IV.* Pontifex Max. pœnas peccatis debitas iis omnibus qui 142
farciendis *Eccleſiæ Cathedralis* ruinis, nõnihil liberaliùs contribuerint. Eodem anno Raimundo poteſtas ab Pontifice Max. Teſtamentum condendi, eòque bona omnia Eccleſiaſticis muniis parta, ex voto arbitrióq; legandi. Ita quippe habet Diploma Nicolai IV. Pontificatus anno 2. 6. Idus Apr. hoc eſt A. C. 1289. quando ſuperiori proximè anno 8. Kal. Mart. creatus, altero poſt die in ſupremũ euectus ſolium, ritè legitiméque fuerat. *Nicolaus Epiſc. &c. Ven. Fr. Raimũdo Epiſc. Cad. ſal. & Apoſ. Ben. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilẽ & ea quæ viſibilem habent eſſentiã, tẽdunt viſibiliter ad non eſſe, tu hoc ſalubri meditatione præmeditãs diẽ tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamẽtaria deſideras præuenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati de bonis tuis vndecũq; nõ per Eccleſiã ſeu Eccleſias, alias tamẽ licitè acquiſitis quæ ad te pertinere omnimodè dignoſcũtur liberè teſtari valeas ac de bonis mobilib. Eccl. tuæ diſpoſitioni ſeu adminiſtrationi cõmiſſis, & quæ nõ fuerint altaris ſeu altariũ, Eccleſiarũ tibi commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earundem Eccleſ. diuino cultui vel vſui deputata, nec non & quibuſcunq; bonis mobilibus, à te per Eccleſiam ſeu Eccleſias licitè acquiſitis, decentibus expenſis tui funeris, & pro remuneratione illorum qui tibi viuenti ſeruierunt, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij iuxta ſeruitij meritum, teſtari ac diſponere poſſis, & aliàs prius tuæ Eccleſiæ ære alieno deducto, ita, ſi Eccleſia non remaneat debitis obligata, de ipſis in pios vſus ac licitos conuertendis, fraternitati tuæ plenam & liberam authoritate præſentiũ, concedimus facultatem. Volumus tamẽ vt in eorundẽ Eccleſiaſticorum bonorum diſpoſitione, iuxta quantitatẽ reſidui erga Eccleſias à quibus eadem percepiſti, te liberalem exhibeas, prout conſcientia tibi dictauerit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire. Dat. Romæ 6. Id⁹ Apr. Põtif. noſtri Anno 2.*

143 NOVIS interim tumultibus, ſeditionumque ciuilium procellis exagitabantur haud parum Eccleſiaſtica negotia, Magnatum conſpirantium vnà coniuratione oppreſſa: quæ res effecit, vt confeſtim ſe Clerus vniuerſus, Capitulum in primis Cadurcenſe, Raimundúſque Epiſcopus in aſylum fauoris Regij reciperent, inclamatóque *Philippi IV.* eo nomine Reges inter noſtros, præſidio, in libertatem ſeſe reciperent, vel multis de iure proprio imminutis, adque Regis adfuturi arbitrium, poteſtatemque delatis: Hinc enatæ tabulæ pactionum *Philippum* inter *Raimundumq;* Antiſtitem Anno 1291. conceptæ (*Pariagium* noſtri appellant) quibus in iurium Epiſcopalium (ſecretis iis quæ animum, Paſtoriſque munera ſpectant) communitatem Rex admittitur. Epiſcopi auctoritate haud mediocriter labefactata, quæ erat eorum temporum infelicitas multo maxima, tuis vti potiri rato non liceret, niſi metu iniuriæ extorquēte, de propriis aliena efficeres: acerbioribus conditionibus obſecutum antiſtitem, non niſi durioribus aliquot grauioribúſque receſſis, ſecutum eſt *Cadurcenſe Capitulum,* cuius id tēporis libertas tanto eſt laude dignior, quāto excelſioris animi eſt, vel in conclamato negotio nihil prorſus decedere de animi conſtantia, nihil de magnitudine demptum velle. Docerem id ipſis Regiis tabulis, quas ex *Epiſcopali Archiuo* nactus attexere poſſem haud difficulter: At me ipſarū immenſa terret prolixitas, maximè cum alio *Pariagio* cum Rege eodē *Philippo* inito inſequētibus deinceps annis ea pacta aut reciſa, aut in aliam formā ſint immutata, ſatiſq; ad negotiū hocce futurū videatur, ſi pacta illæc ſuis tēporibus, quod & ſpōdemus, attexamus.

Pariagium cum *Philippo* IV. A.D. 1291.

Capituli Cad. conſtantia.

Nouum deinde aliud A. D. 1306.

144 Anno 1292. *S. Auguſtini religioſam familiā* ſuper ſūdo quò ſcilicet haud ita pridem cœnobiū extruxiſſent, cum Cadur. Capitulo litigantē, tùm lite omni compoſita frequentis Capituli placito aſſenſuq, liberaliter habitā munificéq; exceptam habes, in Archiuo Capituli: Quæ tabulæ etſi Antiſtitem non ſic attingant, quia tamen eo tēpore noſtros inter *Cœnobitas pientiſſimos* illos vixiſſe docent, cum horum nulla ſit ſuperiùs habita mētio, fuerit periucundū attexere. Imò quando antiquiora nulla ſuppetunt monumenta *Raimundo Præſule* iam ſedente euocatos Cad. allectoſq; cōiicit ex eo anim⁹, quod Capit peruigilis diligētia ſollicitudoq; haud modica, vſurpationem huiuſmodi quam tum temporis querebatur, nō ita dudum inualeſcere paſſa eſſet itaq; tum recens inductos tantam ſanctitatem religioniſq; obſeruantiam profeſſos Patres, vero ſit ex his tabulis quā ſimillimum. VNIVERSIS &c. CAPITVLVM *Cad. & Frater Aegidi⁹ Prior Generalis F. F. Eremitarū Ord.* S. *Auguſtini & F. Arnal. Cōbelli Prior & Conuent⁹ domus fratrū euſdem ordinis, Ciuitatis Cad. Sal. in Dom. J. C. Noueritis quod cum quæſtio foret inter nos Capitulum Cad. pro nobis, & perpetuis Vicariis & Curatis Eccleſiarum* S. Mariæ & S. Stephani de Sobirous *& aliarum ad nos ſpectantium ex vna parte, & nos Priores prædictos, quod nos Capitulum dicebamus quod domus, Oratorium, Cœmeterium, Aedificia, & aliæ officinæ ipſius Conuentus præd. abſq; conſenſu noſtro fuerant ædificata intra*

A. D. 1292 *Religioſi* S. *Auguſtini.* Cadurci iam ſiti quando euocati eò fuerint: quid cū Capitulo Cad. pacti.

Quid tum tenerentur Capitulo pendere, & cur.

fines & limites Parochiarũ. & in ipſis Parochiis Eccleſiarum *præd.in graue damnum noſtrum, Priore & conuentu dictæ domus contrarium aſſerentibus. Tandem vtrinque viam concordiæ eligentes, talis amicabilis compoſitio ſuper præmiſſis interuenit, videlicet quod Prior & conuentus præd.domus qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, teneantur dare capitulo medietatem oblationum quæ in ipſorum oratorio, ſiue in* Eccleſia *quæ nunc eſt, vel in alia conſtituenda in parochia, ſeu parochiis Eccleſiarum præd.offerentur, tam in diebus feſtiuis, quam non feſtiuis, & medietatem obuentionum omnium ratione funerum quocunque modo, & vndecunque obuenientium, exceptis tamen oblationibus, quas in nouis miſſis. Fratrum præd. Ord.offerri contigerit, quas capitulum eiſdem ff.donamus, & de gratia remittimus, & pietatis intuitu ad eorum inopiam ſubleuandam. Nos verò Priores prædicti tenebimur ſoluere ipſi* Capitulo *in feſto natiuitatis Dom.noſtri I.C.vnum obolum aureum annuatim ratione cenſus, & ratione aliorum deueriorum ad dictum cenſum pertinentium, qui obolus quinque ſolidorum Turonenſium paruorum valorem habeat. Nec ideò liberi erimus, ſiue maneamus in eodem loco, ſiue ad alium quemuis transferamur, à ſoluendo decimam, & alia iura pro vineis duabus quas acquiſiuimus* à Dom. Petro & Bernardo de Cabazac *fratribus, ciuibus Cadurcenſibus, ſiue pro aliis vineis, hortis, & cæteris acquirẽdis poſthac in Parochiis Eccleſiarum ad Capitulum pertinentium; vltra medietatem & obolum præd. Et teneamur ſoluere cenſum & deuerium, quæ illi à quibus habuimus vel habemus terras, vineas, hortos, agros, ſolebant, & tenebantur ſoluere, antequam ad nos per quemcunque titulum aut contractum gratuitum, vel alium perueniſſent, vel peruenire poterunt in futurum. Volumus etiam & promittimus nos Prior & Fratres dictæ domus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſeruare ordinationem & compoſitionem præſentem, ac bona fide ſine fraude capituli, & Eccleſiarum ad ipſum ſpectantium in teſtamentis, legatis,* Confeſſionibus, *& aliàs pro poſſe noſtro, omni fraude excluſa, ſalua religione noſtra inuiolabiliter obſeruare.* Tum per additos pactionum articulos ad cautelam maiorem, reique perennitatem, ſequitur ſubſcriptio vtrinque attexta, *A.* D. 1292. *Caturci, die Lunæ ante feſtum S. Michaelis.*

Raimundi obitus A.D.1293. eius in in Cathedralem Eccleſiam liberalitas vt piè agnita à Capitulo.

Anno 1293. præcipitante iam, exactoque maiorem partem, grandi natu antiſtes (quippe qui anno 1287. ſeſe iam 40. totos annos Eccleſia Cadurcenſi admiſſum, eiuſque ritibus obſeruandis intentum aſſeruerit) vitæ haud dubiè pertæſus in tanta calamitatum ciuilium tempeſtate, cui ſi non imparem animum impar tamen corpuſculum agnoſceret, euolauit, vti vota ſpéſque ſuadent, ad fœlicia præmia Beatorum. Diem annumque notant Necrologii iam aliquoties laudati Acta H.V. *Anno* Dom. 1293. *XI.Kal.Octob.obiit bon. memor.* Dominus *Raimundus* de Cornelio, *Cadurcen.Epiſcopus pro cuius obitu ſunt per capitulum aſſignati* 100. *ſolidi ſuper domibus olim ſuis, quas ipſe dum erat Archidiaconus* Cadurcenſis *ædificari fecit, quæ domus cohærent cum domibus* Epiſcopalibus, *& dictos* 100 *ſolidos de-* 145

Digitized by Google

bet ſoluere annuatim in die dicti obitus, ille qui pro tempore dictas domos tenebit. Quibus pium habes gratiarum certamen, Raimundo illinc magna cura conſtructas ædes ad Capitulum transferente, hinc nihil minus quam ingratis canonicis ad defuncti Antiſtitis animam ſubleuandam, de iure proprio, cenſuque concedentibus. Et verò æquum erat diuturnam eſſe Cathedrali Eccleſia memoriam amantiſſimi Præſulis, qui diebus etiam paucis ante iſthæc ſuprema fata, (ex ipſo Capituli tabulario) æs alienum omne, ſi quod pendendum ſupereſſet de vacantis olim ſedis prouentibus Præſuli obuenturis remiſiſſet Capitulo condonaſſétque; *Gordonÿ ſcilicet die Luna Feſto exaltationis* S. *Crucis. An.* 1263.

Sede vacante creati Vicarii generales; & qua poteſtate.

146 Mox vbi viduata ſedes tanto antiſtite pro iure, moréque, Capitulum Diœceſeos vniuerſæ regẽdæ Epiſcopalis muneris creat Vicarios, Procpiſcopos dicas, eiſque ſedi etiam obuenturos prouentus Capituli nomine diſpenſandos, adminiſtrandoſque concedit, iuráque omnia, quà ſacra, quà profana, permittit hiſce tabulis, ex Capituli Cadurc. armario excerptis. Vniuerſis præſentes literas inſp. Capitulum Cadurcen. ſede vac. ſal. æternam in Dom. *Noueritis, quod cum ad nos, tam de iure, quam ex antiquo vſu & conſuetudine approbata pertineat adminiſtratio & cuſtodia bonorum Epiſcopatus ſede vacante, Nos diligenti deliberatione habita, facimus, conſtituimus, creamus, & ordinamus, vicarios noſtros in adminiſtratione & cuſtodia ad nos pertinentium bonorum temporalium Epiſcopatus* Cadurc. *ſede vacante, Ven. viros* Dom. Raimundum Pauchelli, & Raimundum Ioannis *Canonicos noſtros, dantes, & concedentes dictis Canonicis noſtris plenam & liberam poteſtatem, & ſpeciale mandatum, adminiſtrandi, & omnimodam iuriſdictionem exercendi in temporalitate predicta, & gubernandi bona temporalia pradicta, & cuſtodiendi caſtra, villas, Baylinias, & terram prædictam dicti Epiſcopatus, & procurandi, & gerendi cauſas & negocia per ſe, vel per alios inſimul vel diuiſim, & recuperandi ac recipiendi bona pradicta mobilia & immobilia, fructus, redditus, & obuentiones, a quibuſcunque poſſideantur: Et litteras quictationis de perceptis, ſeu percipiendis ab ipſis, concedendi; & computum, ſeu rationes de adminiſtratis audiendi; mandantes omnibus communitatibus, Baronibus, militibus, vaſſallis, Iudicibus, Baiulis, & ſeruientibus & aliis ſubditis noſtris Caſtrorum, villarum, & aliorũ locorum ad Eccleſiam Cadurc. & ad nos ſede vacante pertinentium, vt præfatis Vicariis noſtris & vtrique ipſorum communiter, vel diuiſim, in pramiſſis, & aliis negotium tangentibus tanquam nobis, pareant & intendant: Ratum & gratum habituri perpetuò quicquid per vicarios noſtros communiter aut diuiſim adminiſtratum, receptum, & aliter ordinatum fuerit ex præmiſſis: Eiſdem vices noſtras ſuper præmiſſis ex certâ ſcientia committentes. Ipſi verò iurauerunt ſe habere fideliter in pramiſſis, & de iis quæ huiuſmodi occaſione ad ipſos peruenerint, reſtitutionem facere capitulo; & reddere per ſe, vel per alios ſingulis menſibus rationem. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum commune literis præſenti-*

bus duximus apponendum. Datum & Actum Cadurci die Iouis poſt feſtum B. Andreæ Apoſt. A. D. 1293.

Ius Capituli in temporales Epiſcopatus prouẽtus ſede Vac. pleniſſimum.

Sunt & inibi tres quatuorue id genus tabulæ anno eodem cadente datæ, diuerſâ licet formulâ, nihil tamen vario ſenſu quas vitãdo tædio miſſas facio, vbi tamen vnum monuero, quod ad capituli ſplendorem, dignitatémque non parum facit, hiſce caueri literis poſt exactiſſimam diſquiſitionem, poſt antiquiſſimos quoſque conſultos, vno ore pronuntiatum, *Bartholomei Pontij Geraldi Guill. Baraſch Guill. dè Cardaillac aliorumque ſuperiorum Præſulũ* temporibus obſeruatũ, vti vita functo antiſtite prouentus omnes agenti priu. mancipati, ſte ad capitulum deuoluerentur, vti vt poſſet pro arbitrio, nihilque ſucceſſuro deinceps Præſuli obuenire haberet. Placet iuramento ſeſe ſolemniter obligantis capituli, ſuamque fidem ad priuilegiũ hocce, vel aliorum redditũum detrimento rigidiſſimè conſeruandum, propugnandumque cõſtantiæ, ac diuinioris cuiuſdam libertatis locupletiſſimum monumentũ attexere. *Vniuerſis, &c. Nos Raim. de Cornelio Caſtr. P. de Allib. Sicard. Mõtiſpenſati, Raymund. de Roſſillac S. Sereni Bartholomæus de Figiaeo, & V. de Cornelio, de Tornęſio in Eccl. Cad. Archidiaconi, P. Martin Cantor, & B. de Monaſterio &c. Canonici Cad. Capitulumq; Cadurc. Notum facimus, quod cũ de vſu & obſeruantia & conſuetudine legitimè obtenta & præſcripta in noſtra Cadurc. Eccleſia hactenus obtenta vſitatum & obſeruatum fuerit in eadem Cadurc. Eccleſia, quod fructus, redditus, exitus & prouentus, bonorum Epiſcopalium Epiſcopatus Cad. cedant ſede vacante in vſus & vtilitatem Capituli Cad. Et tam in proxima vacatione contingenti per mortem ven. Patris bonæ memor. Dom. Bartholomæi quondam Epiſcopi Cadurc. quam aliis vacationibus contingentibus per mortem Dominorum* Gerardi Baraſci, Pontij, Guillelmi, *quondam Epiſcoporum Cadurc. & aliorum anteceſſorum ſuorum plurimorum. & etiam à tempore, cuius in contrarium memoria non exiſtit, conſuetudo, obſeruatio, & vſus prædicti fuerunt inconcuſſè & pacificè obſeruati, idcirco cum teneamur iura noſtri Capituli obſeruare, defendere, & tueri, & futuris periculis occurrere, Nos dictum Capitulum vnanimiter & concorditer in communi ſtatuimus & firmiter ordinamus, & promittimus, quod conſuetudinem & vſus prædictos tam in iudicio quam extra defendemus: Et ſtatuimus, quod quandocunque totum noſtrum Capitulum, aut aliquis de Capitulo, ſeu adminiſtratores ordinati vel ordinandi à Capitulo, ſede vacante contra vſus prædictos, aut eorum occaſione impeteretur in iudicio vel extra ab aliquo Epiſc. Cadur. vel alio; quod ſtatim Syndicus Capituli ſuſcipere teneatur defenſionem. & prout de iure fieri poterit vſque ad finem, expenſis communibus noſtri Capituli ad communẽ requiſitionem illius vel illorum, cui, ſeu quibus ſuper hoc controuerſia mota fuerit & ad hoc faciendum nolumus de cætero capitulũ euocari, ſtatuentes, quòd quilibet Canonicus pro rata eum cõtingente contribuat de fructib. prębendæ cuiuslibet Canonicorũ, tam præſentium, quam futurorum, ſeu de diſtributioni-*

147

bus panis & vini, & denariorum in expenſis faciendis, & quod Capitulum auctoritate propria retinere poſſit, & leuare ratam quemlibet contingentem poſtquam cauſa mot f erit, quouſq; ſit totaliter terminata. ſane nos omnes promittimus, quod ſi contingeret aliquem ex nobis ad gradum Epiſcopalem Cadurcenſis Eccleſ. prouehi, prædictã conſuetudinem tenebimus & contra nõ veniemus, nec ipſum Capitulum, vel de eo aliquem, vel adminiſtratores Capituli ſede vacante ſuper ipſis inquietabimus. Et præmiſſa omnia, & ſingula ſeruare, tenere, & non contrauenire iurauit ad S. Dei Euangelia Syndicus dicti Capituli in Animas omnium prædictorum Canonicorum præſentium & mandatorum, vt quicumq; recipietur impoſterum in Canonicorũ Cad. præmiſſa & ſingula iurare teneatur, nec ante recipiatur in Canonicum & in fratrem donec præſtiterit huiuſmodi iuramentum. in quorum omnium fidem & teſtimoniũ nos omnes & ſinguli prænominati Canonici ſigilla noſtra propria vna cum ſigillo dicti Capituli literis præſentibus duximus apponenda. Datum & actum Cadurci in Capitulo generali poſt feſtum B. Andreæ Apoſt. A. D. 1293.

Iurat Capitulum ſe id ius conſeruaturum quà at

149 At enim nequis ſeuerior reſpuat acta in ſui fauorẽ pronuntiantis Capituli, inque ſuimet gratiam ab tanto æuo memoriam hominum inclamantis, Age rem totam certioribus tabulis euincam⁹, & ipſius Regij Seneſcalli occupatis iam bonis hiſce de iuſſu Regio cedentis litteras vnaq; Regis inſertum placitum ad cathedralis Eccleſiæ ſplendorem eruamus. *Nouerint vniuerſi & ſinguli quod cum nos miles* de Arrablayo *miles Illuſtriſſimi Dom. noſtri Regis Franc. eiuſdemq; Seneſcallus Petragor. & Cad. Eccl.* Cad. *vacante per obitum bonæ memoriæ D. Raymundi quondam Epiſc. Cad. ſaiſiniſſemus, & ſaiſina ad manum Regiam teneremus, Ciuitatem Cad. villas, & Caſtra & alia bona Epiſcopalia Eccleſ. Cad. occaſione* Regaliæ *Capitulum Cad. ex dicta ſaiſina reputans, multipliciter ſe grauatum eò inter cetera, quod dicebat tam de iure, quam de vſu antiquo ac per cognitionem & declarationem curiæ dicti Dom. Regis approbato prout in litteris patentibus inclytæ recordationis* Dom. Philippi *genitoris dicti Dom. Regis plenius continetur ad ſe pertinere ſede Cadur. vacante cuſtodiam & adminiſtrationem dictorũ bonorum, nobili viro Domino* Petro Flota *militi dicti Domini Regis, & nobis cum magna inſtantia ſupplicarunt, vt amotâ ſaiſinâ prædictâ & manu Regia, ciuitatem, villas & caſtra, & alia bona prædicta reſtitueremus* Capitulo *prædicto. Demum* Petrus flota miles & Seneſcallus ſupradicti, *viſâ & diligenter inſpectâ Litterâ Regia prædicta: viſo etiam mandato Regio nobis de nouo directo, dictam ſaiſinam & manum Regiam de præfatis bonis penitus amouentes, præfatam ciuitatem, Villas, Caſtra, & alia bona Epiſcopalia, ad dictam manum Regiam poſita, dicto Capitulo reſtituimus iuxta formam mandati prædicti, cuius mandati tenor ſequitur in hac verba.* PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex Petro dicto flota, ac Ioanni de Arreblayo Seneſcallo Petragoricen. *dilectis militibus noſtris, Sal. & dilectionem. Litteras veſtras, vos terram & alia temporalia*

Ius illud ne quidem Regaliæ nomine impeditur

Regũ Galliæ in prouentibus Eccleſiæ cedendis modeſtia.

Epiſcopi Cadureen. poſt obitum quondam Raimundi Epiſcopi Cadurcenſis, ad manum noſtram ſaiſiuis ſe inter cætera continentes, benignè recepimus, & tam rationes & cauſas, propter quas manum iſtam noluiſtis hactenus ab eiſdem temporalibus amouere, quam literarum copiam, quam miſiſtis aduertérunt diligenter. Volentes igitur Eccleſiarum iura illibata ſeruari mandamus vobis quatenus retentis ad manum noſtram fortaliciis Epiſcopi ſupradicti, quæ propter rebellium noſtrorum ſuperbiam reprimendam,& vtilitatem communem nobis videritis opportuna;quæ etiam præſidēte Epiſcopo iure noſtro retinere poſſemus;& ad reparandum,claudendum,muniendum eadem fortalicia, prout capitulum Eccleſiæ *Cadurc. vult,& expreſſè conſentit,& obtulit,vt ſcripſiſtis de temporalibus prædictis neceſſariam quantitatem.reliqua eadem Capitulo ſine difficultate qualibet liberetis. Datum apud Villarum Coll. Reſt. die Mercurij poſt feſtum ſanctorum omnium. Nos* Petrus *Flota, & ſeneſcallus prædicti ſigilla noſtra præſentibus literis duximus apponenda. Datum* C*adurci die veneris poſt feſtum* S. *Catharinæ virginis A.D.*1293.

Ita nimirum addecet, vt hi profani prouentus atque ſacri, non minùs diſcernantur ab inuicem, quàm illæ ipſæ poteſtates, illaque iura quibus obueniunt: quæ miſcere atque confundere nihil aliud ſit profectò apud cordatos quoſuis,quàm diuina humanis attexere, cœlum terris contribuere,ordiniſque ſpeciem omnem deterere,atque traducere.Quod ipſum quam agnouerint Reges noſtri,Acta iam exſcripta ſat innuunt. 148

SICARDVS DE MONTE-ACVTO.

Sicardus ab A C. 1293.ad 1300.

Sicardus poſt vacuam quinque circiter menſes ſedem ad ſolium ritè euehitur, Canonicos inter Cadurcenſes Actis iamnunc ſede vacante ſcriptis annumeratus antea,(ni me ſimilitudo nominum fallit,luditque), ipſa die Martii.7.ad clientelariæ profeſſionem fidei, nobiles aliquot admittit ex Epiſcopi noſtri *Tabulario*,quare cum ipſo anno auſpicatū,haud abs re ſuſpicor.Occurrunt paſſim aliis homagiorum Epiſcopalium codicibus à me pellectis, profeſſiones id genus variæ anno 1294.1295.1296. 1298.quibus quia nobileſ,illuſtréſque viri,quà nobiles, illuſtreſque viri, quà plebeij,atque ignobiles *Dominum* eum iuſſi agnoſcere, clientes ſe haud ægrè profitentur.A.C.1294.die Iouis ante feſtum B. Ioannis, ante portam Latinam,vt fert ſubſcriptio,tenuioribus, vel plus nimio Eccleſiæ Cathedralis redditibus amplificandis Eccleſiam *S. Nazarij propè Braſſaccum*, necnon alias aliquot *Capitulo* contribuit, ſuos vt ea liberalitate Canonicos demereretur; ſibique regendæ ſedi pacatiùs, firmiùſque ſubſtrueret 149

A C.1294.Cathedralem ditat Eccleſiam.

ſtrueret fundamentum. Verum non ita multo poſt, vt ſunt infidæ, fragiléſque hominum ſocietates, nonnihil eſt ſubortum diſſidij, quod Epiſcopum a Capituli ſocietate illa placidiſſima hoc eſt à reliquo corpore caput diuellere, diſtraherétue facilè potuiſſet, ni vtrinque prudentia, ſapientiaque certatum eſſet, rebus ex æquo, bonoque componendis: obierant inteſtati Canonici aliquot, quorum ſua ſcilicet ratus, bona inuaſerat *Sicardus* noſter: Obluctatur, obnititúrque Capitulum; iactat indulta Pontificia, ius teſtamentarium ſuis omnibus permittere, inteſtatorum bona Capitulo tribuere: Tenuit *lis ea aliquandiu, vt ſolet ea* flamma tenacior non niſi multo *abſumpto fomite extingui ſopirique*; Anno quippe 1296. 6. Id is Febr. tabulæ querelarum Capituli ſubnotantur, Sicardi vero Præſulis alia, re comperta, inuaſis temere bonis cedendum ſibi, luiſque atteſtatæ anno 1297. die Mercurii ante feſtum ſanctorum omnium. Attexo ſuo ambas ordine, vt iura illa Cadurcenſi Eccleſiæ dudum permiſſa ab ſede Apoſtolica, ad illius ornamentum maius, decúſque in omnium, ſi fata ferant, oculos, manuſque olim incurrant. *In nomine Dom. Amen. Anno ab incarn. Dom. 1297. Indict. 10. & 6. Idus Febr. Pontificatus ſanctiſſimi Patris Dom. Bonifacij Papæ VIII. anno 3. Venerabiles, & diſcreti viri, &* Dom. *Capitulum Cadurcenſe propoſuerunt coram me Geraldo de Prato, notario publico, & teſtibus &c. qui ſequuntur. Cum Dom. Raymundus de Trapis Canonicus Cadurcenſis quondam haberet multa bona mobilia, & immobilia, deceſſiſſetque inteſtatus, & ad nos pertineret ex vigore priuilegiorum nobis & Eccleſiæ Cadurcenſi à ſede Apoſtolica conceſſorum, bona prædicta conſignare, & de ipſis diſponere, prout nobis videbitur expedire, Reuerendiſſimus Pater Dom noſter* Sicardus Dei gratia Cadurcenſis Epiſcopus *dicta bona occupari fecerit noſtrum in præiudicium. Noſq; dictũ Dominum congruenter requirere iam non poſſimus, quod dicta bona nobis reſtituat & nos prædicta bona conſignare & conſignari facere, & de ipſis liberè diſponere permittat, cùm idem Dom. Epiſcopus infirmatus fuerit grauiter & adhuc in lecto infirmus iaceat, in ſtatu, in quo ſuper prædictis competenter deliberare non poſſit, & deliberate reſpondere. Nos dictum Capitulum, volentes dicta priuilegia obſeruare, & defendere, & ne in aliquo contra dicta priuilegia aliquid facere vel omittere videamur, coram vobis proteſtamur & promittimus vobis pro omnibus quorum intereſt, quod poſtquam dictus dominus Epiſcopus conualuerit, eum requiremus, quod prædicta nobis reſtituat; & ſi noluerit, contra formam priuilegiorum, proteſtamur nos proſecuturos, & velle proſequi ſuper prædictis apud ſedem Apoſtolicam, & alibi, vbi & quando poterimus, prout fuerit rationis. Datum & actum Cadurci, &c.*

Lis cum Capitulo

Quale ius Capitulo in bona inteſtatorũ Canonicorũ.

Vniuerſis, &c. Officialis Cadurcenſis ſalutem in Dom. Noueritis nos vidiſſe, legiſſe, & diligenter inſpexiſſe quandam literam Reuerendi in Chriſto Patris Domini Sicardi Epiſcopi Cadurcenſis, *hoc tenore*: Sicardus *Dei gra. Epiſcopus Cadurcenſis vniuerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem*

Noueritis, quòd nos recognoſcimus, & in veritate confitemur, quòd Canonici Cadurc. ſunt priuilegiati per ſedem Apoſt. & habent de vſu & conſuetudine diutius approbata, & ex dicto priuilegio, quod poſſunt teſtari de bonis ſuis, ab Eccleſia, vel aliunde quæſitis, pro ſuæ arbitrio voluntatis: quod priuilegium, & quam conſuetudinem ex certa ſcientia pro nobis & ſucceſſoribus noſtris approbamus, & ratificamus, & habere volumus perpetuam firmitatem: propterea, que quia nobis conſtat de prædictis impedimentum, quod nos vel gentes noſtræ feceramus, vel fieri feceramus in bonis Canonicorum infraſcript. defunctorum Capituli Cadurcenſis totaliter amouentes, Volumus quòd bona omnia mobilia, & immobilia, quæ fuerunt Raimundi de Trapis, & Petri d'Auroca, quondam Canonicorum, reſtituantur Capitulo memorato, quòd poſſit ea vera authoritate capere, & de iis diſponere ſecundum dicta priuilegia, dantes præſentibus literis in mandatis omnibus, & ſingulis Officialibus, Procuratoribus, & aliis miniſtris, & ſubditis noſtris, ad quos prædicta bona peruenerint, vt dicto Capitulo reſpondeant & ſatisfaciant de eiſdem, & ea ſibi reſtituant indilatè. Item recognoſcimus & in veritate confitemur quòd cuſtodia bonorum Capellanorum, ſeu perpetuorum Vicariorum Eccleſiarum dicti Capituli, & beneficiatorum aliorum per dictum Capitulum, pertinent ad dictum Capitulum, & pertinere debent. Et inſuper prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, permittimus quantùm poſſumus, & debemus, quòd dicti Capellani & beneficiati liberè teſtari poſſint, & ſi forte inteſtati decedant, bona ſic decedentium habeant & percipiant illi Canonici vel ſucceſſores eorum qui eos ad Capellanias ſuas vel beneficia præſentarant, vel præſentabunt, diſtribuantúrque per ipſos pauperibus, ſecundum quod ſuæ, & animarum ſaluti taliter defunctorum, viderint expedire, ſeu vtilitati beneficiorum expendenda, vel reſeruandæ ſucceſſoribus dictorum defunctorum, ſi magis placuerit Canonicis ſupradictis; oblatione ipſis Canonicis ſuper hoc reſeruata. Item recognoſcimus, quod decima emolumenti quod prouenit & prouenire conſueuit nobis, & prædeceſſoribus noſtris ratione monetæ pertinet, & pertinere conſueuit ab antiquo ad dictum Capitulum. Item quod omnes Canonici Cadurcenſes cum ſua familia & hoſpitibus ſuis & toto clero Chori Cadurc. debent comedere nobiſcum Epiſcopo Cadur. & ſucceſſoribus noſtris, in die Cœnæ Domini quolibet anno, & quod ita conſuetum eſt ab antiquo. Ea verò quæ fecimus, vel fieri fecimus, ſeu per alium nomine noſtro, & pro nobis, facta ſunt in præiudicium dicti Capituli circa prædicta, penitus reuocamus. In quorum fidem præſentes literas præfato Capitulo concedimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud hoſpitalem Dominæ Agerinæ, die Veneris ante Feſtum B. Mariæ Magdalenæ Anno Dom. milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo. In cuius viſionis, & diligentis inſpectionis teſtimonium, ſigillum Curiæ noſtræ Cadurcenſis præſentibus duximus apponendum. Datum Cadurci die Mercurii ante feſtum omnium ſanctorum A. D. 1297.

Canonici ius teſtandi habent.

Ius Capituli in vicariorum bona

Ius monetale Capituli.

Cœna Domini vt feſtiuè celebranda Epiſcopi impenſis.

Verumenimverò, nihil intentato ea lite diſſidio, animorum vinculum 151

laxatum eſt,nihil ſolutū,quin verò conſtrictum eſt rigidius tenaciúſq; vt ſolent cōualeſcere tentatę pluſculum amicitiæ germaniores,ceu inſperſo rore leuiculo fornacis æſtus. Cùm enim *anno 1297 Sextili Menſe* morbis acrioribus facilè obuio, graui cum morbo colluctaretur *Sicardus* noſter, conclamatúmque haud pauci crederent ad inſitas redactum Antiſtitem, imminente iam, vti rebantur, fato, iuuandum rati Canonici, oppignerari Epiſcopatus bona concedunt vel ad ter mille libras, ingenti certè ære id temporis, quò pompæ funebri, doníſque varijs quæ pietas teſtanti ſuggereret, familiæque toti perſpectum foret: at eâ lege cautionéque tumulandum vt ſe Sicardus traderet cædi principi ſi decretoriam voluiſſent hanc inualetudinem ſuperi. Hoc verò annuentis Capituli calculo ideò ſanciendam firmandamque oppignerationem arbitror, quòd è re Capituli foret (in bona ſcilicet defuncti Præſulis more iuréque receptiſſimo ſucceſſuri quandiu Sedes vacua) efficere, vti prouentib. illis quorum imminebat dominio, proſpectum foret; vt ſileam ad ſedis prouentus huiuſmodi alienandos diſtrahendoſque in futurum, non niſi de aſſenſu Capituli Antiſtites aggreſſos quantum ex infinitis prope tabulis inſertis à me hactenus eſt agnoſcere: ſic igitur ſe habet Cadurcenſis Capituli placitum, Vniuerſis &c. *Capitulum Cadurcen. ſal. in Do.* Noueritis *quod nos volumus & concedimus de gratia ſpeciali Reuerendo* Patri *in Chriſto Domino Sicardo Dei gratia Cadurc. Epiſcopo, hoc cum inſtantia poſtulanti, pro ſuis debitis ſoluendis & ſeruitoribus ſuis decenter remunerandis, ſuiſque legatis ad pias cauſas plenariè complendis, ac etiam obſeruandis, vel eius executoribus, plenam ac liberam poteſtatem obligandi ad tempus & aſſignandi in ſoluto redditus, & fructus temporales Epiſcopatus Cadur. ſuis creditoribus, vſque ad ſummam trium millium librarum Turonenſium, & ad obligationem, ſi quam fecit, vel faciet in præſenti ægritudine de dictis rebus, noſtrum præſtamus aſſenſum, & eius vltimam voluntatem in quantum poſſumus approbamus, & nunquam contraueniemus, nec aliquis noſtro ingenio, vel conſenſu, deductis tamen, de Redditibus & rebus prædictis expenſis neceſſariis, excluſo etiam, & excepto emolumento* ſigilli, & officialatus, & Curiæ Cadurcenſis, & iuriſdictionis ſpiritualis, *& retentis alijs communibus bonis ac fructibus noſtri* Capituli, *& ſingulorum noſtrorum proprijs, quos per conceſſionem, aſſenſum & approbationem huiuſmodi non intendimus aliquatenus in obligatione huiuſmodi obligari, & exceptis fortalitijs Caſtrorum & exceptâ Eccleſiæ iuriſdictione & emolumento incurſuum contingentium ſupra ſexaginta ſolidos, ita tamen quod illi qui prædictam obligationem, & aſſignationem ſuſceperint teneantur bis in anno, in duobus noſtris Capitulis generalibus, reddere nobis bonum computum & legalem, & bonam & legitimam rationem, quâ redditâ & eis ſatisfacto de dictis debitis ſuis, dictos redditus, & fructus dimittere ſine contradictione qualibet teneantur: Hoc etiam adiecto, quod ſi de ſupradicta ægritudine eum decedere,*

Sicardus æger C. 1297. oppignerat Epiſcopatus bona, annuente Capitulo.

Quę ſibi reſeruerit Capitulum.

Quibus conditionibus conuentum.

quod Deus auertat contingeret, Volumus, quod prædicta habeant firmitatem dummodo idem Dominus Episcopus ſepeliatur in noſtra Cathedrali Eccleſia Cadurc. ſi verò dictum Dom. Epiſcopum de ægritudine præſenti in qua nunc eſt conualeſcere contingat, vel ſi non ſepeliatur dictus Dom. Epiſcopus in dicta noſtra Eccleſia, Volumus, quod prædicta conceſſio & gratia, & alia ſupra contenta pro non conceſſis & nullis habeantur. In cuius rei fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum ſigillum noſtrum commune præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Caturci in Capitulo noſtro generali, die Martis proxima poſt feſtum inuentionis S. Stephani A. D. 1297. 152

Ratus ſe morti proximum *Sicardus* iniurias condonat Coſſ.

Extorſerit inſtantis huiuſce morbi vis, & qui ſapientiores quoſque habet ſollicitos, anxióſque mortis, ac diuinorum iudiciorum metus, *Sicardo* noſtro, iniuriarum iniquè illatarum propè, ſibi, ſuiſque olim deceſſoribus quà ab Coſſ. quà ab ciuibus, vti rebatur ipſe, illatarum condonationem pleniſſimam: memor quippe iubentis Chriſti, nullæ vt alterius condurentur rixæ, *Sol ne occumbens iram excipiat*, in tenebris ſcilicet audacius graſſaturam, ius omne cedit iis à quibus hactenus iniquè læſus, verba iſthæc cedentis ſunt, ex Cadurcenſis vrbis Armario. *Sicardus, &c. Noueritis quod nos omnes iniurias, & perſecutiones quas habebamus, vel habere poteramus contra* Conſules & populares, aut ciuitatem Cadurci, coram Domino noſtro Rege Franc. *Pariſiis, ſeu coram eius Seneſcallo, occaſione Ioannis de S. Ineri per ipſos Coſſ. ſuſpenſi, vel occaſione ſeptem incorum per ipſos ditum ſtatutorum in præiudicium Domini noſtri & iuriſdictionis Cadur. ſiue ratione quarundam comportarum & vindemiarum per ipſos Conſules olim captarum tempore prædeceſſoris noſtri Raimundi bo. memoriæ Cadurc. quondam Epiſcopi, ſiue quauis alia occaſione remittimus gratis, & liberè pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris A. D. 1 29.*

Eph. 4. v. 25

An. 1298.

Homagium admittit, morbo curato,

Ex eo morbo defunctum Præſulem haud ægrè credidiſſem, ni anno ſequente ſuperſtitem docuiſſet Codex *mēbraneus* alter *homagiorum Epiſcopalium*, cuius centeſimo folio *Bernardum Fabri Burgenſem Cadurcenſem* iuramentum fidelitatis præſtantem habes, & homagium facientem *R. in Chriſto P. Dom. Sicardo* Dei gra. *Cadurcenſi Epiſcopo præſenti & pro ſe & Eccleſia* Cadurcenſi *ſolemniter ſtipulanti ac recipienti ad inſtar bo. memo. Domini Raimundi quondam* Cadurc. *Epiſc. prædeceſſoris ſui:* ſic enim habent acta anno 1298. Indict. 12. menſis Nou. 8. die ſubnotata. Quamquam 1299. anno ſuperſtitem adhuc, *Montempenſatum* (caſtrum id eſt in Cadurcorum finibus non ignobile) de nouo extruxiſſe vetuſtioribus ædibus diruptis, docet *priuilegiorum Epiſcopalium* Codex, fol. 21. ac 35. ſic enim habent acta expenſarum etiam computum annotantia, *Dominus Sicardus fecit dirui domos & ædificia, quæ dictus Arnaldus habebat in caſtro Montepenſato, & ibi iuxta facit ædificari idem Dominus Epiſcopus pulchrum caſtrum,* Ruſuſque Sicardus Dei gr. &c. vniuerſis &c. *Noueritis quod facto computo inter nos & Petrum ac Raimundum de pratis conſan-* 153

An. 8299.

Caſtrum *Montiſpenſati* extruit de nouo Sicardus

guineos ſuper expenſis per eos, & eorum patres ratione operis ſeu ædificij caſtri noſtri de Montepenſato de bonis Baillinæ noſtra eiuſdem Caſtri, & ſuis factis, Nos recognoſcimus, nos teneri eiſdem pro dictis expenſis in quingentis ac viginti nouem libris, ac decem ſolidis Cadurcen. *pro eadem ſumma pecuniæ eiſdem reddenda, bona noſtra, & noſtræ Eccleſiæ Cadurcen. & ſpecialiter Baillinam noſtram dicti Caſtri tenore præſentium obligantes. In quorum fidem, &c. Datum Soliac. die Mercurij poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ anno Dom. 1299. Quo ipſo anno morbis, laboribuſque,* diutius afflicta corporis valetudo, quam vnis animi viribus ſuſtentabat, ceſſit tandem, doloribus ſoluto animo. Diem obitus Necrologia neutiquam annotant quæ meas ſaltem ad manus venerint. Defunctum tamen, atque anno 1300. vacaſſe Sedem docent ſolemnes illæ tabulæ iam exſcribendæ Cadurcẽſis Capituli honori gloriæque aſſeruatæ fideliter ad hanc diem. Mox enim inuolant *Exactores fiſcales* in vacantis Sedis prouentus, Sicardo fatis functo voraces lupos diceres prædæ ſpe Paſtore Opt. orbatas caulas populaturos. Iubet de re tota diſquiri *Philippus Rex* Princeps æquiſſimus Optimuſque; *neque enim niſi ſub Rege Optimo mala vnquam eſt fiſci cauſa*, agnitoque vti & ſupra factum vidimus Bartholomæo fatis perfuncto nullum ius eſſe Regi in bona illæc ſacra Capitulo cedenda, libentiſſime patitur ſolemniter ius omne latâ ſententia Capitulo adiudicari. Legat hic haud iniquus Lector Franciæ Regum Religionem, pietatemque nihil de ſacris illis prouentibus vel attrectare auſam, legat iura Capituli æternando, ſi placet ſuperis, iudiciò ſancita

Sicardi obitus.

Traia. Panegy. Plin

154 Vniuerſis &c. *Bernardus de Pertica domicellus, Vicarius Pariagij de Cadurco ſal. in Dom. Noueritis nos vidiſſe, tenuiſſe, legiſſe, & diligenter inſpexiſſe quaſdam patentes literas Dom. noſtri ſereniſſimi principis* Philippi Dei gratia Francorum Regis *eius patente, ſigillo verò ac integro, cum cera viridi ſigillatas, non cancellatas, non raſas non vitiatas, omni prorſus ſuſpicione carentes. Item & quaſdam alias patentes literas ſigillatas ſigillo Venerab. & diſcreti viri Dom. Geraldi de Sabanaco legum Doctoris tunc tenentis locum nobilis viri Dom. Geraldi Flota militis dicti Dom. Regis Franc. eiuſq; Seneſcalli Petragorenſis & Cadurcenſis, omni etiam ſuſpicione carentes, in quibus literis tenor regiarum literarum inſertus eſt his verbis.* Nouerint *vniuerſi quod nos* Geraldus de Sabenaco &c. *recepimus literas Dom. noſtri Regis ex parte Venerabilis Capituli Cadurcenſis ſede vacante formam quæ ſequitur continentes* Philippus Dei gratia Francorum Rex *Seneſcallo Petragorenſi, & Cadurcenſi ſalutem. Ex querimonia Capituli Cadurcenſis accepimus quòd licet à tanto tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit, ipſi ſint, eorum prædeceſſores fuerint in ſaiſina pacifica cuſtodiendi & gubernandi temporalia Epiſcopatus Cadurcenſis, quæ ad Epiſcopum Cadurcenſem conſueuerunt pro tempore pertinere ſede Cadurcenſi vacante; vos tamen nuper poſt obitum Sicardi Epiſcopi Cadurcenſis in ſua ſaiſina cuſtodiæ ipſorum*

Philippus Rex bona vacantis ſedis, intacta relinquit Capitulo.

temporalium de nouo indebitè dicimini impedire. Quare vobis mãdamus quatenus ſi vocatis euocandis vobis conſtiterit huiuſmodi cuſtodiam ad nos pertinere ea faciatis per nos more ſolito cuſtodiri: Et ſi inueneritis dictam cuſtodiam ad Capitulum pertinere, & fuiſſe in ſaiſina eiuſdem, impedimentum indilatè amouere curetis, permittentes Capitulum bona cuſtodire prædicta. At ſi dubium fuerit, faciatis dicta temporalia per aliquem fidelem & idoneum cuſtodem in manu noſtra, tanquam in manu ſuperioris, quàm minori poteritis detrimento ſeruari: aiornantes Capitulum ad diem veſtræ Seneſcalliæ Parlamenti præſentis, coram gentibus noſtris parlamentum tenentibus ante dictum: & vos inibi ſufficienter inſtructi pro defenſionibus iuris noſtri perſonaliter interſitis, vel procuratorem noſtrum ad id mittatis inſtructum. Actum Pariſiis die Iouis poſt hyemale feſtum Sancti Martini Anno Domini milleſimo treceteſimo. Auctoritate quorum volentes reuerenter exequi quod mandatur, citari fecimus Magiſtrum Fulconem de Soiris Procuratorem nomine Domini noſtri Regis, vt die Veneris poſt Feſtum Beati Andreæ Apoſtoli, apud Cadurcum coram nobis compareret, contentis in dictis literis Regis ſe oppoſiturum & nos de iure Regio inſtructurum, ſi ſua, vel Domini Regis crederet intereſſe. Qua die comparuit Magiſt. Augo de Brolio Procuratorio nomine dicti Capituli ex vna parte, & Mag. Fulco Procuratorio nomine Domini Regis ex altera. Contra quem Procuratorem Domini Regis propoſuit, quòd Seneſcall. Petragorenſ. & Cadurc. de nouo & in præiudicium dicti Capituli ſede Epiſcopali vacante: bona temporalitatis dicti Epiſcopi quondam ad manum Regis poſuit contra ius & ſententias latas per Dominum Regem, & Petrum Flotta & Ioannem Arrablayo milites Dom. Regis, & Seneſcallos. Quare petijt dictam manum Regiam per nos cognitionaliter amoueri, & ea amota temporalitatem reſtitui Capitulo. Dictus verò procurator Dom. Regis contradixit, quia Dominus Rex dictam temporalitatem tenebat ſuo iure propter vacationem Paſtoris & quia Rex erat & diu fuerat in poſſeſſione percipiendi fructus temporalitatis, donec eſſet prouiſum Eccleſiæ viduatæ. Et ibidem procurator Capituli aſſeruit quod dicta manus amoueri debebat, pro eo quod in vacatione per mortem Dom. Bartholomæi quondam Cadurcenſis Epiſc. licet Dominus Simon de Melcduno tunc Seneſcallus Petragor. & Cadur. ſaiſiuiſſet temporalitatem Dominus Rex dimiſit, dicto Capitulo, quia didicit, quod ab antiquo ad Capitulum pertinebat, & ad hoc probandum produxit literam Regiam hoc tenore: Philippus &c. Norint vniuerſi, quod nos occaſione ſaiſinæ & adminiſtrationis bonorum Epiſcopalium Cadurc. quæ ſede vacante Simon de Melcduno miles, Seneſcallus Petragor. & Cadur. de mandato noſtro in manu noſtra cepit & ſaiſiuit, Nolumus quod nobis & ſucceſſoribus noſtris aliquod ius nouum accreſcat, vel minuatur antiquum; quódque prætextu Regaliæ, guardiæ, ſiue cuſtodiæ huiuſmodi Capitulo Cadurc. cui ſaiſinam & adminiſtrationem prædictas dimiſimus, quia ad ipſum pertinere didicimus ab antiquo, poſſit in

Varijs tabulis confirmatur ius antiquum Capit. in bona vacantis ſedis.

hac preſenti vacatione, vel in futuris vacationibus praiudicium generari. Quod vt ratum permaneat, præſentibus noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſiis Anno Domini, milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo nono, menſe Februario.

ITEM dixit Procurator Capituli, quod in vacatione per mortem Domini Raymundi, *licet temporalitas fuiſſet ſaiſita tam per Dominum* Ioannem de Arreblayo, *quam per Dominum* Petrum Flota, *fuit reſtituta Capitulo, vt continetur eorum literis, hoc tenore. Nouerint vniuerſi, &c.* (omitto iam ſuperiùs inſertas tabulas) *Produxit etiam ad intentationem ſuam aliam litteram dicti* Domini Ioannis: *hoc tenore,* Ioannes de Arreblayo miles Domini Regis Franc. eiuſque ſeneſcallus Petragoren. & Cadurcenſis dilecto *noſtro* Guillelmono Burgenſi Cadur. Salutem, *Cum Dom.* Petrus Flota, *& nos, ſaiſinam & manum noſtram appoſitam in ciuitate, villis,* Caſtris, *& alijs bonis temporalibus Epiſcopi Cadurcenſis occaſione Regaliæ amouerimus ad inſtātiam Capituli Cadurcenſis iuxta tenorem mandati Regij nobis directi, vobis præcipimus & mandamus quatenus prædicta per nos, vel mandatum noſtrum ſaiſita occaſione prædicta eidem Capitulo dimittatis, & liberetis, ita quod prædictum Capitulum, non obſtante prædicta ſaiſina poſſeſſione dictorum bonorum, vti liberè valeat, & quietè. Datum Cadurci die Sabbathi poſt Feſtum Beatæ Catharinæ virginis, Anno Domini milleſimo ducenteſimo, nonageſimo tertio.*

REDDITIS *litteris ipſis viſis de quibus plenè copiam fecimus, Procuratori Domini Regis: qui viſis diligenter, & conceſſa dilatione per eundem petitâ, videlicet ad diem Sabbathi ſequentem, deliberato conſilio cognouit prædictas literas fore veras; Iniunximúſque ei, ſi volebat nos inſtruere de iure Regio, qui propoſuit, quod ſe informauerat cum quibuſdam de iure Regio, & quod per informationem prædictam nos inſtruere non poterat de ijs quæ propoſuerat coram nobis: Et cum dictæ partes nihil aliud rationabile proponerent, nec proponere vellent, peterentque ius fieri ſuper præmiſſis: Nos ad audiendum ius, ſuper præmiſſis diem Dominicam poſt Feſtum Beati Andreæ Apoſtoli coram nobis, dictis partibus duximus aſſignandam: Qua die partes comparuerunt, & petierunt per nos ſuper præmiſſis fieri, quod Iuſtitia ſuaderet; Quare nos* locum tenens prædictus, *viſa requeſta dicti* Capituli, *& litteris Domini noſtri Regis, & dicti Domini Seneſcalli quondam, & Domini Petri Flota, & omnibus aliis ſuperiùs propoſitis, & reſponſis, & dictis; quia Procurator Domini Regis non probauit quæ propoſuerat coram nobis: Idcirco in præſentia ipſarum partium Ordinamus, & Ordinauimus, quod dicta temporalitas, tam ciuitatis, quam Villarum, Caſtrorum, & aliorum bonorum, quæ tenebat* Dominus Sicardus quondam Epiſcopus Cadurcenſis, *tempore quo deceſſit,* ſeu alius eius nomine,

reſtituatur integraliter *capitulo memorato. Et ex nunc dictam manum Regiam de dicta temporalitate penitus amouemus, iniungentes* Raimundo Dagreguila *preſenti qui detinebat temporalitatem, vt reddat integraliter Capitulo, vel eius certo mandato, & quod permittat dictum capitulum adminiſtrare temporalitatem prædictam pacificè & quiete, ſaluo iure Dom. noſtri Regis, tam ſuper proprietate quam ſuper poſſeſſione, & dicti Capituli ſi contra eoſdem ſuper præmiſſis Dom. Rex voluerit expedire quibus per dictam ordinationem nolumus aliquod præiudicium generari. In quorum omnium fidem ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum Cadurci die Dominica poſt feſtum B. Andreæ Apoſt. Anno Dom. 1300. Et nos Vicarius ſupradictus viſis & diligenter inſpectis ſupradictis, ipſas literas, & earum tenorem ad inſtantias Vener. capituli Cad. hic de verbo ad verbum tranſcribi, & exemplari mandauimus per Notarium, &c. Datum Cadurci 2. die menſis Iunij A. D. 1312.*

Ex Teſtamenti ſicardi noſtri, decennio ante obitum conditi, fragmento 155
Sicardus ſacellū S *Blaſio* condiderat.
ab eo *S Blaſii Capellam* funebri loculo deſtinatam, conſtructam, diſcat Lector. *Eligimus* inquit *ſepulturam noſtram in Capella quam conſtruximus in Cathedrali* Eccleſia *in honorem S. Blaſii* , *& S. Catharinæ apud Mercurſium* in camera noſtra, die Martis ante Feſtum S. Matthiæ Apoſt. menſe Septemb. A. D. 1289 Ita ſibi nimirum proſpexerat Antiſtes eximius præoccupanda maturæ mortis memoria, extremoque fato vndecim ante obitum annis proſpiciendo, vel antequam Epiſcopalibus inſigniretur infulis quibus ab A. C. 1294. ad 1300. potitus, ditioribus ſanctioribuſque in Beatorum domicilio commutauit,
Temporis ratio.

RAIMVNDVS II
PAVCHELLI.

Raimundus II. ab A. C. 1300. ad 1312.

RAIMVNDVS Pauchelli ex Canonico & *ſacriſta Cathedralis Eccleſia* ad ſolium Epiſcopale euehitur anno Sedis vacationem illam perbreuem proximè inſecuto, trecenteſimo primo ſcilicet ſupra milleſimum. Extat quippe in *Homagiorum Epiſcopalium Codice* altero *fol. 101.* clientelæ profeſſio, qua ſe *Raimundo* noſtro coram aſſtanti ſuum obſequē-temque fore iurat *Raimundus Fabri.* Quales honores illi exhibitos delatoſque eodem anno varios, inſequentibus itidem annis 1304. 1305 1308. 1309. in Antiſtitum tabulario a me luſtrato, haud ſemel obſeruatum fuit.

An 1302. Eccleſiā de Pern vnit Capitulo.

Anno 1302, *Eccleſiam de Pern* Antiſtitum noſtrorum Pedo ſubiectā Cathedrali Aedi contribuit. & Capitulo demerendo , & ſacerdotibus

binis alendis in ſui defuncti ſemel gratiam ſacra facturis. Donationis verba loculi etiam mentionem factura ſic ſeſe habent. In nomine Dom. *Vniuerſis,&c. Raimundus Epiſcopus Cadurc. ſalutem. Noueritis quòd nos volentes animæ noſtræ ſaluti prouidere Eccleſiam de Pern. noſtræ diœceſis cum ſuis iuribus & pertinentiis vniuerſis, conferimus noſtro Capitulo Cadur. gratiâ ſepulturæ noſtræ, quam eligimus in Eccleſia noſtra Cadurcenſi, infra chorum, & pro duabus Capellaniis faciendis & aſſignandis per Capitulum in dicta Eccleſia: quæ Capellaniæ conferantur per Capitulum duobus qui perpetuò ſeruiant in dicta Eccleſia pro anima noſtra. Quam donationem Domini Raimundus Ioannis Cadurc. Raimund us de Roſilhaco, &c. Capitulum facientes cum gratiarum actione acceptarunt. Dictas Capellanias taxamus & aſſignamus quamlibet ipſarum, ad viginti quinque libras Cadur. de voluntate dicti Capituli ſoluendarum de Redditibus dict. Eccleſiæ in pane & vino, & pecunia, prout dictum Capitulum duxerit ordinandum. Et volumus quod dicti Capellani celebrent vnus in altari Capellæ quam fecit fieri bonæ memoriæ Dom.* Raimundus de Cornelio *quondam Epiſcopus, vbi eſt ſepultus, & alius in altari Capellæ* B. Mariæ *vbi eſt ſepultus bonæ memoriæ Dom.* Sicardus *quondam Epiſcopus Cadur. pro ſalute animæ noſtræ & dictorum Epiſcoporum, & aliorum prædeceſſorum, & quod dicti Capellani deſeruiant in diuinis, in choro dictæ Eccleſiæ in Miſſis & horis diurnis & nocturnis; & teneantur deſeruire, ſicut dictum Capitulum ordinabit. Et hanc donationem facimus ſalua portione quinquaginta librarum Cadurcenſium facienda de dictis redditibus, perpetuo Vicario in dicta Eccleſia de Pern. per dictum Capitulum, cùm vacauerit præſentando: Et ſaluo, quod inſtitutionem perpetui Vicarij in dicta Eccleſia, & primam inſtitutionem dictorum Capellanorum nobis retinemus, & perſonas nominamus* Petrum Granerij, & Bernardum Crinelerij *presbyteros, quos volumus admitti ad dictas Capellanias, vel alias perſonas, ſi dicti preſbyteri non ſupereſſent, & quod dictum Capitulum ex tunc, poſt obitum noſtrum dictas Capellanias conferat, prout ei videbitur expedire. Cæterùm volumus, quod ſuper prædictis ad cautelam & euidentiam pleniorem omnium prædictorum fiant quatuor publica inſtrumenta, &c. Datum Cadurci, in camera noſtra* 1302.

Duas capellanias inſtituit, & quibus oneribus, ac ſtipendiis.

Ius Vicarij perpetui Eccleſiæ de Pern nominandi eſt penes Capitulum.

158 Anno 1303. Raimundum inter, Conſuléſque ſubortæ litis, Philippum IV. Regem, electum arbitrum docent litteræ Regiæ. *Philippus &c. Notum facimus quod cum inter dilectum & fidelem noſtrum Raimundum Epiſcopum Cadurcenſem ex parte vna, & Coſſ. & Communitatem, & ciues Cadurc. & nos, quatenus nos tangit, ex altera; in noſtra Curia Pariſiis diutiùs cauſa agitatæ fuiſſent. Nos ad terram iſtam pro bono ſtatu & reformatione patriæ declinantes, eaſdem partes ad componendum, & paciſcendum induci fecimus, vt in tranquillitate & pace viuere in poſterum valeant, ſedatis litibus memoratis. Hinc eſt quod in noſtra præſentia perſonaliter conſtituti præfatus Epiſcopus pro ſe, & nomine Eccleſiæ ſuæ, & pro ſucceſſoribus ſuis, ex*

A. 1303 Philippus IV. Rex arbiter litium à Raimundo & Coſſ. eligitur.

parte vna, & M. Geraldus de Sabanaco, legum Doctor, Iacobus Ioannis, &c. ſyndici, ſeu procuratores Conſulum, & communitatis, & ciuium Caturci ac ſingulorum de vniuerſitate ex parte altera, ad omnia infraſcripta facienda ſufficiens mandatum habentes, ſuper omnibus cauſis, litibus, controuerſiis in noſtra Curia inter ipſas partes pendentibus, & nos, quatenus nos tangit compromiſerunt in nos, tanquam in arbitrum arbitratorem, ſeu amicabilem compoſitorem, vel etiam laudatorẽ. Volentes ipſæ partes, quod nos de cauſis ſupradictis per nos, vel aliũ, ſeu alios, quos ad hoc duxerimus deputandos, cognoſcamus, definitiua nobis ipſis ſententia, vel ordinatione finali in omnibus reſeruata, & de iis de alto, & baſſo, ſummariè & de plano, iuris ordine ſeruato, vel penitus prætermiſſo, arbitremur, ſtatuamus, ſemel vel pluries, in ſcriptis, ſine ſcriptis, ſicut nobis placuerit. Volentes etiam dictæ partes, quod in quantum cauſæ & quæſtiones prædictæ tangunt, vel tangere poſſunt quoquomodo nos, & ius noſtrum pro beneplacito noſtro ordinemus, voluntati noſtræ ſe quoad hoc omnimodè ſupponentes: Promittentes dictæ partes ſe ratum in perpetuum habituros, quidquid ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, & ea tangentibus ſententiandum duxerimus. Necnon præfatus Epiſcopus ſuper cauſis & litibus in Curia inter ipſum Epiſcopum nomine Eccleſiæ ſuæ, ex parte vna, & nos ex parte altera, pendentibus ſuper reſſortis Caſtri de Lautrico, & Caſtrinoui de vallibus, & eorum pertinentiis, & ſuper aliis, de quibus idem Epiſcopus per nos & gentes noſtras, ſe & Eccleſiam ſuam aſſerit eſſe aggrauatos, ſubmiſit ſe, & ſuppoſuit voluntati & ordinationi noſtræ, vt prout videbitur ordinemus: Et ibidem diſcreti viri Mag. Raimundus Ioannis maior, Guillelmus Buſſeti de vallibus, Ioannes Cadeneda de Torneſio, Archidiaconi, Guillelmus de Bellopodio, &c. Canonici Cadurc. hic præſentes, præmiſſis omnibus & ſingulis ſuum præbentes aſſenſum, promiſerunt ſe facturos quod Capitulum Catur. ratificabit prædicta. Nos igitur de negotio bene informati, Dicimus, mandamus & præcipimus, dictis Syndicis, ſeu procuratoribus, nomine quo ſuprà, quod ipſi & Coſſ. & Communitas Cadurcenſis vniuerſaliter, & ſingulariter, ſine contradictione & conditione quibuſcunque, dicto Epiſco-

Iuramento fidelitatis teneãtur ciues Cadurcenſes Epiſcopo. *po Iuramentum fidelitatis in modo & forma, quibus illud præſtiterunt immediatè prædeceſſori Epiſcopi ſupradicti præſtent. Et idem Epiſcopus faciat Conſulibus & Ciuibus prædictis, ea quæ dictus prædeceſſor ſuus fecit in præſtatione huiuſmodi iuramenti, eiſdem. Et inſuper nos dicto Epiſcopo de ſpeciali gratia duximus concedendum, quod ipſe cauſas & negotia præd. tam coram nobis & Curia noſtra, quàm coram gentibus noſtris ducere per Procuratorem valeat & perſequi, quandiu durabunt cauſæ & negotia ſupradicta. Actum Toloſæ, die Dominica, ante Feſtum Epiphani. Domini. Anno eiuſdem milleſimo trecenteſimo tertio.*

Ex quibus tabulis Archiuo Cadurcenſi aſſeruatis fideliter habes Cadurcenſem populum ſacroſanctâ etiam iuramenti Religione, Antiſti obnoxium ſubditumque iuſque per procuratorem etiam cauſas agen-

Quibus iuriſcautelis.

di Præſulibus noſtris conceſſam approbatamque.

159 Anno 1305. Nobilem licet virum, viribuſque pollentem *Bertrandum de Caſtanerio* audaciùs in ipſa æde principe *D. Stephano* ſacra inſoleſcentem, ſacrorumque ordinum collationi ſolenni importuniùs obſtrepente inſcriptio a[illegible] no tet capto deſiſtat admonitum grauius increpat, increpitum [illegible] minaſque aſpernatum, Excommunicationis fulmine ferit exemplo, Ita rem totam atteſtantur fideles tabulæ ex Capituli Archiuo promptæ, nonnihil etiam vti ſperamus animi, atque roboris ſiſſuris poſthac Antiſtitibus iniectura ad hancce pertinaciam [illegible] ſi quando rem ſacram impediant aut perturbent, retundendam alacrius & conſtantius elidendam, quando & *flagello* ad exemplum ſeueritatis conſtantiæque ſimilis poſteritati tranſmittendum compoſito, hanc ab ſacris aris atque altaribus peſtem Chriſtus ipſe humanitatis omnis exemplar arcet, fugat, eliminatque *NOTVM ſit omnibus &c. quòd Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto die Sabbathi poſt Feſtum Pentecoſtes, in præſentia mei infraſcripti Notarii, & teſtium ſubſcriptorum* Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Raymundus Epiſcopus Cadurcenſis *exiſtens in Eccleſia Cathedrali* B. Stephani *protomartyris Ciuitatis Cadurcenſi, circa horam tertiam, ac indutus Pontificalibus indumentis cum miniſtris ſuis aſtans ad altare maius ſeu in Altari* Beati Stephani *prædicti, vt eſt moris, pro Miſſa & ſacris Ordinibus celebrandis, Præſentibus etiam & paratis aliquibus Clericis ſecularibus, & aliis Religioſis pro minoribus & ſacris Ordinibus percipiendis, Diſcretus* vir Dominus Bertrandus *dictus* de Caſtanerio Domicellus; *ibidem exiſtens, clamando, & vociferando, & ipſum Dominum Epiſcopum propter ſuam proclamationem impediendo, perturbando, & retardando, in proſecutione præmiſſorum turbauit & prædictus Dominus Epiſcopus monuit ſemel, ſecundo, & tertio dictum Dominum de Caſtanerio ſpecialiter, & generaliter omnes alios aſſiſtentes ne ipſum Epiſcopum in executione ſui Pontificalis officii, & in dictis ordinibus celebrandis & conferendis, nec Clericos paratos pro dictis ordinibus recipiendis præſentes, aſſiſtentes, recipere volentes, impedirent, vel perturbarent in præmiſſis. Et quia dictus Dominus Bertrandus ſic monitus non ceſſabat ipſum Dominum Epiſcopum impedire, in ipſum Dominum Bertrandum & alios perturbantes, monitione præmiſſa excommunicationis ſententiam in ſcriptis promulgauit. De quibus omnibus & ſingulis dictus Dominus Epiſcopus requiſiuit me notarium infraſcriptum* Geraldum de Turre, *vt ſibi conficerem publicum inſtrumentum. Acta ſunt hæc in dicta Eccleſia Cathedrali, Anno & die quibus ſupra in præſentia, &c.*

A. 1305. Raimundus no bi[li] de Caſtanerio ſacris obſtrepentem excommunicat.

Joa. 2. v. 15.

160 Anno 1306. recrudeſcentes paſſim ingraueſcenteſque diſſenſiones ſuper Dominio iuriumque Epiſcopalium vſu, cum Regis magiſtratibus excitatas ſopiturus *Raimundus* vti rebatur, pacto mutuo (pariagium vo-

cant)conuenit:quamquam non ita dehinc ipſi (mutata ſcilicet mente in melius)viſum fuit, conditiones multò grauiores atque iniquiores experto. Attexam ipſa pactionis mutuæ verba, Ludouici X. Regis, ann. 1314. hoc eſt ipſo Regni auſpicio approbantis, confirmantiſque inſerta tabulis atque Philippi V. ſuffecti proximè anno 1320. rata calculo placitóque: Quidni enim ratas haberet Rex conditiones eas ſibi tam fauorabiles, vtiléſque? Philippus *Dei gr. Franc. & Nauarræ Rex. vniuerſis notum facimus, nos infra ſcriptas vidiſſe litteras, formam quæ ſequitur continentes* Ludouicus, &c. *Notum facimus nos infra ſcriptas vidiſſe litteras in hæc verba* Philippus *Dei gra. Franciæ Rex. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quam futuris, quod cum dilectus & fidelis noſter* Raimundus *venerabilis Eccleſiæ Cadurc. Epiſcopus, prædeceſſoréſque ſui Cadurcenſes Epiſcopi conſiderantes iuriſdictionis temporalis & dominationis ciuitatis Cadurcenſis regimen, quatenus ad eos pertinuerat, & ad eum pertinebat, pluribus ex cauſis, ſibi difficile ſumptuoſum, ac etiam onerosum, maximè propter Epiſcopi, gentiúmque noſtrarum diſcordiam, inter quos ſuper pluribus rebus & iuribus ad iuriſdictionem & dominationem ſpectantibus ſuper muris, foſſatis, fortalitiis plateis, portis, itus, iuribus, & rebus alijs Ciuitatis Cadurcenſis quæſtio vertebatur, prouidâ deliberatione perſenſerit ſuper dictis quæſtionibus tranſigere, & dimidiam partem indiuiſam, iuriſdictionis & dominationis ipſius, prout ad dictum Epiſcopum & ſuam poterat pertinere Eccleſiam in nos transferre (permutationis titulo) pro decenti recompenſatione terræ per nos ſibi danda vt per manus noſtræ potentiam ad honorem Dei, Cadurcenſis Eccleſiæ pacem & vtilitatem ac tranquillitatem ſubiectorum, & patriæ, promptius ac fructuoſius iuriſdictio, dominatio que gubernari valerent: & quod præterea quidquid inter nos in muris foſſatis, itijs, vel rebus alijs ſeu iuribus quibuſcumque ad iuriſdictionem vel dominationem quamcumque, vel dominationes ſpectantibus, competebat, vel competere poterat ex aduocatione quorumcumque vel aliâ quoquomodo de communi eſſet nobis & Epiſcopo ſupradicto, communiter regantur & adminiſtrentur futuro tempore, caſibus inferius expreſſis duntaxat exceptis; Et quod nos decentem recompenſationem vltra hoc præſtaremus ſibi, in terra, pro his quæ conſequeremur ex cauſa permutandi. Ab eo tam prædictum Epiſcopum, quam ſuis prædeceſſores, qui fuerunt pro tempore, primo cum Domino clariſſimo, & progenitore noſtro, ſucceſſiuéque nobiſcum & gentibus noſtris ſuper his pluries tractaremus: Et tandem dictus Epiſcopus, per prædictis quæſtionibus, & ſuper alijs quæ inter ipſum Epiſcopum pro ſe & Eccleſia ſua, ex parte vna, & nos, ſeu gentes noſtras pro nobis ex altera, vertebantur ſeu verti poterant quoquomodo ſe noſtro arbitrio, diſpoſitioni & voluntati noſtræ in nos compromittendo pro ſe & Eccleſia ſua ſuppoſuit, & ad hoc ſui Capituli plenarius acceſſit approbatio & aſſenſus. Pariter autem dictus Epiſcopus, perſonæ & Eccleſiæ ſuæ magnam vtilitatem prætendens, nobis ſupplicauit inſtanter vt quod tandem ... exiſtere ... adeſſ*

Pariagium Philippi 4. cum Raimundo.

Defertur ad Regem ita permutanda.

ctum perducere, noſtrum inſuper ex poteſtate nobis per eum, & Capitulum conceſſa, ferre arbitrium dignaremur. Eapropter nos quietem ſubiectorum noſtrorum, præſertim Eccleſiaſticorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, & ſpecialiter Epiſcopi memorati, & Eccleſiæ ſuæ Cadurcenſis, qui ſemper nobis & noſtris progenitoribus fideles & deuoti fuerunt, quamplurimum affectantes; tranſactionem & communionem perpetuam, ſeu permutationem, prout infrà ſequitur, inimus ſuper præmiſſis cum Epiſcopo ſupradicto ex poteſtate nobis data & conceſſa (vt dictum eſt) per Epiſcopum & Capitulum memoratos ſuper dictis quæſtionibus, quoad ius noſtrum & dicti Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ ſolum ferentes noſtrum arbitrium, pronuntiantes, & declarantes, modo & forma inferius per compoſitionem huiuſmodi declaratis ſuper alijs quæſtionibus de quibus in præſenti non agitur, iure noſtro, & dicti Epiſcopi, & ſuæ Eccleſiæ, dictaque poteſtate arbitraria nobis data ſaluis manentibus, ſine omni præiudicio, ſicut ante.

161 *Præfatus igitur Epiſcopus ex cauſa tranſactionis, communionis, & permutationis, & arbitrij noſtri, huiuſmodi dat & concedit, pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & Eccleſia* Cadurcenſi, *nobis, & noſtris ſucceſſoribus Regibus Franciæ, perpetuò dimidiam partem indiuiſam meri & mixti imperij, ac omnimodæ iuriſdictionis temporalis altæ & baſſæ, Leudæ, Pedagij, Telonei; quantum Leudæ, Pedagium, & Teloneum ad Epiſcopum pertinent: omniſque dominationis temporalis, adminiſtrationis, & regiminis Ciuitatis & villæ Cadurci, eiuſque territorij & diſtrictus iurium & pertinentiarum ipſorum, ad ſe, ſuam Eccleſiam pertinentium, ſine omni præiudicio ſuæ ſpiritualis iuriſdictionis modo forma & conditionibus infraſcriptis. Et viceverſa ex cauſa arbitrij noſtri, tranſactionis, communionis, & permutationis huiuſmodi, nos quidquid iuris in præmiſſis, vel ea tangentibus habemus, vel alijs rebus quibuſlibet in ciuitate prædicta, & eius territorio vel diſtrictu ad nos pertinere poterat, quoquomodo, id communicamus Epiſcopo ſupradicto, ſuæque Eccleſiæ modo & forma prædictis.* Cadurci *namque perpetuò vnus tantum erit regimen iuriſdictionis omnis, altæ & baſſæ, & dominationis prædictæ, præpoſitus communis nobis, & dicto Epiſcopo, qui* Vicarius *appellabitur. Vnus quoque iudex communis, qui iuriſdictionem ipſam exercebunt, & adminiſtrabunt communi nomine noſtro & dicti Epiſcopi* iuramentumque ſuæ adminiſtrationis præſtabunt in manu Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum *qui tunc erunt pro tempore, ſeu eorum vicariorum, vel deputatorum ab eis, vel Eccleſiæ ſuæ* Capituli ſede vacante, *gentiumque noſtrarum, videlicet Seneſcalli noſtri Cadurcenſis, vel ab eo deputandi, pro nobis. Inſimul & pariter cum dicto Epiſcopo, vel ſuis, vt dictum eſt, creabunt & inſtituent dictos officiales, & eorum recipient iuramenta: idemque ſeruabitur in* Notariis, cuſtode carceris, ſatellitibus, bidellis, & aliis quibuſlibet Officialibus *communis Curiæ, quæ erit vna* Curia Communis, *& ſola, & in ſolidum temporalis, ad communes expenſas & onera pro prima & immediata, & omnimoda iuriſdictione, executione, ac dominatione quacunque. Cadurci eius diſtrictu & territorio exercendis. Vnus erit communis nobis, & dicto*

Iurium omnium Cadurcenſium dimidium Philippus ad Raimundum & viciſſim transfert.

Vnius Regis & Epiſcopi iudex in temporalibus vtrique iuramentum præſtet.

Vnica vtriuſque Curia, officiales idem.

Epiſcopo receptor, & cuſtos omnium obuentionum, emolumentorum, communis dictæ Curiæ, Telonci, Leudæ, Pedagij, aliarumque obuentionum, & redditium communio, vna arca communis ad cuſtodiam: Cui receptor de receptis, nobis & dicto Epiſcopo, ſeu gentibus noſtris [illegible] *perueniet reſpectiue debet quotieſcunque à nobis, gentibus, vel noſtro vel Epiſcopi* [illegible] *alterutro fuerit requiſitus.*

Iudex appellationum

Cognitio primarum appellationum à dicto Vicario Iudice communique Curiæ, ſuppletio defectus eorum in exhibenda iuſtitia omnéque primum reſſortum cum ſuis emolumentis in omni caſu *ad nos & dictum Epiſcopum communiter pertinebunt in locis prædictis, ad quæ exercenda vnus erit ſemper* Iudex communis *nobis & Epiſcopo, qui* Iudex appellationum vocabitur, *à quo appellationes ſolum iure competat; aliudque reſſortum ad nos ſolummodo pertinebunt, & Seneſcallum noſtrum prædictum. Omnium prædictorum Officialium communium creatio, inſtitutio, & deſtitutio eorum & eos offendentium in dictis locis, correctio & punitio, ad nos & dictum Epiſcopum, ſimul & pariter pertinebant.* 162

Magiſtratus hi annui tantum.

Dicti Vicarius, Iudex ordinarius, appellationúmque Iudex, *communes erunt, annales, niſi de communi conſenſu dicti Epiſcopi, ſeu ſui Capituli, ſede vacante: noſtro, ſeu Seneſcalli noſtri procedat vt ex eis aliqui propter ſui idoneitatem amplius maneant in officio ſuo. Quod ſi accidat ſemel vel pluries non fiat nobis aut dicto Epiſcopo præiudicium in aliis, vel in futurum in eiſdem, quo minus ſemper ad requiſitionem partis alterius debeant eſſe annales. Portatio armorum, fractio pacis, vel itinerum, omniumque criminum leuium & grauium quorumcunque coercitio & executio in dictis locis, ſine omni exceptione incurſus hæreſium forefactura, commiſſa, pœnæ fiſcales & publicationes bonorum quæcunque ac compoſitiones, ſi ex eis cauſis, vel alijs fiant, aut financiæ, ad nos & dictum Epiſcopum communiter pertinebunt. Læſæ maieſtatis caſu, vbi contra perſonam noſtram vel regni noſtri coronam duntaxat committentur, & alijs caſibus ſuperioritatis in terris Baronum & Parium Franciæ, ad nos ſolos ſpectantibus, vel niſi cum Officiales noſtri proprij ſuum exercentes officium excedunt, vel offendunt, duntaxat exceptis. In quibus caſibus forefacturæ, ſi acciderent in dictis locis, erunt communes nobis & dicto Epiſcopo, niſi in caſu noſtræ maieſtatis læſæ vt præmiſſum eſt. Quo caſu duntaxat cum plenè conſtaret, forefacturæ, pœnæ, ſeu commiſſa ad nos ſolummodo pertinebunt. Pendente vero cognitione ſuper eis annotatio, & executio ſuper bonis huiuſmodi, fierent per manum communem noſtram & Epiſcopi memorati in Cadurco & dicta terra communionis huiuſmodi.* 163

Ius vleiſcendi omnia crimina, vno Maieſtatis excepto, communicatur Epiſcopo.

Nulli officiales Regis proprij

Tabelliones ſi qui forte de communi conſenſu fuerint pro tempore, curatores operum aliique ſimiles communes erunt, & in futurum communiter creabuntur, nulloque tempore Tabelliones noſtri proprij, aut quicunque Officiales noſtri proprij, reſidentiam facient, nec ſtationes tenebunt in locis eiſdem, nec officiales noſtri proprij quocunque nomine noſtro, quod- 164

quam ad Iuriſdictionem, vel eius executionem pertinens in locis eiſdem poterunt exercere, & ſi hoc attentarent facere, impunè non patiatur, eiſdem caſibus ſecundi reſſorti & ſuperioritatis noſtræ, vt ſupra notatum eſt ſolum exceptis: hoc etiam ſaluo, quod in locis prædictis Seneſcallus noſter Cadurcenſis aſſiſias ſuas de terra etiam & in reſſorto noſtro exterioribus, tenere poterit modo hactenus conſueto, ſine tamen omni præiudicio, & ſine impedimento iuriſdictionis ordinariæ, & primi reſſorti, & iurium communium nobis & dicto Epiſcopo quæ ſuperius ſunt expreſſa: De quibus nihil in talibus aſſiſiis attingere poterit Seneſcallus prædictus.

165 *Turres, foſſata, liciæ, plateæ, muri, portæ, vallata, & anteuallata, viæ publicæ, earum munitio, pondera, menſuræ, pontes, munitiones, & fortaliſſia dictæ villæ, & pertinentiarum ipſius, & earum emolumenta ad nos & dictum Epiſcopum pertinebunt: Dictos verò pontes, & fortaliſſia præter Eccleſiam Cathedralem, præter domos Epiſcopales, & Capituli Cadurcenſis, nos, quando, & quantum nobis placebit, tenere, & facere cuſtodiri per gentes noſtras poterimus, ſine omni iuris præiudicio Epiſcopi memorati pro nobis & Epiſcopo ſupradicto. In loco verò communi, vbi commodius fieri poterit fiet & ordinabitur ad communes expenſas noſtras, & Epiſcopi, Curia, & carcer communis: Satellites, ſeu Bedelli ſignatos portabunt Baculos armis noſtris, & dicti Epiſcopi; ſigillumque impreſſione ſigni noſtri & ſui, erit commune dictæ Curiæ temporalis communis, quo ſignabuntur, ſeu ſigillabuntur acta, proceſſus, & alia quæcumque ad officium curiæ ſpectantia, & emolumentum erit commune nobis & dicto Epiſcopo, quæ omnia fient ſine præiudicio iuriſdictionis ſpiritualis, & iuris Curiæ Epiſcopalis, & Officialis ſui, quibus per præcedentia, vel ſequentia nullum volumus præiudicium generari. Præco communis creabitur, præconiſationes, & mandata publica, & executiones fient in dictis locis pariter nomine noſtro, & Epiſcopi Cadurcenſis. Epiſcopus Cadurcenſis Baro, & Comes Cadurcenſis eſt, cenſebitur & appellabitur in omnibus vbi viderit faciendum, & priuilegio Comitis & Baronis eum ſemper gaudere debere decernimus.*

Commune ius Regi & Epiſcopo in omnia vrbis mēbra.

Carcer, & Curia communis, ſigillum publicum, ſatellites, ſaluo Officialis Epiſcopi iure.

Ius Præconis.

Ius Comitis.

166 *Iuxta Cathedralem Eccleſiam Cadurci Epiſcopus & Canonici clauſuram moderatam & determinatam propter honeſtatem Eccleſiæ ſuæ quæ de nocte claudatur, pro clauſtro parare & habere poterunt. Quod ea libertate gaudebit & immunitate, quibus clauſtra ſimilia cæterarum regni Eccleſiarum ſolent gaudere. & ſimiliter nos in loco congruo dictæ Ciuitatis, vel eius territorij prope muros intus, vel extra, partium intus, & partium extra, vbi melius expedire viderimus* Caſtrum noſtrum proprium, Palatium & domum *conſtruere, & habere perpetuò poterimus cum ea libertate & immunitate, quibus caſtra, domos, & palatia in villis nobis & aliis communibus, habere ſolemus: Acto inſuper inter nos, & Epiſc. memoratum, quod præmiſſa quæ Cadurci ex nobis habemus, aut quæ ex cauſis huiuſmodi ab Epiſc. & Eccleſia Cadur. cōſequimur*

Canonicorum clauſtrum noctu clauſum.

Caſtrum Regium in vrbe.

Rex accepta ab Epiſcopo non alienat.

Nos, aut noſtri ſucceſſores, extra manum Regiam noſtram nunquam ponemus, in ſolidum, vel in parte. Pro prædictis autem quæ à dicto Epiſcopo ex cauſis prædictis conſequimur, damus, & concedimus, & aſſidere promittimus Epiſcopo prædicto in locis idoneis in Caturcinio nobis & ſibi congruis, vt magis commodè fieri poterit, quadringentas & quinquaginta libras turonenſes bona & fortis moneta annui & perpetui Redditus, quem Redditum idem Epiſcopus, & ſucceſſores ſui cum omni Iuſtitia alta & baſſa, primoque reſſorto tenebunt à nobis & ſucceſſoribus noſtris in feudum, prout ciuitatem Cadurci dictus Epiſcopus & ſui prædeceſſores conſueuerunt à nobis tenere: cum autem dictus Epiſcopus à nobis dictam aſſiſiam perpetuam plenè fuerit aſſecutus, & non antè nos iuribus dictæ communionis fruamur. Retinuit autem ſibi, Eccleſi que ſuæ dictus Epiſcopus, quæ nobis communicare non intendit, monetā ſuam Cadur. & ius monetæ ipſius fabricandae in ciuitate praedicta vel alibi, in locis temporalitatis ſuæ, & eius curſum prout ſibi & Eccleſiæ ſuæ antea competebant. Cenſus inſuper, Redditus, prouentus, acapita aliaque Iura & dominia feudalia, & retrofeudalia ad eum, Eccleſiamque ſuam ſpectantia in locis prædictis: Si quid verò mouens ab ipſo Epiſcopo eius Capitulo, quocunque tempore, in ſolidum, vel in parte, ex commiſſo, vel forefacturis, ad nos vel ſucceſſores noſtros quocunque tempore prouenirct; id infra annum & diem extra manum noſtram ponere tenebimur; Nec quidquam hereditarium aliud acquirere poterimus in locis dict. cōmunionis, quod non communicemus Epiſcopo, pro parte dimidia pretij nobis ab eo primitus reſtituta, & hoc idem dictus Epiſcopus facere tenebitur, dum ad manum ſuam ex commiſſis vel forefacturis aliquid venerit in futurum, excepto loco pro dictis Caſtro, Palatio, Domo, & Fortaliſſio noſtris conſtruendis, quæ de noſtro acquirere poterimus, & nobis in ſolidum retinere.

Rex Epiſcopo 450 libras annui cenſus confert.

Iura quædam Epiſcopo ſeruata in ſolidum.

Iuramenta à quibus præſtāda Regi & Epiſcopo, & quando.
A ciuibus Cadur.
A Iudice maiore.
Ab Aduocatis.
A procuratoribus

Iuramenta de pace ſeruanda quæ præſtari conſueuerunt in illis partibus 167
præſtabuntur futuris temporibus in manu Seneſcalli noſtri & Epiſcopi, prout eſt hactenus conſuetum, Actum inſuper eſt inter nos, & Epiſcopum memoratum, quod omnes & ſinguli homines Cadurcenſes fidelitatem iurare debeāt nobis & Epiſcopo Cadurcenſi; quod Iuramentum renouabitur quoties erit ibi nouus Epiſcopus, & per ſingulas ſucceſſiones Regum heredū noſtrorum quod Iuramentum recipiant ſimul pariter Epiſcopus Cadurcen. vel eius Capitulum ſede vacante, & Seneſcalli noſtri, qui erunt pro tempore Seneſcalli etiam noſtri, necnon Seneſcalli Locum-tenentes in Seneſcalli longa abſentia. Iudex maior, Procuratores noſtri Cadurcenſes, & Aduocati, quicunque pro tempore fuerint in ſui nouo regimine, ſpecialiter & expreſſe, palam, & publicè, vbi aſſiſiam ſuam tenebit præſente dicto Epiſcopo, vel eius Vicario, vel ſede vacante, eius Capitulo lectis & eis expoſitis omnibus, & ſingulis in præſentibus litteris comprehenſis, Iurabunt ad quatuor Sancta DEI Euangelia corporaliter tacta, ſe ſeruaturos & completuros bonâ fide, & ſine calumnia quantum in eis erit, omnia & ſingula in præſentibus litteris com-

prehenſa,

prehenſa, nec antea Cadurci, vel in eius pertinentiis aliquid attingere, vel aſſiſias tenere poterunt quoquomodo: quo minus ſi poſtquam eſſent certiorati, & litteræ exhibitæ, ex quibus teneantur iurare, contra facerent, periuri cenſeantur vbique: cùm huiuſmodi iuramentum præſtari velimus: & ex nunc præcipimus, & ad præſtandum eos adſtringimus ſub fide, fidelitate, & iuramento, quibus nobis, aut noſtris ſucceſſoribus erunt adſtricti.

168 *Quòd ſi fortè, quod abſit, per gentes noſtras quaſcunque, contra ea quæ in præſentibus litteris continentur vel aliquē ex eiſdem aliquid contigerit attentari, per tale factum contrarium nullis iuri dicti Epiſcopi aliquod præiudicium afferatur: nec iuri poſſeſſionis vel nobis, vel quaſi nobis acquiri, nec cauſa alicui conſuetudini, vel præſcriptionis etiam centenariæ poſſit parari: ſed tam nos quàm ſucceſſores noſtri, curia noſtra Regia, & omnes Seneſcalli prædicti, qui erunt pro tempore, ſine omni lite, & alia diſcuſſione, expoſitis eis, in literis iſtis contentis, per Epiſcopum qui pro tempore fuerit, eius Vicarium, vel eorum procuratorem, ſeu Capitulum prædictum in contrarium attentata, ſemper ad ſtatum debitum reducere teneatur. Et idem intelligatur, ſi ex parte dicti Epiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum fieret aliquid contra prædicta. Noſtrique ſucceſſores Reges Franciæ ad præmiſſorum retentionem memoriam approbando, præmiſſas literas ſeriem præſentium continentes, Epiſcopo Cadurcenſi qui fuerit pro tempore, dare ſinguli tenebuntur liberè abſque difficultate quacunque.*

Ceditur iuri omni oppoſito.

Reges Franciæ huius conuentionis tabulas dent ad Epiſcopi poſtulationem

169 *Prædicta verò fecit nobiſcum dictus Epiſcopus, prout & quatenus plenius & ſecurius de iure, aut de conſuetudine, ſibi licet ea facere, & non vltra, nec aliter: quod fuit ante prædicta ſuperius acta, & poſt in continenti proteſtatus expreſſè. Dictus Epiſcopus inſuper promiſit nobis ſolemniter, ſe prædicta omnia ſeruare & complere, omnes ſuos ſucceſſores ad hoc ſpecialiter obligando, ac ſe bona fide facturum & curaturum, cùm melius poterit bono modo, quòd ſuum Capitulum Eccleſiæ Cadurcenſis præmiſſis omnibus aſſentiet, & ea omnia approbabit. Nos autem contemplatione perſonæ dicti Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ, quos proſequi volumus ſpeciali gratia & fauore, præmiſſa omnia volumus & concedimus, & ſeruare, & complere promittimus, nos & ſucceſſores noſtros dicto Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus ſolemniter obligando: ſaluò in aliis iure noſtro & dicti Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ, & iure quolibet alieno, quod vt ratum & ſtabilitum perſeueret, præſentibus literis noſtrum apponi fecimus ſigillum. Actum Pariſiis anno Dom. 1306. menſe Februario. Nos autem ad inſtar ſupradicti Domini & genitoris noſtri, iuxta actum expreſſe conuentionem, in literis ſupradictis ad præmiſſorum recentiorem memoriam, dilecto & fideli noſtro Hugoni, nunc Caturcenſi Epiſcopo literas has continentes ſeriem approbando contenta in eis, conceſſimus, ſigilli noſtri, quo antè dicti Dom. & genitoris noſtri deceſſum vti conſueuimus, appenſione munitas: ſaluo in aliis iure noſtro, & dicti Epiſcopi, ac Eccleſiæ ſuæ, & iure quolibet alieno. Actum apud Vicenas prope Pariſios, Anno Domini 1314. Menſe Februario.*

Pacti formul. deeſt Capituli cōſenſus, quem Raimūdus tantū ſpōdet.

A. 1314.

Aſſentitur eiſdem Ludouicus Hutinus Rex ſedenti Hugone & A. 132[illegible] Philippus V. [illegible] ſedente Guillelmo Cadurci.

Nos autem inclytorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, & volentes complere quæ in præmiſſis fuerunt facta per eos, ad ſupraſcriptorum recentiorem memoriam ea omnia & ſingula, prout ſuperius ſcripta ſunt, & expreſſa, approbantes, ratificantes, & etiam confirmantes, Dilecto, & fideli noſtro Guillelmo Epiſcopo Cadurcenſi literas priorum ſeriem continentes, ſigilli noſtri roboratas munimine, duximus concedendas; noſtro, dictique Epiſcopi & Eccleſiæ ſuæ in alijs, ac alieno quolibet iure ſaluo. Actum Pariſius, A. D. 1320. *menſe Nouemb.*

A 1307. Abnuit Capitulũ Sedem Rom appellat.

Vixdum conuento Antiſtitem, Regemque inter, confeſtim opponit ſeſe, intercedítque Cadurcenſe Capitulum; ſuâque multum intereſſe ne Præſulis dominia, iurá que ſe inconſulto diſtraherentur, arbitratum; ad ſummi Pontificis auctoritatem prouocat, ſummo ſcilicet iure de non paucis Eccleſiaſtica iura ſpectantibus deciſuram: Attexam tabulas, vti quàm liberè, fortitérque Eccleſiæ immunitatibus, prouentibus, ac gratiis conſeruandis certatum ſit, quod poſteritatis haud parum intereſt, palam fiat. 173

In nomine Domini. Amen. *Anno Incarnationis Chriſti milleſimo, trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, die menſis Aprilis tertia, Pontificatus Domini Clementis PP. V. anno ſecundo. In præſentia mei notarij & teſtium infraſcriptorum, Dom. Arnaldus Fabry Capellanus* Eccleſiæ de Godorio, *Cadurcenſis Diœceſis, Procurator ſyndicus venerabilium & diſcretûm virorum* Capituli Cadurcenſis, *nomine ipſius* Capituli, *& Eccleſiæ Cadurcenſis pro ipſis, quandam appellationem, ſeu prouocationem in ſcriptis ad ſedem Apoſtolicam legit & interpoſuit, in hæc verba.* Quoniam *appellationis remedium in ſubſidium oppreſſorum, & releuamentum opprimendorum à ſanctis Patribus eſt inuentum: Ego Arnaldus Fabry Procurator Venerab. Capituli Cadurcenſis dicto Capitulo, pulſatâ campanâ, prout moris eſt congregato, Dominis meis dicti Capituli præſentibus, volentibus, ac manentibus ad infraſcripta ſpecialiter congregatis: ſentiens dictum Capitulum, & quoslibet dicti Capituli, & me nomine ipſorum fuiſſe grauatos, & eoſdem poſſe in poſterum multipliciter aggrauari: pro eo, & ex eo, quod intellexerunt dicti Dom. mei; & ego vnà cum eis, tam ex fama, quàm pluribus fide dignis, quia venerab. in Chriſto Pater Dom.* Raimundus Dei gratia Cadurcenſis Epiſcopus *alienauit pro parte, quantum in eo fuit, & alienare nititur de facto, quam de iure non potuerit, nec poſſit, altam & baſſam Iuſtitiam, vel Iuriſdictionem temporalem ciuitatis* Cadurci, *& pertinentiarum einſdem, ad dictam Eccleſiam pertinentes, & nihilo minus quorundam caſtrorum ad dictam Eccleſiam ſpectantium, in ſereniſſimum Principem* Dominum Regem Franciæ, *in magnum præiudicium Eccleſiæ ac Capituli prædictorum, tractatibus, conſilijs, & conſenſibus, qui præceſſiſſe, ac interueniſſe ſuper iis de iure primitùs debuiſſent inter Epiſcopum & Capitulum ſupradictos, & potiſſimè in tant is, & tali ordinatione prædicta, in qua actum eſt, vel agitur de ſtatu & bo-*

Digitized by Google

nore,vel de ſubuerſione,& confuſione perpetua Eccleſiæ, ac Capituli prædictorum,minimè præcedentibus requiſitis,habitis,aut etiam ſubſecutis, quod nunquam aliquis deceſſor aut prædeceſſor dicti Dom. Epiſcopi auſus fuit, nec debuit hactenus attentare, quanquam fuerint viri vtique periti in iure, prudentes, nobiles, & potentes : attendénſque quòd interest, dictum Capitulum, & quemlibet eorum,& me nomine ipſorum, quo ſupra;manutenere, & defendere iura,& libertates Eccleſiæ,& Capituli prædictorum,maximè cùm dicti Dom. mei, & ego nomine quo ſuprà, ſimus ad hoc iuxta ſtatuta Eccleſiæ prælibata per iuramentum adſtricti,ne poſſimus in poſterum de periurio,de taciturnitate aut de negligentia reprehendi: Idcircò à dicta alienatione, ſi quam fecit, aut facere conetur,vt dictum eſt,dictus Epiſcopus, & à dicto Epiſcopo, & contra dictum Epiſcopum, in eis ſcriptis ad ſedem Apoſtolicam prouoco, & appello, & appellationes peto mihi dari,eo modo, quo poſſum inſtanter, nomine quo ſuprà, protestans, quòd ſi haberem copiam dicti Dom. Epiſcopi, appellationem prædictam emitterem coram ipſo, & intimarem, & appellationes peterem, & quantocyus potero eandem appellationem eiſdem intimabo, Ponens me, & Dom.meos prædictos,& bona dicti Capituli,cum omnibus conſiliariis & fautoribus ſuis ſub protectione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ prædictæ. Requirens vos nihilominus Officialem Cadurcenſem,& vos Magiſtrum Adhemarium de Brandono,Vicarium in temporalibus dicti Dom.Epiſcopi,quòd ſigilla veſtra & vos magiſtrum Geraldum de Pratis, & Aymericum Sorbery Auctoritate Apoſtolica publicos Notarios,ſigna veſtra ſub forma publica, loco Apoſtolorum, præſenti meæ appellationi apponatis in teſtimonium veritatis: & proteſtor,quòd per appellationem huiuſmodi non intendo renuntiare appellationi, & appellationibus, ſeu prouocationibus alias per dictum Capitulum, vel alium,ſeu alios eorum nomine ſuper prædictis interpoſitis renuntiare, nec eis in aliquo derogare.Datum Cadurci in clauſtro Eccleſiæ Cadurcenſis prædictæ,præſentibus Magiſtris Hamundo Fabri, Ioanne Donadei, Aymerico Sorbery, & Raimundo de Podio Clericis ad hæc vocatis teſtibus. Et ego Geraldus de Prato Clericus Cadurcenſis Diœceſis, Auctoritate Apoſtolica publicus Notarius interpoſitioni prædictæ appellationis, præſens, vocatus interfui, & prædicta ſcripſi & publicaui, ſignoque meo ſequenti ſignaui, &c.

Capitulum iura ſua violata queritur: quæ tueri iuraméti religione tenebatur.

171 Hæc fuit Canonicorum noſtrorum eo tempore conteſtatio, expoſtulatióque, cuius de æquitate cenſere, noſtri haudquaquam eſt inſtituti. Conquerebantur certè ipſi violata iura Eccleſiæ, infractas leges, conſuetudinéſque contemptas. Cùm enim non ita pridem ſuperiori proximè ſæculo *Alexander III.* Pontifex Maxim. ſolemniter edixiſſet, totaque Eccleſiá promulgaſſet,quod ipſum Eccleſiaſtici iuris articulis haud paucis cautum fuit, vt alienatio Eccleſiaſticorum bonorum caſſa foret prorſus,ac irrita,cui non aſſenſus collegii, Capitulive ſubſcripſiſſet. Cum itidem nihil tentatum hactenus foret, quod vel vmbram præferret

Eccur prouocarit Capitulum.

12 q. 2. cap ſine exceptione extra De his quæ fiunt à Prælato. cap 1.& 2. Carthag.4.cap 31.& 32

Eccleſiaſtici detrimenti ab Cadurcenſibus Antiſtitibus in rebus grauioribus maximè, quin id Capituli conſenſio ratum, ſententiáque gratum habuiſſet: quippe cùm ſedis decora, principem in primis ędem attingant Ita Philoſophabantur ſecum ipſi Cleri proceres noſtri, Comitatum *Raimundo Toloſati* ſubductum, ad Cadurcenſem translatum Præſulem, ob rem Eccleſiaſticam benè, fideliterque geſtam, *Innocentij* III. Diplomate, *Gregorijque* IX. firmatum, Regum Galliæ tabulis *Philippi*, II. *Ludouici* VIII. atque IX. ſancitum, inter Eccleſiaſtica iam bona cenſeri, iuréque ſummo numerari: præſertim quando ſedi ipſi ita foret affixus, vt non ſecus ac cætera Epiſcopatus ſtata bona, mutaret dominos ſubinde, commutatis Epiſcopis, inque defunctorum locum admiſſis. Iam verò videbatur acerbius idipſum, diuendi ab Epiſcopo iura iſthæc, alienari, commutari, inque vnius Præſulis calculo, Eccleſiæ Cadurcenſis ſplendorem ludi, traduci maieſtatem. At quali permutatione, & quam, vt rebantur Canonici, iniqua illa? *quadringentis & quinquaginta libris annuus cenſus* Comitatus tanti dominium, eius certè medietatem poſtponi? neque ſuis ſat factum iri querelis autumabant quod iura *Carceris*, *Preconis*, *Iudicis*, & id genus alia Epiſcopalibus ornamentis dicebantur accedere. Nouerant quippe, iam fuiſſe olim Epiſcopis propria iura iſthæc nec nouas flagitare tabulas, quæ iam diuturnitatis & vetuſtatis coagulo ipſos ducentos annos cohæſiſſent. Fucum nimirum fieri, dum non modò maiore, ſed verò tuo, minùs emas. Addebant de aſſenſu Capituli eliciendo exprimendóque cautum ab Antiſtite quidem fuiſſe. At præpoſtero primum ordine idipſum actum, quando Cleri calculus præceſſiſſe debuerat. Deinde verò abs re aſſenſum illum ſponſum, cum ventilata re mox diſſenſus publicus obſtitiſſet prouocantis Capituli. Neque illorum imminuebat conſtantiam, quod prætendi malæ cauſæ poſſe ſatis videbant: Ab Rege ipſo, ſcilicet tertio ante anno, abſque ipſo antiſtite Capituli aſſenſum poſtulatum, elicitum, impetratum. Nam vti ſcripta ſuperius acta demonſtrant, non capitulum aſſenſiſſe, ſed de Capitulo capita pauca aſſenſum ſperauiſſe, ſpopondiſſeque Capituli ſat meminerant, quæ ambo quàm ab inuicem diſcrepant? Imò non ibi actum de alienando comitatu, eiuſque parte media, annexiſque iuribus præclaris illis, ſed de conciliandis litibus, ſopiendóque id genus igne diſſidiorum quo Eccleſiaſticæ iam familiæ emolumentum omne abſumptum penè foret. Nunc verò agi ſedis ſplendorem omnem, iuráque. præſertim cùm difficillimum futurum præuiderent, ſi non cum Rege ipſo, cum Regiis tamen magiſtratibus, ita conſentiri in poſterum, vt non illa medietate diſſecanda, atque ex æquo dirimendâ multa naſcerentur diſſidia, quod non erat mederi iam malis priſtinis, ſed nouis aduocatis priora cumulare. Quid enim iam poteſtatis ſocii non auderent, qui omni comitatus adminiſtratione ſemoti antea, infinitis omnia litibus, ac tumultibus permiſcerent, vt *Regia* eſſet opus *ſecuri* nodis

Suprà in Guillelmo 4. à num. 85.

Supra num. 158

hiſce technarũ,non tam profectò explicãdis euoluendiſq;quàm diſſecandis,quàm diſrũpendis. Hæc habebant ſollicitum Clerum noſtrum,aliáq; fortaſſe plura grauioráque, quæ temporum, locorumque ingenium ſuggerebat. Quibus tamen dirimendis,me non ſediſſe arbitrum iam profeſſus,quod mearum partium fuit præſtitiſſe contentus, prouocationis cauſis &rationibus indicandis:iis permitto cætera,quorum hęc iura tribunal ſpectant. Neque enim extemporaneâ perſonæ iudicis, priſtinam, propriamque Hiſtorici commutare eſt animus.

172 Anno 1308. *Ius Fabricæ* Cadurcenſi Eccleſiæ à *Raimundo* I. tributum antea reſtituit,vnáque *ſancto Ambroſio* ædiculam ſacram ædificari præcipit grati in deceſſorem ſanctum animi, monimentum: Vult & augeri *concameratam illam turrim*, quæ hodie Epiſcopali domo aſſurgit haud ignobile *Raimundi* noſtri opus. At quibus formulis,quâ cautela id omne ſanciat,ex loquentis ore diſcamus. *Vniuerſis, &c. Raimundus Dei grat. Cadurcenſis Epiſcopus. Noueritis,quod nos cum venerab. Capitulo Cadurcenſi volentes & intendentes, damna, & pericula Eccleſiæ Cadurcenſis, in capite & in membris,prout poſſumus,& tenemur euitare,& virtutem pro viribus procurare,volumus, ordinamus, & ſtatuimus, quòd medietas fructuum Eccleſiarum vacantium, & vacaturarum in ciuitate, & diœceſi noſtra Cadurcenſi,illius anni,quo vacabunt in poſterum, cedentibus, vel decedentibus Rectoribus, &* Capellanis,*ſeu perpetuis Vicariis Eccleſiarum earundem cedat: colligantur verò per certos Canonicos eligendos per nos, & Capitulum noſtrum prædictum ſingulis annis,quo reddere teneantur nobis & dicto Capitulo de receptis & expenſis certam & legitimam rationem. Ita quod imprimis,& ante omnia,ad honorem Dei*, & Beati Ambroſii patroni noſtri, & olim Epiſcopi Cadurcenſis *de fructibus & bonis prædictis conſtruatur. Oratorium congruum & honeſtum,in loco,ſeu antro,vel ſpelunca, in qua,vel quibus prope pontem veterem Cadurc.iuxta flumen* Olti *dictus* Sanctus *arctam vitam dicitur duxiſſe longo tempore, & pœnitentiam voluntariam peregiſſe, prout indubitanter teſtantur miracula quamplurima, ibidem & alibi,præſtante diuina gratia, ob eius merita declarata. Item, quod de prædictis Eccleſiarum & Capellaniarum fructibus, ſalua tamen portione congrua reſeruata ſeruientibus & officiantibus dictis Eccleſiis & Capellaniis, dicto vacationis tempore,ex qua, & cum qua poſſunt ſibi prouidere in neceſſariis, & miniſtrare Eccleſiæ ſacramenta. Volumus,& concorditer ordinamus, quod de reſiduis fructibus, reparentur ruinæ, nunc, & impoſterum ingruentes noſtræ Cathedrali Eccleſiæ,*Capituli *& clauſtri,determinando,& limitando ſecundum ordinationem Dom. Regis,prout in literis ſuper* Pariagio inito *inter ipſum & nos,ſuper iuriſdictione alta & baſſa* Ciuitatis Cadurcenſis, *& pertinentiarum eiuſdem,confectis,plenius continetur. Item quod de eiſdem fructibus fiat,& ſuperædificetur.* Tertia teſtudo,ſeu ſtatio,*cum lapidibus politis,& conuenientibus ædificio præcedenti*, in turri, & ſuper turrim quæ eſt iuxta

A.1308. Raimundus vacantiũ Eccleſiarum prouẽtus primo anno ad ius fabricæ transfert.

S. *Ambroſii* ſacellum cõſtruit, quo loco diui miracula. *Vide ſupr. nu* 45.

Supra num. 166.

Turris Epiſcopatus. Quæ vis pecuniæ colligi permiſſa.

aulam Epiſcopalem & Capellam noſtram: *Ita quòd ſex millia ſolidorum Cadurcenſium in dicto adificio teneatur Capitulum expendere, & non vltra: Nolumus tamen, quòd propter dictæ turris ædificium fabrica noſtra* Cathed. *Eccleſia retardetur. In quorum fidem nos Epiſcopus præd. ſigillo noſtro, vnà cum ſigillo dicti Capituli has literas muniri fecimus. Nos verò Capitulum Cadurcenſe ſigillum noſtrum commune, vnà cum ſigillo dicti* Dom. *Epiſcopi præſentibus appendimus. Datum Cadurci die Iouis ante feſtum Cathedræ* S. *Petri. A. D.* 1308.

A. 1309. ſacellum in Xenodochio extruitur.

Anno milleſimo, treceenteſimo nono, Xenodochium publicum Ca- 174
durcenſe, quo pietati, priſtinæ, liberalitatiſque maiorum ſpectantur inſignia monumenta, in ruinis etiam illis, de quibus inſtaurandis, vt & de tota domo illa ſanctioribus legibus reſtituenda, cogitat dudum Reuerendiſſimus SIMEON hodiéque ſedens, rem (vti ſpondet hominis pietas, Deceſſorum ſat ſollicitata exemplis) breui tempore peracturus, Xenodochium, inquam noſtrum ſacello auctum eſt, quale inibi viſitur, quo afflictati morbo pauperes, ſacris etiam intereſſe, communicaréque poſſent commodius. Facta eſt à Raimundo poteſtas de aſſenſu *Rectoris ædis S. Mauritij*, cuius id hoſpitale curæ, intuque contribuitur; hacce verborum cautionúmque formula.

Raimundi permiſſus.

Raimundus, &c. Vniuerſis, &c. *Ex parte* Gardianorum hoſpitalis carreriæ maioris *noſtræ ciuitatis* Cadurcenſis *nobis extitiſſe noueritis demonſtratum, quòd nonnulli pauperes ad illud de diverſis mundi partibus confluentes ſæpe & ſæpius adeò grauibus infirmitatibus ibidem detinentur, quòd non poſſunt ad Eccleſiam* Parochialem *B. Mauritij accedere, pro diuinis Officijs audiendis & ſacramentis Eccleſiaſticis recipiendis. Quare fecerunt nobis humiliter ſupplicare, vt iuxta noſtri officij debitum dignaremur ſuper hoc de opportuno remedio prouidere. Nos itaque iuſtis precibus inclinati ad dictorum exhortantium, & aliorum qui in dicto hoſpitali conuerſantur deuotionem quam erga diuina habere dignoſcuntur multipliciter, augmentandam de expreſſo conſenſu Geraldi Roigerij* Rectoris S. Mauritii, *eiſdem Gardianis & dicto Hoſpitali duximus tenore præſentium concedendum, vt in dicto hoſpitali loco idoneo & honeſto ad hoc ſpecialiter deputato, poſſint Oratorium, ſeu altare facere, in quo perpetuò debeant Horas canonicas & Miſſas per capellanum idoneum, cum indumentis ſacerdotalibus & alijs neceſſarijs facere celebrari, ſaluo in alijs iure* matricis & Parochialis Eccleſiæ B. Mauritii *ſuprad. In quorum fidem ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.* Cadurci *die Martis poſt Feſtum Aſſumpt. B. V. Mariæ. Anno Dom.* 1309.

Præfectorum Xenodochii pietas id temporis.

Eodem anno Raimundus ſtatuta Vicanenſis Eccleſiæ ſancit.

Eodem anno *Vicanenſem Eccleſiam* incerto iure, nulliſque penè legi- 175
bus adminiſtratam antehac, ſanctis legibus, ſtatutiſque ab ſe ſancitis viuuram deinceps decernit. Ex tota ſanctione fuſiſſima illa, hæc tantum verba iuuat attexere, quia noſtros Pontifices attingant propiùs, *Prouidè ergo volumus, ſtatuimus & etiam ordinamus de communi conſenſu præ dicto, aucto-*

ritate noſtra, & poteſtate nobis tradita, quòd de cætero non ſit ibi Prior, *ſed* Domino Raimundo de Saluiaco Priore. *qui nunc eſt cedente & decedente, nos ſimus & eſſe debeamus* Abbas, & Prælatus, ſuperior, & immediatus loco Prioris *qui nunc eſt, & ſucceſſores noſtri qui pro tempore fuerint Epiſcopi Cadurcenſes, eo ipſo quòd erunt Epiſcopi, ipſo facto ſint, & de iure reputentur Abbates in ipſa Eccleſia poſt mortem vel deceſſum dicti Prioris, &c. Statuta autem illa data ſunt die ſabb. poſt Feſtum B. Ioannis ante portam Latinam Anno Dom. milleſimo, treceenteſimo nono,* Ex quibus habet Lector, quo tempore iura Vicanenſis Abbatis translata ſint ad Antiſtitem noſtrum, quámque id validè, legitiméque, quando Vicanenſis Eccleſia tot nominibus dudum Cadurcenſi adſtricta, non officii modo ſui teſtimonium id fore, ſed verò ad ornatum, ad emolumentum, ad Eccleſiaſticæ politiæ ſplendorem haud parum facturum, eſt aſſenſione publica conteſtata.

Ius Abbatis ad ſe tranſferri, ſucceſſioréſque.

173 Anno milleſimo, trecenteſimo decimo conſuetudinem perantiquam Prouincialis ſynodi bis in ſingulos annos cogendæ, inducit, antiquátque: ſeu quia labaſcere vſum huiuſmodi, ſenióque flaceſcere animaduerteret priſtinò illo cleri affectu, pietatéque veteraſcente, ſeu quia diſtrahi plus æquo coitionibus huiuſmodi, ab regendarum animarum ſollicitudine, ſingulis Eccleſiis Præfectos Rectores intelligeret, ſtatuitque de frequentis Capituli ſententia ſemel vt tantum quotquot annis coirent decimo ſeptimo, decimoq; octauo die ab ſolenni Paſchatis feſto, ſic enim ferunt ipſa ſanctionis ſolemnis verba. VNIVERSIS, &c. RAIMVNDVS *permiſſione diuina* Cadurcenſis *Epiſcopus* Salutem. *Cum Congregatio ſynodalis, quæ in noſtra Cadurcenſi Eccleſia bis in anno conſueuit fieri, pro communi vtilitate crederetur introducta, nunc propter multiplices fatigationes, & inexcogitata & diuerſa pericula, quæ retroactis temporibus euenerunt, & poſſent prouenire in futurum, vt facti experientia docuit, tendere dignoſcatur ad noxam, ad humilem requeſtam totius Cleri dictæ noſtræ Ciuitatis & Diæceſis nuper in noſtra ſynodo proximè præterita congregati, requirentis, quod ad vnicam tantum prædictas ſynodos reducere dignaremur, prouidâ deliberatione, & tractatu ſolemni, cum venerab. Capitulo noſtro ad hoc ſpecialiter congregato, pluries prahabitis: attendentes, quod iuſtè petentibus non eſt denegandus aſſenſus, nec debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta varientur humana, & obſeruantiæ antiqua in melius commutentur.* Idcircò vnà cum *prædicto noſtro Capitulo, ſtatuimus, vt vna ſynodus in noſtra Eccleſia Cadurcenſi annis ſingulis duntaxat, quarta & quinta feria poſt quindenam Reſurrectionis Dominicæ celebretur, quos dies propter congruitatem temporis, ad id agendum, duximus eligendos Ad quam Synodum omnes qui prius, & ſicut prius, venire teneantur; obſeruantiâ de veniendo ad Synodum, alijs retroactis conſuetis temporibus commutata: Quam obſeruationem & ſtatutum volumus perpetuò obſeruari.*

A 1310. Raimundus, ſynodus Prouincialis ſemel vt tantum quotannis habeatur edicit.

Statuti cauſæ.

Capituli aſſenſus

In quorum fidem ſigillum noſtrum vna cum ſigillo dicti Capituli; Et nos Capitulum antedictum, ordinationi & ſtatuto prædictis conſentientes, & illud ex certa ſcientia approbantes, ſigillum noſtrum in noſtro generali Capitulo propter hoc ſpecialiter ad diem datæ conuocato, vna cum ſigillo dicti Dom. *Epiſcopi præſentibus duximus apponenda. Actum, & Datum Cadurci, in clauſtro noſtræ* Eccleſiæ *Cadur. die Veneris, poſt octauas feſti omnium Sanctorum Anno* D.1310.

Exemptum ab obligatione ſynodo ſe ſiſtendi Capitulum.

Eximi tamen ab ea lege, atque onere ſiſtendi ſeſe, Capitulum, eòque cenſendos deinceps quoſuis placuit, vel ſi Eccleſiarum regimen adminiſtratioque illis incumbat: detentos ſcilicet eo munere officióque Cathedrali Eccleſiæ miniſtrandi, exemptionis hæc eſt formula. *Vniuerſis, &c. Raimundus Cadurcenſis Epiſcopus ſalutem in Dom. Cum nos ex cauſis iuſtis & rationabilibus, vnà cum venerab. Capitulo noſtro Cadurcenſis Eccleſiæ prouidè duximus ſtatuendum, quod ſemel duntaxat ſingulis annis in dicta Eccleſia ſynodus noſtra de cætero celebretur, videlicet in quarta & quinta feria poſt quindenam feſti Reſurrectionis Dominicæ, quos dies ad id agendum propter congruitatem temporis duximus eligendos, ad quam ſynodum teneri venire volumus illos qui & vt ad noſtras ſynodos antea veniebant: Volentes dicto noſtro Capitulo, & ſingulis de eodem, qui nunc ſunt, & qui pro tempore fuerint ſuper hoc immunitatem præſtare & facere gratiam ſpecialem, licet Parochiales Eccleſias obtineant, propter quas ad dictam ſynodum venire deberent auctoritate præſentium, eiſdem, & eorum ſingulis, concedimus quod ad dictam ſynodum intereſſe perſonaliter de neceſſitate minimè teneantur. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, ſigillum noſtrum literis præſentibus duximus apponendum. Datum* Cadurci *die Veneris poſt hyemale feſtum B. Martini. A.D.*1310.

An 1310. Raimundus bona Epiſcopatus oppignerat

Eodem anno rei familiaris anguſtiis preſſus *Raimundus*, qui ſcilicet 176
exhauſta nondum ſuper pactione cum Rege inita, contra prouocantis Capituli ſententiam, aſſenſúmque, diſſidia, ſopiráſque nondum cum Conſulibus, Regiiſque Magiſtratibus diſſenſiones, ſuſtinere haudquaquam poſſet ſine vi auri multò maximâ, qualem Cadurcenſe ærarium ſuppeditare haud quaquam poſſet, ad infitas redactus ſpes colligendorum poſthâc redditiuum obligare, daréque pignori, malis præſentibus auertendis Capitulo non abnuente cogitat: vtque res tota certius, maiorique vtrinque fide, vt minore periculo tranſigeretur, ius id in prouentus futuros Diplomate perquam ſolenni ab Clemente V. impetrat duodecimo Kalend. Iun. anno Pontificatus quarto (hoc eſt anno Domini 1310.)

Aſſenſus Papæ Clementis V.

quando creatus ipſe eſt Pontifex Nonis Iuniis anno 1305. *Clemens, &c. Venerabili fratri* Raimundo *Epiſcopo Cadurcenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt cùm tam pro tuis neceſſariis, quàm* Eccleſiæ Cadurcenſi *negotiis apud ſedem Apoſtolicam expediendis vtiliter, te ſubire oportet magna onera expenſarum*

contrahendi mutuum, vſque ad ſummam ſex millium Florenorum auri, *ſub modis & formis infraſcriptis, ſine quibus creditores te non poſſe inuenire putabas, tibi licentiam largiremur. Nos igitur de tua tam in eis, quàm in alijs circa tua & ipſius Eccleſiæ negotia vtiliter promouenda, & expedienda, circunſpectione, ac diligentia confidentes, & nolentes quod tu, propter ipſarum expenſarum defectum indigentiam patiaris, vel quod eadem negotia inexpedita remanere contingat, tuis ſupplicationibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc, cum quibuſcunque perſonis* vſque ad prædictam ſummam ſex millium Florenorum auri, *tuo, & ipſius Eccleſiæ nomine, ac teipſum & ſucceſſores tuos, & ipſam Eccleſiam Cadurcenſem, ac tua eorundem ſucceſſorum, & Eccleſiæ bona, mobilia, & immobilia, præſentia & futura, vſque ad ſummam huiuſmodi propterea creditoribus obligandi* (vſuris omninò ceſſantibus) *& renuntiandi conſtitutionibus, tam fœlicis recordationis* Bonifacii VIII. prædeceſſoris noſtri, *quarum primâ cauetur, ne quis certis exceptis caſibus extra ſuam ciuitatem & diœceſim: ſecunda verò, ne reus alterius Diœceſis, vltra vnam dietam à finibus eiuſdem diœceſis ad iudicium euocetur: quam de duabus dietis in Concilio generali & quibuslibet alijs contrarijs à prædeceſſoribus noſtris ſuper hoc editis, ac beneficio reſtitutionis in integrum omnibus litteris & indulgentijs Apoſtolicis impetratis, aut impetrandis, & omni iuri Canonico, & ciuili: auxilio, ac conuentioni Iudicum & locorum, ſi eorundem Creditorum nomine ſuper ijs contingeret literas Apoſtol. impetrari, omnibuſque exceptionibus per quas contra prædictos creditores, tu & ſucceſſores tui poſſetis vos tueri, Fraternitati tuæ plenam auctoritate præſentium concedimus facultatem: & volumus, & concedimus quòd tu, & ſucceſſores tui dicti, creditoribus ipſis huiuſmodi pecuniam de bonis dictæ Eccleſiæ ſoluere, ac damna, expenſas, & intereſſe, reficere teneamini: ſi in termino, qui ad hoc de tuo, vel ipſorum creditorum conſenſu fuerit conſtitutus, eadem non fuerit pecunia perſoluta, quodque ipſis creditoribus, prætextu alicuius conſtitutionis canonicæ, vel ciuilis, aut cuiuſcunque priuilegij, vel Indulgentiæ ſedis Apoſt. de quibus in noſtris litteris plenam & expreſſam oporteat fieri mentionem, & per quæ tu, & ſucceſſores præfati valeretis vlteriùs vos tueri, dictam pecuniam in ipſius Eccleſiæ vtilitatem conuerſam fore, probari neceſſitas non incumbat: ſed ſola tui hoc fatentis confeſſio in inſtrumentis conficiendis ſuper mutuo huiuſmodi quantitatis inſerta ſufficiens, plena, & efficax probatio irrefragabiliter habeatur. Cæterum ne in hoc vorago ſibi locum vendicet vſurarum, volumus quod tu, & ijdem ſucceſſores, vel præfata Eccleſia Cadurcenſis ſua, vel tua, aut ipſorum bona; per has noſtras litteras, per cuiuſpiam fraudis, ſeu calliditatis aſtutiam, ſub quouis pallio, ſeu colore verborum ad vſuras aliquas obligari nullatenus valeatis, Eaſdem litteras, conceſſiones, cautiones, recognitiones, ſeu promiſſiones per eas, vel earum auctoritate factas, quoad obligationem vſurarum earundem, decernentes irritas & nullas. His nihilominus quoad præmiſſa omnia, quæ vſurarum prauitatem non ſapiant in ſuo robore duraturis, nec vſu*

Derogatur contrario iuri cuiuis

Cautio de vſuris omninò euitãdis.

rarum pretextu malitioſè aliquatenus impugnandis. Datum *Auenione* 12 *kal. Iun. Pont. noſt. an.* 4.

Interim haud ſegnis lector annotet, diſertè cautum, ſeueriuſque exceptum à Pontifice, nulla vt fœneratitia conuentio interueniret: præſagiebat quippe, quam graue damnum crearetur pactionibus hiſce planè ſacrilegis; dum, vt eſt in Plutarchi ioco, quod naturâ non poſſet, per fraudem ex nihilo fit aliquid, hoc eſt nullis impenſis, re tota integra, intactáq; queſtus ingens pecuniarius naſcitur, grauiſſimum animarum excidium cladéſque comparatur. Egregia verò beneficentia, vt Ambroſii ore ſæuiam in hanc peſtem, quam metuebat, an prouidebat, noſtris graſſaturam olim latius terris Romanus Pontifex. *Numeratur pecunia, addicitur libertas, abſoluitur miſer minore debito, maiore ligatur: talia ſunt veſtra diuites beneficia. Minus datis, & plus exigitis: talis humanitas, vt ſpolietis, etiam dum ſubuenitis: fœcundus vobis eſt pauper ad queſtum: vſurarius eſt egenus cogentibus vobis habet quod reddat quod impendat non habet. Miſericordes planè viri, vſuras ſoluit qui victu indiget: ille medicamentum quærit, vos offertis venenum; panem implorat, gladium porrigitis; libertatem obſecrat, ſeruitutem irrogatis: abſolutionem precatur, infirmus laquei nodum ſtringitis.*

Ambroſ. de Tobia.

A 1311. Raimundus Epiſcopatu ſeſe abdicat, & quorſum.

Effecit æs alienum conflatum, effecere lites, diffidiáque, effecit præſertim *Pariagij* (prouocante ad Pontificem maximum Cadurcenſi Capitulo) conditio acerbior, imparem vt ſe oneri tanto *Raimundus* arbitra- 177
tus, Epiſcopatu potiús (inſolenti certè exemplo) cedendum crederet, quam vt tot ſuæ ſedi imminentia detrimenta, non ſatis antea ſuo prouiſa tempore ſpectare coram, ac vel inuitus ſubire cogeretur. Abdicat itaque exauctoratque ſeipſum, deque Antiſtite priuatum facit, volens, lubénſque, Romano Pontifice indulgente, ſub anni milleſimi trecenteſimi vndecimi exitum, ſequentíſve auſpicia. Atteſtantur non paucæ tabulæ Præſulis magnanimitatem, conſtantiámque in exuendis hiſce honoribus, ne damnum iuribus Eccleſiaſticis crearetur. Sic enim habet *Priuilegiorum Epiſcopalium* iam toties laudatus *Codex*, folio vndeuiceſimo. *Bonæ mem.* Dominus Raimundus de Cornelio, *quondam Epiſcopus Cadurcenſis, poſt diuerſas quæſtiones olim habitas inter ipſum & prædeceſſores ſuos, contra ciues, & accolas ciuitatis Cadurcenſis diu agitatas, tandem mouit in curia ſereniſſimi Principis Dom. Regis Franciæ, Pariſius, cauſam ordinariam, contra ciues, & incolas antedictos, ſuper Conſulatu præſumpto per ipſos & ſigillo communi eorum, & ſuper vſurpatis per eos ponderibus, menſuris, plateis, foſſatis, muris, & locis communibus, cuſtodia portarum, & clauium ciuitatis, tallijs & queſtis, ac quæ pluribus alijs, pertinentibus ad dominium ciuitatis, & etiam ſuper territorio, in qua cauſa fuit libellus oblatus, monſtra facta, exceptiones dilatoriæ propoſitæ, & vſque ad vocis conteſtationem proceſſum: quâ cauſa proſecutâ per dictum Dom. Raimundum, & poſtea continuatâ per Dominum Sicardum ſucceſſorem ſuum, tandem dicto Dom. Rege, qui nunc eſt ad*

Variæ lites, quibus Cadurcenſis ſedes vexata miſerè.

partes Toloſanas eunte, ac faciente tranſitum per Cadurcum fuit per Dom Raimundum dictum Panchelli tunc Epiſcopum Cadurcenſem, & per Procuratores ſeu ſyndicos ciuitatis, ſuper quæſtionibus pendentibus inter eos in ipſum Dom. Regem vnanimiter compromiſſum, & pendente huiuſmodi compromiſſo, fuit Pariagium initum & factum per dictum vltimum Dom. Rai*mundum cum dicto* Dom. *Rege ſuper temporali dominio ciuitatis, & partim ante ipſum pariagium, & partim poſt fuit de mandato Dom. Regis ad inquirendum de illis, ſuper quibus in eum extiterat compromiſſum, tam de iure partium, quàm Dom. Regis, poſt partagium proceſſum, in tantum, quod non reſtat niſi quòd ſententia per ipſum Dom. Regem feratur, ad quam audiendam erant dicti ciues citati, tempore, quo prædictus vltimus Dom. Raimundus Epiſcopatui renuntiauit, & ex tunc fuit propter* Eccleſiæ *Cadurcenſis vacationem in ſtatu illo negotium hactenus prorogatum.*

Item, tempore dicti Dom. Raimundi, primi ad eius procurationem & promotionem, de mandato dicti Dom. Regis, quædam inqueſta facta ſuper eo, quod gerentes ſe pro conſulibus ciuitatis Ioannem de ſancto Iorio clericum ſuſpenderant in furcis, & iuſtitia ipſius Epiſcopi, & Eccleſiæ Cadurcenſis: *& contra appellationem per gentes ipſius Dom. Epiſcopi interiectam ad ipſum* Dominum *Regem: quæ quidem inqueſta tempore dicti Dom.* Sicardi, *quia ipſe ad preces ciuium, ipſius inqueſtæ iudicium procurabat differri, fuit ſaluo iure Epiſcopi, iudicata pro Rege, & fuerunt dicti gerentes ſe pro conſulibus condemnati, ratione dictæ appellationis* Dom. Regi in duobus millibus librarum Turonenſium: *poſtmodum verò tempore memorati vltimi Dom. Raimundi, dicta inqueſta fuit iudicata pro iure ipſius & fuerunt dicti gerentes ipſi Epiſcopo propter hoc condemnati in mille libris Turonenſibus, ſed circa illud tempus, quo ipſe Dom. Epiſcopus Epiſcopatui renuntiauit, dicti gerentes dicunt ſe defendiſſe contra ipſum à ſolutione dictarum mille librarum, &c.*

Conſulum auſus & condemnatio.

Sedem etiam Cadurcenſem vacaſſe anno 1312. docent Capituli tabulæ, iam laudati Codicis, folio tertio ſupra trigeſimum ſcriptæ, quibus Bertrandus de S. Artemio Vicarius generalis creatur, quia Raimundus iam ſede, paſtoralique iure ceſſiſſet. Plura de hacce abdicatione ſpontanea, in Hugonis ſuffecti actis, inſolentia illa, lectúque grata, ſubdenda ſuppetent non ita multò poſt, ſtylum vt hic ea ſpe fretus contraham.

A. 1312. Vicarius Raimundo cedenti ſuffectus à Capitulo,

178 Quis verò hîc non obſtupeſcat *fiſcales exactores*, ceu armillatos canes laniomani menſam ſubodoratos, accurriſſe confeſtim ad prædam: & licèt ſe eâdem cauſâ damnatos toties Regis ipſius etiam vltrò cedentis calculô, ſatis noſſent: inuolaſſe denuò tamen in vacantis ſedis prouentus, vacantis (inquam) non obitu, ſed ſpontanea ceſſione ſuperſtitis adhuc Raimundi, inuolant tamen, & qui eſt ſæpe eorum genius, fiſci obtentu ſuam acturi cauſam (quando iam toties Rex ipſe ceſſerat) occupant *Regalia* nomine ſedis vacantis bona. Docebunt ex Armario Capituli promptæ tabulæ ſpontaneam Raimundi exauctorationem, docebunt ſedem id

A. 1312. Fiſcales exactores in bona ſedis Raimundi ſuperſtitis, etiã ceſſione vacantis inuolant. Cauſâ cadunt.

temporis vacaſſe, docebunt exactorum audaciam, & quod caput totius rei eſt, cauſſa eos denuò, iniuſta quippe cecidiſſe, &. VNIVERSIS, &c.

Vide ſupra nu. 154.

Guillelmus de Giſcorio, Archidiaconus Algiæ in Eccleſia Lexouienſi, Domini noſtri Regis Franciæ Clericus & auctoritate eiuſdem vnà cum prouido & diſcreto viro Bernardo de Meſo, *dicti Dom. Regis familiari, cuſtos Regaliæ Eccleſiarum Cathedralium vacantium in Regno Franciæ, ſalutem. Notum facimus, quod cùm nos audito, quod Dominus Raimundus nuper Epiſcopus Cadurcenſis renuntiauerat Epiſcopatui: venerab. ac diſcreto viro Dom.* Geraldo de Sabanaco *legum Doctori noſtris dederimus litteris in mandatis, quòd ipſe temporalia Eccleſiæ Cadurcenſis pro* Regalia *ſaiſiret, & fideliter cuſtodiret: & poſt paucos dies propter alia Dom. Regis negotia, nos declinaverimus ad ciuitatem Cadurcenſem: Viri venerab. Capituli Cadurcenſis Eccleſiæ ad noſtram accedentes præſentiam nobis ſignificare curarunt, quod, ſede vacante, cuſtodia & adminiſtratio omnium bonorum ſpiritualium & temporalium Eccleſiæ pertinebat ad ipſos tam iure communi, quàm ex arreſto Curiæ Dom. Regis. Quare petierunt ſaiſinam mandato noſtro appoſitam penitus amoueri, & eiſdem reſtitui bona prædicta, & adminiſtrationem, & cuſtodiam eorundem. Et ad faciendam fidem de prædictis exhibuerunt nobis litteras Regias patentes fœlicis recordationis Dom. Philippi olim Regis Franciæ progenitoris Dom. noſtri Regis cum cera viridi ſigillatas, hoc tenore.* Philippus, &c. (iam ſupra inſeruimus) *Actum Pariſius Anno Dom.*

Num. 154.

1279. *menſe Febru. Vnde nos his viſis & alijs ſuper expeditione dictæ temporalitatis aliàs facta dicto Capitulo ſede vacante per mortem aliorum Epiſcoporum, habita etiam deliberatione cum dicto Dom. Geraldo & alijs: quia nobis conſtat ſaiſinam, gubernationem, & cuſtodiam bonorum, & rerum Eccleſiæ Cadurcenſis ſede vacante ad dictum Capitulum ſpectare, & ab antiquo pertinuiſſe. Idcirco ſaiſinam de mandato noſtro in prædicta temporalitate appoſitam occaſione dictæ Regaliæ penitus amouentes, cuſtodiam & adminiſtrationem iuxta tenorem dictarum literarum Regiarum dimiſimus Capitulo memorato, mandantes dicto Dom. Geraldo & alijs tenentibus temporalitatem prædictam, vt eam Capitulo, vel eorum certo mandato reddant, & reſtituant, abſque difficultate quacunque. In cuius teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Cadurci ſeptima die Iunij milleſimo, trecenteſimo duodecimo.*

Iura Capituli intacta.

PETRVS DE LARILLACO.

Petrus de Larillac anno 1312. à Clemente V. electus Cadur. Epiſcopus omninò renuit.

PEtrus eodem anno 1312. Clementis placito Epiſcopus Cadurcenſis 179
creatur, in locum Raimundi ſuperſtitis ſufficiendus: ideòque annumerandus noſtris venit Antiſtitibus, quamuis id muneris humaniſſimè

liberaliſſiméque delatum conſtantius reſpuerit, abieceritque, qua erat animi demiſſione, vitæ priuatæ tutioris illius ſtudio, honorúmque contemptu. Teſtantur Clementis V. literæ hoc ipſo anno in Hugonis Geraldi gratiam ad Philippum Galliæ Regem datæ, in Hugonis actis mox inſerendæ, quarum fragmentum hocce ad rem præſentem attinet. *Raimundo olim Epiſcopo Caturcenſi ſponte cedente regimini Caturcenſis Eccleſiæ, cui tunc præerat, nos de dilecto filio Magiſtro Petro Archidiacono Catalaunenſi, licet abſente, eidem Eccleſiæ de fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica duximus prouidendum: & cum huiuſmodi prouiſio ad ipſius Magiſtri Petri notitiam perueniſſet, idem Mag. Petrus certis conſiderationibus & cauſis motus prouiſioni huiuſmodi per nos de ipſo factæ ſponte ſua renuit conſentire. Nos autem &c.* Habentur acta iſthæc *Epiſcop. Cod. M.S.* iam frequenter laudati, *fol.*10. quibus ex *fol.*17. iſthæc paucula generoſum cedentis animum prælatura attexo; *Petrus de Lardilaco recuſauit ſimpliciter, & totaliter dictum Epiſcopatum.* Enimuerò mirari libet hic hominem ea ferrei ſæculi parte natum, quâ honos, dignitáſque vna in votis erat, ita ſibi ab eo affectu temperaſſe, vt pectus obfirmauerit, repudiando alacrius generoſiuſque ſplendori, cuius cæteri allecti ſpecie, dum eum ſolùm in animo gerunt, meram inſaniunt inſaniam. Perpendebat videlicet quanti eſſet periculi, aleæ quantæ, imbecilliores humeros ſupponere velle ei ponderi, cui ſis quam maximè impar. Reputabat ſecum qui ad faciendum ſatis rigido Dei opt. iudicio de ſuo vix ſufficiat, non ita tutò vadem ſe alieni facere. Audiebat *Iacobum* feriò commonentem maius hoc præfecturæ la ciæ onere ſumi iudicium: ſapientiámque intentantem, *iudicium duriſſimum iis qui præſunt.* Neque deerant prioris, eóque purioris æui exempla, nouerat *Ambroſium* eò vſque ab omni Prælaturæ ſpecie abhorruiſſe, proh! ſuperi, qualem virum, vt crimina ſcelera, ſacrilegiáque fingeret, quò de ſui opinione atque fama detractum foret amplius, Epiſcopali ſolio deuitando, iubebat reis adhiberi ſæuiora tormenta; domum vocabat eâ ſine proſtibula: quanquam perſonata vitia, & fictam nequitiæ ſcenam ſanctimoniæ tantæ obtentū agnoſcēs populus poſt innumeras fugas, tandē ab inuito obtinuit, quod ab volēte minimè poterat. Meminerat Petrus noſter *Nazianzenos, Chryſoſtomos, Syneſios, Auguſtinos, Bernardos, Euagrios, Ammonios, Gregorios, Thomas Aquinates, Antoninos,* innumeróſq; id genus viros, vel capitis periculo, honorum iſthæc nomina, officiorum onera grauiora fugiſſe, fugámque Apologeticis libris, multo clariſſimus defendiſſe. Quare credebat ſibi licitum, imò præclarum fore, eludere deferentis Pontificis tandiu vota, quandiu præceptum, léxque deeſſet,

Petri laus.

Iaco.3.v.1.
Sap.5.v.6.

Pauli. in vita Ambr.

Quanti viri Epiſcopatus fugerint olim.
Chriſoſ. de ſacer.
Aug. epiſt 148.
Syn. epiſt 57.
Nicepho. libr.11. cap 37.
Vita S. Tho. Aq.
Naz Apolo.

Quàm iure igitur Epiſcopis annumeratur noſtris, qui dum minus eos inter cenſeri voluit, tum certè tantò fuit dignior qui cenſeretur, & momentum muneris tanti perſpectum ſibi, & vires ſuas exploratas, (quæ ſunt optimi præſulis partes potiſſimæ) exemplo illuſtri ſane

ad demirationem concitandam, ad poſterorum faſtum frangendum, atque elidendum præclaro, quàm luculenter atteſtatus.

HVGO GERALDI.

ugo ab A. Chr. 12 ad 1316.

HVGO ex Archidiacono Rhotomagenſi Epiſcopus creatur, anno Chriſti milleſimo, treceenteſimo, duodecimo exeunte, ad eum dignitate delatâ, quæ priùs Petro abnuenti oblata fuerat: Et verò conducibilius Hugoni noſtro tum fuiſſet, exitum ſi ſpectare libeat, vt quamprimum renuntiaſſet ipſe ſedi. tot periculis euitandis, in quorum ſeſe turbam neſcius induebat, ſpe affulgentis dignitatis allectus: vt enim ſplendoris, maieſtatiſque pleniſſima ſunt hominis auſpicia, ita profectò infeliciſſimum exitum ſortiuntur; vno vt in Hugone ſpectari palam detur, quæ ſint vices mortalium; quorum exordia quàm fortunata calamitoſi exitus tandem excipiant, Honorificentiſſimas ab Pontifice ſummo ad Philippum Galliæ Regem literas in Hugonis gratiam miſſas, dotium Antiſtitis ac mores, ſublectionis teſtes habet laudatus Codex M. S. *Priuilegiorum Epiſcopalium* fol. 10. in hæc verba. *Clemens, &c. Cariſſimo in Chr. filio Philippo Regi Franc. illuſtri ſalutem & Apoſtol. Bened. DIVINÆ gratia maieſtatis acquiritur, ſi miniſtris eius, & ijs præcipuè qui Pontificali ſunt prædıti dignitate, pro ipſius reuerentia, condignus honor impenditur, & fauor neceſſarius exhibetur. Dudum ſiquidem D. F. Raimundo olim Cadurcenſi Epiſcopo, per* D. F. M. Guillelmum de Dolis, Procuratorem ipſius Raimundi, *habentem ab ipſo ad hoc ſufficiens & ſpeciale mandatum, cedente regimini Cadurcenſis Eccleſiæ cui tunc præerat, in manibus Dom. F.* noſtri Arnaldi ſanctæ Mariæ, in porticu Diaconi Cardin. *nomine ipſius Raimundi apud ſedem Apoſtolicam de mandato noſtro ſpeciali ceſſionem huiuſmodi admittentis. Nos de dilecto fil. Mag. Petro Archidiacono Catalaunenſi, licet abſente eidem Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtol. auctoritate duximus prouidendum: & cùm ad ipſius M. Petri notitiam prouiſio peruenıſſet, idem M. Petrus certis conſiderationibus motus, ſponte renuit conſentire. Nos autem ad prouiſionem ipſius* Cadurcenſis *Eccleſiæ cum nullus præter nos hac vice de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſe intromittere potuerit (pro eo, quod nos dudum circa promotionis noſtræ principium ad apicem Apoſtolicæ dignitatis prouiſiones omnium* Eccleſiarum Cathedralium, *tunc apud dictam ſedem vacantium, & vacaturarum impoſterum, diſpoſitioni noſtræ, & eiuſdem ſedis reſeruantes, decreuimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſcienter, vel ignoranter à quouis attentari foret) ne dicta* Cadurcenſis *Eccleſia prolixæ vacationis exponeretur incommodis, cœpimus intendere diligenter, & poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem* Cadurcenſi *Eccleſiæ perſonam vtilem* 180

…itteræ Clemen…is V. ad Philip…um IV. in Hugo…is gratiam.

Vt Raimundus II. Epiſcopatum ceſſerit.

Vt Petrus oblatum reſpuerit.

Epiſcopatuum omnium collatio ſeruata vni ſedi Apoſtol.

& etiam fructuoſam, cuius induſtria probitatis, in ſuis valeret iuribus adaugeri, ac etiam defenſari, ad D. F. Hugonem Electum Cadur. Archidiaconum Augenſem, in Eccleſia Rhotomagenſi, in ſacerdotali ordine conſtitutum, Capellanum noſtrum, cui literarum ſcientiam, honeſtatem morum, & vitæ circumſpectionem in ſpiritualibus & temporalibus, & alia multiplicia dona virtutum familiari experientia ſuffragari conſpicimus, quem & tu nobis per tuas literas, de præmiſſis & alijs multiplicibus probitatis meritis commendaſti, direximus aciem mentis noſtræ. Quibus omnibus diligenti meditatione diſcuſſis, de perſona ipſius Hugonis, vtpote nobis, & dictis fratribus noſtris, ob ſuorum exigentiam meritorum probati, præfatæ Cadurcenſis Eccleſiæ auctoritate Apoſtol. de ipſorum fratrum conſilio duximus prouidendum. Eundémque Hugonem illi in Epiſcopum præfecimus, & paſtorem: curam & adminiſtrationem ipſius Cadurcenſis Eccleſiæ, ſibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, firma ſpe, fiduciáque conceptâ, quod eadem Cadurcenſis Eccleſia ſub ſuo fœlici regimine (dexterâ Domini ſibi aſſiſtente propitiâ) ſalubriter, & proſperè dirigetur, & grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca ſerenitatem regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus eundem electum ob reuerentiam Apoſtol. ſedis, & veſtram benignè recipiens, te ſibi reddas in regio fauore munificum, & in cunctis opportunitatibus gratioſum: ita quòd idem electus, tuæ celſitudinis fultus auxilio, in commiſſa ſibi cura Paſtoralis officij, poſſit aſſiduè Deo propitio proſperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium & à nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Auenione decimoquarto Kalend. Martij Pontificatus noſtri anno octauo, quæ ſubnotatio in annum milleſimum trecenteſimum duodecimum incidit, Clemente V. ſcilicet octennio ante creato Peruſii poſt bene multam diſſenſionem Cardinalium, vniſque votis in Benedicti locum ſuffecto Nonis Iunii Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo quinto, qui ſi Pontificatus Clementis primus fuit, conſequens eſt, vt Chriſti 1312. octauus Pontifici fuerit.

Hugonis electio. Laudes tum à Papa, tum à Rege delatæ.

Electus eſt A. C. 1312. *Platina, Onufr. Ciacon.*

18 Anno ſequente 5. Martii (primus is erat anni menſis) litteras ab Philippo Rege impetrat, quibus æs alienum ab deceſſoribus contractum minime diluendi facultas illi fiat. PHILIPPVS, &c. *Supplicatione audita dilecti, & fidelis noſtri Hugonis Epiſc. Cadurcenſis.* Concedimus *vobis, quatenus ipſum, aut gentes ſuas, ad ſoluenda debita quecunque per prædeceſſores ſuos contracta videlicet cum Guillelmo Joannis milite, & Raimundo de Calciata ciue Cadurcenſi, & alijs quibuslibet, niſi quatenus ea conuerſa in ipſius Eccleſiæ vtilitatem, per litteras, vel alia probabiliter, & legitimè noueritis, minimè compellatis, aut permittatis compelli. Datum Pariſiis, 5. Martij. A. Dom.* 1313.

An. 1313. Galliæ Rex permittit, vt ne diluat æs alienum à deceſſoribus contractum, niſi ſi quod conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ.

Maij die 30. *decem millia Florenorum auri de Florentia* iuſti ponderis Clementi V. gratis data, docet laudatus *Codex membraneus fol.* 5. Subſidium deinde impetrat Clero, his verbis, Vniuerſis, &c. Hugo, &c. *Cum tam*

Donum Clementi V.

noſtris prædeceſſoribus, quàm cæteris Prælatis circumadiacentium partium in eorum noua creatione, ex antiqua & laudabili conſuetudine ſubſidium à perſonis Eccleſiaſticis, ſibi ſubditis, Beneficiatis præſertim ſit ſolitum exhiberi. Nos huiuſmodi obſeruantia innitentes, & quia conſideratis oppreſſionibus perſecutionibus & iacturis, quibus Eccleſia, ſeu Cadurcenſis Epiſcopatus opprimitur, euidenter huiuſmodi ſubſidio noſcitur indigere ad petendum idem ſubſidium à noſtris ſubditis, qui ad hoc teneri poſſunt de gratia, vel de conſuetudine, ſeu de iure, Religioſos viros Guillelmum de Nobiliaco, cuſtodem pœnitentiarium Fratrum minorum Cadurcenſium, M. Guillelmũ de Baſſiniaco, Capellanos noſtros, Ioannem de Fugia, &c. & quoslibet duos ex ipſis, in ſolidum conſtituimus, & ad hoc loco noſtri, iure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, ponimus. Cuiuſmodi ſubſidium præfato Archipresbytero S. Medardi Petro Fulcherio, & Mag. B. de Coſſolen. *aliàs dicto de Baieſt, & cuilibet vel alteri eorundem in ſolidum ſolui mandamus, & volumus aſſignari. Gratum & ratum habere promittentes; quicquid iuxta modum, permiſſum factum fuerit per eaſdem. Datum, &c.*

Subſidium pro ore imperat lero.

A. 1312.
Omnes Epiſcoalium bonorum lienationes præcittas reuocat Clemens V.

Diſtractionis omnis, atque alienationis bonorum ſedi quondam addictorum reuocationem luculentiſſimam impetrat à Clemente, 2. Kal. Iunii. *Clemens, &c. Significauit nob. dilectus Frater Hugo* Caturc. *Electus, quod nonnulli prædeceſſores ſui Cadurcenſes Epiſcopi qui fuerunt pro tempore diuerſas conceſſiones, & alienationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Decimarum, rerum, bonorum, fructuum, redditũum & prouentuum ad menſam Epiſcopalis Eccleſiæ Cadurcenſis ſpectantium, aliquibus Clericis & Laicis in ipſius menſæ grauem læſionem feciſſe noſcuntur. Nos igitur volentes eiuſdem menſæ indemnitatibus precauere, conceſſiones & alienationes huiuſmodi, etiamſi in eis Capituli Cadurc. conſenſus acceſſerit, ſeu ſi fuerint iuramentorum præſtatione, & adiectione pœnarum, vel quacunque alia, etiam Apoſtolicæ ſedis confirmatione in forma communi ſuper hoc forſitan conceſſa firmitate vallatæ, ad ius & proprietatem menſæ prædictæ, auctoritate Apoſtol. reuocamus. Nulli ergo, &c.* Datum *Bituricæ Auenionen. Diæc. ſecundo Kalend. Iunij. Pont. noſt. anno octauo.* Ad quartum Kalend. Auguſti, vt quatuor nepotibus, commenſalibuſque beneficia quæuis Eccleſiaſtica deinceps; quomodolibet vacatura, *Perſonatus etiam ac dignitates* conferre auctoritate Apoſtolica Hugo poſſit, concedit Clemens V. *M.S. Codicis* iam laudati octauo folio. Indulget item, vt non ſeruatis etiam articulis ætatum, Conciliorum auctoritate conſtitutis, Ordine ſacro nondum initiatis, quatuor illis Beneficia quæuis deferre valeat. *Clemens, &c. Dil. fil. Hugoni Electo Cadurc. Salutem, & Apoſtol. Bened. Perſonam tuam, tuis exigentibus meritis, ſpeciali beneuolentia proſequentes, & propterea volentes illam tibi gratiam facere, per quam te reddere valeas alijs gratioſum, diſpenſandi auctoritate noſtra, cum quatuor perſonis defectum patientibus in ordinibus & ætate, vt huius defectu, ac Lateranenſis Concilij, & qualibet alia conſtitutione*

182

Ius conferendi nepotibus Beneficia Hugoni permittit, & quate.

Digitized by Google

contraria nequaquam obſtantibus, Parochiales Eccleſias, aut dignitates ſeu perſonatus, vel officia cum cura, vel ſine cura, dummodo de illis aliàs canonicè prouideatur eiſdem, ac huius prouiſionis tempore viceſimum ætatis ſuæ annum attigerint, & aliàs idonei fuerint, ad huiuſmodi diſpenſationis gratiam obtinendam liberè recipere valeant, & licitè retinere, prouiſo quod huius Eccleſiæ dignitates, perſonatus, vel officia debitis propterea non fraudentur obſequijs, & animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, quodque dictæ perſonæ cùm ad ætatem ad id aptam peruenerint ſe faciant ad ordines, prout Eccleſiarum, dignitatum, perſonatuum, vel officiorum ipſorum onus exegerit, ſtatutis à iure temporibus promoueri plenam & liberam tibi concedimus tenore præſentium facultatem. Datum in Prioratu de Granſello prope Malauſam Vaſionenſis diœceſis 4. Kalend Aug. Pont. noſt. anno 8.

183 Fuit Hugoni fœliciſſimus ille dies, & candidiſſimus, quo nouis gratiis recentes alias abundè cumulantibus ab iure omni alio exemptus, ſolius vt Pontificis manu *Anathematis* fulmen queat excipere, aut Eccleſiaſticæ telum cenſuræ, conſtituitur. CLEMENS, &c. *Dilecto fil. Hugoni Electo Cadurcenſi ſalutem & Apoſtol. bened. Tuæ deuotionis grandia merita promerentur, vt deſiderijs tuis benignius annuentes in ijs quæ dignè poſtulas nos tibi reperias fauorabiles, ac etiam gratioſos, tuis itaque deuotis ſupplicationibus inclinati, tibi auctoritate præſentiū indulgemus vt nullus à ſede Apoſtolica delegatus executor, vel etiam conſeruator à ſede deputatus eâdem, aut ſubdelegatus ab aliquo eorundem poſſit in perſonam tuam excommunicationis vel interdicti ferre ſententias abſque licentia dictæ ſedis per ipſius ſedis litteras concedendas, facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nos enim quaslibet interdicti & excommunicationis ſententias, ſi quas in te contra indulti prædicti tenorem proferri fortè contigerit, ex nunc irritas decernimus, & inanes, &c. Datum in Prioratu de Granſello propè Malauſam Vaſionen. diœceſis 4. kal. Aug. Pont. noſt. ann. 8.*

Eximit ab aliorū cenſuris.

184 Poſtridie Raimundo Deceſſori, vltroneâ exauctoratione illuſtri Beneficium Eccleſiaſticum attribui vitandis egeſtatis grauioris incommodis, iubetur à Pontifice, Hugonis precibus annuente, excepto tamen eo omni, quod de Cadurcenſis Eccleſiæ iure foret, ne ſcilicet eadem æde, quâ antehac Antiſtes fuerat, inferiori loco ſedere, aliiſque quibus Characteris Epiſcopalis perenni, & nunquam intermoritura dignitate multò præerat etiamnum, concedere indignius cogeretur; ſic habet diploma Pontificis in inſolenti facto inſolens ipſum, CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & dilectis filiis Lemouicenſi, Sarlatenſi, Petragorenſi Archidiaconis & S. Medardi Petragorenſis Diœceſis Archipresbytero Eccleſiarum ſal. & Apoſt. bened. *CVM dilect. fil.* Raimundus Panchelli, olim Epiſc. Cadurcenſis *regimini Eccleſiæ Cadurcen. cui tunc præerat ſponte ceſſerit in manibus dil. fili filij noſtri* Arnaldi S. Mariæ in porticu Diac. Card. *de mandato noſtro ceſſionem hanc admittentis. Nos volentes vt idem* Raimundus in

Hugo Raimund deceſſori beneficia impetrat, & qualia.

derogationem Pontificalis officij cogatur amara mendicitatis opprobrium experiri,etiam dilecti filij Hugonis Electi Cadurcenſis *ſupplicationibus inclinati,diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus vos,vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium,ſeu alios, præfato Raimundo de tot Beneficijs Eccleſiaſticis,cum cura,vel ſine cura,etiamſi dignitates,vel perſonatus exiſtant,quod ipſorum fructus, redditus & prouentus vſque ad trecentarum librarum turonenſium paruarum annuum valorem attingant, ad collationem Epiſcopi Cadurcenſis,qui eſt pro tempore, pertinentibus, ſi in diœceſi Cadurcenſi vacant ad præſens,vel quam primùm vacauerint: Dummodo in Eccleſia* Cadurcenſi *non exiſtant, quæ ex nunc donationi Apoſtolicæ reſeruamus; decernentes eundem Raimundum ijs beneficijs fore contentum,&c. Datum in Prioratu de Grauſello propè Malauſanam Vaſionenſis Diœceſis 3. Kalend. Aug. Pont. noſt. ann.*8. ſic quippe habet Priuilegiorum Epiſcopalium Codex membraneus M.S. fol.8.

Attingāt ad 300. libras Turon. annui prouentus.

Ius teſtandi à Pōtifice accipit Hugo.

Romanam ſedem diceres vni Hugoni noſtro vigilare, ſanciréque di- 185
plomata. Ius teſtamenti tabulas ex placito condendi,eadem die accipit.
Clemens,&c. *Dilecto fil. Hugoni, &c.* Quia *præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem,& ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe, túque ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire. NOS tuæ ſupplicationi inclinati, vt de bonis tuis vndecunque, non per* Eccleſiam, *ſeu Eccleſias, aliàs tamen licitè acquiſitis,quæ ad te pertinere commodè dignoſcuntur, liberè teſtari valeas,ac de bonis mobilibus Eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni, vel adminiſtrationi commiſſis, quæ non fuerint altaris, ſeu altarium Eccleſiarum tibi commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earundem Eccleſiarum diuino cultui,vel vſui deputata,necnon & quibuſcunque mobilibus, à te per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licitè acquiſitis,pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris,& pro remuneratione illorum,qui tibi viuenti ſeruierint,ſiue ſint conſanguinei,ſiue alij iuxta ſeruitij meritum,moderatè tamen,diſponere, & erogare poſſis, & de ipſis earundem Eccleſiarum ære alieno deducto, vt ipſæ Eccleſiæ non remaneant debitis obligatæ in pios vſus conuertere,plenam concedimus facultatem. Volumus autem, vt in bonorum diſpoſitione iuxta quantitatem reſidui erga* Eccleſias,*à quibus eadem percepiſti,te liberalem exhibens,prout conſcientia tibi dictauerit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire. Datum &c. vt ſupra.*

Ius conferendi beneficia.

Vix haſce litteras expedierat Pontifex,cùm ecce tabulas in manus ſumit, ius etiam in Beneficia vni Pontificis ſummi iuri ſubiecta, *Hugonis* arbitrio permiſſurus; quarum ecquis non demiretur poteſtatem, vnáque hominis tanti merita ſumma credat?cui non niſi nouas,inauditáſque gratias æquari poſſe ſummus ipſe Pontifex autumaret. Clemens,&c. Dilecto filio Hugoni, Electo Cadurcenſi, *Salutem, & Apoſtol. bened. Tuam volentes honorare perſonam,& per honorem tibi exhibitum alijs gratiam impertiri conferendi hac vice, per te, vel alium, ſeu alios beneficia Eccleſiaſt. cum*

cura,vel ſine cura,etiamſi dignitates,vel perſonatus,vel officia exiſtant,& ea conſueuerint per electionem aſſumi,nulli alij de iure debita,quæ in tuis ciuitate,ac diœceſi Cadurcenſi vacant ad præſens,tantóque tempore iam vacarunt, quòd eorum collatio eſt ad ſedem Apoſtol.per lapſum temporis, ſecundùm Lateranenſe concilium,deuoluta;ſingula videlicet eorum ſingulis perſonis idoneis, de quibus tibi videbitur , & inducendi eas, vel procuratores ſuos in corporalem poſſeſſionem huiuſmodi beneficiorum,& defendendi inductas , amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eiſdem,contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo,non obſtantibus,&c. Datum,&c. vt ſupra. Accipit ipſo eodem die poteſtatem Cathedralis ædis Canonicis,duos quos volet adſcribendi,necnon quibuslibet Cœnobiis (ſeu virorum, ſeu fœminarum illa forent) quos aptiores iudicaret, ad Religioſæ vitæ genus inſtituendum haud inuitos aggregandi; iure omni de corporis, déque animi dotibus aliiſque id genus ad vitam iſtam facientibus iudicandi ad ſe vnum delato. Sic enim Pontifex, CLEMENS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei* Dilecto filio Hugoni,&c. *Perſonam tuam claris tuis exigentibus meritis honorare volentes,& per honorem tibi exibitum alijs prouidere, faciendi recipi auctoritate noſtrâ,per te,vel alium,ſeu alios in tua* Cathedrali *Eccleſia* Cadur. *in qua Canonicorum receptionem & Prabendarum, necnon dignitatum perſonatuum,ac Officiorum collationem,ad te aſſeris pertinere, duas perſonas idoneas,de quibus tibi videbitur in* Canonicos,*& in fratres,ac vtrique dictarum perſonarum prouideri de Prabenda nulli alij de iure debita, ſi in ea Eccleſia vacaſſet,vel cũ ad id obtulerit ſe,facultas.* Et poſt aliqua: *In ſingulis præterea monaſterijs Monachorum & monialium,ac Eccleſijs*Canonicorũ*Regular.ac etiam alijs ſecularibus* Collegiatis *tuarum* Ciuitatis,*ac diœceſis ſingulas perſonas idoneas,de quibus tibi videbitur, recipi faciendi in monachos ac Canonicos, & in Fratres;ac monachas & ſorores, prout ſecundum ipſorum Monaſteriorum & Eccleſiarum* Conditionem *fuerit faciendum,ſibique ſecundum eorundem monaſteriorum,& Eccleſiarum conſuetudinem regularem habitum exhiberi,eáſque ſyncera in Domino caritate tractari, necnon contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ auctoritate Apoſtolica compeſcendi, non obſtantibus quibuſque conſuetudinibus, &c. Datum &c. vt ſupra.*

Ius in Canonicatus Cadur.in monaſteria.

186 Luce eadem *Clemens*, de creati,Electíque *Hugonis*, inuncti nondum dignitate ſollicitus, à quouis vt conſecrari queat indulget: Ius item tribuit Tabellionatus officium viris quatuor ab ſe delectis, diligenter probatis,iuramentique religione adſtrictis deferendi, necnon vt Guillelmo *de Sarlandela* nepoti Beneficium conferre ritè valeat, nimirum quoduis deinceps vacaturum. Quid plura? Proprio,priuóque Diplomate *quatuor Clerici* permittuntur Hugoni, ex eius voto ſeligendi, qui adſint, miniſtrentque Antiſtiti,eo etiam priuilegio atque immunitate,Beneficiorum prouentibus vti abſentes potiantur, haud ſecus ac ſi coram adeſſent, in

Alia multa à Clemente V. Hugoni permiſſa.

ipſorumque bona incumberent;dempta tantum ea parte redditũum,quæ ſingulis diebus tributa ſingulis, maiori adſtantium labori, merito, ac leuaminiſiare quàm optimo reſeruatur.quæ ſingula Priuilegiorum Epiſcopalium Codex folio 9. 12. 13. diſertè, fideliterque ad poſteritatis memoriam inſerta ſeruat: Nos ex iam dictis Clementis in Hugonem animum ſat ſe prodere rati attexere ſuperfluum ducimus, quanquam quod ſequitur nefas omittere Octauo igitur Idus Octobris anno eodem Cadurcenſis Diœceſeos vniuerſæ Eccleſias, Cœnobiáque luſtrandi, ſuper his omnibus inquirendi, atque cenſendi, pecuniaſque numeratas faciendis ſumptibus cum moderatione tamen exigendas ius accipit ampliſſimum hoc diplomate: Clemens, &c. *Venerab. fratri Hugoni Epiſcopo Cadurcenſi. Grata deuotionis ſtudia, quibus nos & Romanam diligis Eccleſiam, & grandia tuarum virtutum merita promerentur, vt perſonam tuam condignis fauoribus & gratijs proſequamur. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, tibi authoritate præſentium indulgemus, vt Eccleſias, monaſteria, cateráque loca, & perſonas, exempta, & non exempta, tuarum Ciuitatis & diœceſeos, in quibus tibi viſitationis officium competit de conſuetudine, vel de iure per aliquem, ſeu aliquas perſonas idoneas ſaltem in Sacerdotio conſtitutas, quas ad hoc duxeris aſſumendas, poſſis liberè vſque ad terminum, quoties tempus viſitationis ingruerit facere viſitari, ac procurationes, ratione viſitationis huiuſmodi, tibi debitas ab Eccleſijs, Monaſterijs, locis & perſonis huiuſmodi taliter viſitatis recipere moderatas etiam in pecunia numerata, qualicúque conſtitutione ſuper hoc in contrarium edita non obſtãte, Nulli ergo &c, Datum in Prioratu de Grauſello propè Malauſanam Vaſionen. Diœceſis 8. Idus Octob. Pont. noſt. anno 8.*

Ius ad procurationes viſitationis nomine exigendi.

Neque vnius ſummi Pontificis cura, induſtriaque, amando, colendo, ornandóque Hugoni noſtro inuigilauit attentiùs, *Carpentoratenſis quippe Antiſtes* Diœceſi vt ſua vniuerſi, quaſi in Coepiſcopum allectus Hugo, Officiis Pontificiis perfungi omnibus ritè, legitiméque valeat, committit libentiſſimè eodem anno, Decembri menſe: quæ tabulæ in laudato Codice exſtant folio ſexto. Ipſe Rex Galliæ *Philippus Pulcher* Regnó extremò (quaſi ſeruaſſent ſuperi hominem vt Regia Maieſtas nonnihil etiam ſplendoris, honoriſque Hugoni noſtro, ante fata, conferret) concedit, imperatque ſi quæ de Eccleſiæ Cadurcenſis bonis diſtracta olim, imminutáque, ſeduiſque Deceſſoribus inconſultis Hugoni vt reſtituantur confeſtim, ad Regium itidem emolumentum factura, quando Comitatus Cadurcenſis Antiſtibus noſtris collati iura, de Regis ſunt dominio, clientelæque vno nomine (vti iam ſupra ſat docuimus) a noſtris poſſidentur, Reſtituenda hæc ipſa bona Clemens Pontifex ſenſerat. Diplomatéque iam exſcripto ſanxcierat. At quia ſæpe imbellis eſt iuſtitiæ, æquitatiſque manus, ſi exarmetur ciuili gladio, Pontificio calculo ſuum Rex noſter adiicit calculum, vt ne fauoris Regii obtentu, Tabularum Pontificiarum maieſtas ſperneretur, eluderetúrque auctoritas. Attexam 187

Hugoni delata ab Epiſcopo Carpenſt & ab Rege galliæ.

Suprà num. 85. 86. Num. 182.

Regis verba atteſtatura etiam, quantæ operæ ſit, quanti laboris huiuſmodi Eccleſiaſtica bona in quæ tantâ facilitate paſſim, quantâ iniuſtitiâ inuolatur, vbi ſemel inuaſa, diſtractáve à quoquam fuerint, recuperandi. *PHILIPPVS Dei gra. Francorum Rex D. M. Mathæo de Curtibus Iunelli, Iudici Ordinario Cadurcenſi Electo noſtro ſal. & dilect.* Dilectus, *& fidelis noſter Epiſcopus Cadurcenſis fecit nobis conquerendo monſtrari, quod cùm ipſe temporalitatem Epiſcopatus Cadurcenſis à nobis ſub vna fide & vnico homagio teneat, ac ſui Prædeceſſores tenuerint, & cùm hoc iuramentum fidelitatis, nobis præſtare debeat. Nonnulli prædeceſſores ipſius electi nonnulla de bonis temporalibus dicti Epiſcopatus certis perſonis vendiderunt, donauerunt, & alienauerunt in prædicti noſtri diminutionem feodi, quod facere nullatenus potuerunt ſine noſtra ſpeciali licentia; maximè cùm dictus electus & qui pro tempore fuerint Epiſc. Cadurcenſes nobis ratione dicti Feodi ad certa ſeruitia & ſubſidia pro defenſione regni noſtri teneantur, & etiam tenerentur, quæ nunc idem electus præſtare non poſſet, ſi diminui permitteremus temporalitatem prædictam. Et licèt vobis ac quibuſdam per noſtras aliàs litteras commiſiſſemus, vt omnia, quæ de temporalitate prædicta, per quoſcunque dicti electi prædeceſſores alienata, ſeu diſtracta quomodolibet inueniretis, ſine noſtra licentia ſpeciali ad præd. noſtrum feodum vniretis, & Electo reſtitueretis prædicto, vóſque & quidam alij Commiſſarij noſtri prætextu plurium litterarum noſtrarum tam vobis, quàm eis ſuper hoc directarum plura bona, quæ alienata & diſtracta de tẽporalitate prædicta in noſtri præiudicium feodi tunc inueneratis, ad manum noſtram poſuiſſetis & poſita teneretis, Vos & quidam alij, Procuratore noſtro, & dicto Electo, vel ſuis gentibus non vocatis, nonnulla de dictis bonis alienatis & diſtractis, perſonis, in quas alienata fuerant & diſtracta reddidiſtis, & aliqua de ipſis recredidiſtis eiſdem in noſtrum, ac dicti electi damnum, præiudicium, & grauamen. Quare vobis committimus & mandamus, firmiter iniungentes, quòd vocato procuratore noſtro, dictóque electo, vel ſuis gentibus, & alijs euocandis, omnia & ſingula de bonis dictæ temporalitatis alienata, vel diſtracta quomodolibet per prædeceſſores dicti Electi, de quibus nobis legitimè conſtiterit, iuxta tenorem commiſſionis ſuper hoc aliàs vobis factæ manum noſtram reponatis, & repoſita ad ius & proprietatem dictæ Cadurcenſis Eccleſiæ reducatis, niſi ſint aliqui qui ſuper hoc ſe opponant quibus ſuper prædictis libenter auditis, necnon Procuratore noſtro, & dicto electo, vel eius gentibus, exhibeatis ſuper hoc celeris iuſtitiæ complementum. Prædictis de quibus quæſtio referetur interim in manu noſtra detentis. Et ſi ſuper his vobis dubium occurrerit, vel obſcurum, ad noſtræ Curiæ reſcribatis, ſub veſtro clauſum ſigillo, certam diem Procuratori noſtro &* Partibus *aſſignantes, Pariſijs coram nobis. Vobis autem pareri volumus ab omnibus in prædictis. Datum Pariſijs 10. Iun. 1313.*

A C. 1313.
Alienata antea bona Eccleſ Cadurc Rex reſtitui Hugoni imperat.

Rurſus in eiuſdem Hugonis gratiam extremo anno, *PHILIPPVS Seneſcallo Petrogoricenſi, &c. Conqueſtus eſt nobis dilectus & fidelis noſter*

Rex vetat prohiberi Hugonem à plectẽdis ſontib,

Epiſcopus Cadurcenſis, quòd vos, aut aliqui veſtrum ipſum, ſuoſque Officiales quarundam prætextu litterarum, quas nõnulli à nobis impetraſſe dicuntur vt in ſuorum beneficiorum Ecclеſ. iuſtis poſſeſſionibus defendantur in ipſos iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercere prohibetur, ac pro commiſſis ab eis exceſſibus animaduertere, ſic quòd multa crimina impunita permaneant. Quare vobis mandamus, quatenus prætextu litterarum huiuſmodi non impediatis ipſum Epiſcopum, aut gentes eius à prædicta animaduerſione: cum noſtræ non ſit intentionis, quòd tales litteræ ad huiuſmodi perſonas extendantur. Datum Pariſijs 16. Febr. A. D. 1313.

Hac poteſtate, quà Pontificiis, quà Regiis Diplomatis delatâ armatus 188
Hugo accingit ſeſe ad rem Eccleſiaſticam ſicubi collapſa foret diœceſi tota Cadurcenſi reſtituendam, ſicubi integra conſeruandam, ſicubi nutabunda ſanciendam, confirmandamque. Accepto itaque non paucos nobiles, Optimatéſque alios contra iura omnia diuina, humanáque, alios ſpretis ritibus ab Eccleſia vniuerſa indictis, ad dignitates Eccleſiaſticas, adque beneficia varia illegitimè conuolaſſe, non quid æquitatis ratio, ſed quid honorum, opúmque amor ferret, ſollicitos; hanc edit dignam tanto nomine, tantâque omnium ſpe ſanctionem. HVGO *miſeratione diuinâ Cadurcen. Epiſcopus, Dilect. in Chriſto Vicarijs noſtris Cadurcen. Salutem & ſynceram in Dom. Charitatem. Etſi paſtoribus animarum, ſubditorum offenſas manſuetudo paterna diſſimulare ſuadeat, illas tamen diſſimulare non conuenit, per quas nedum homo, verum Rex ſupremus offenditur, & per eas, tam offendentibus, quàm offenſis paratur tendiculum animarum. Ad noſtrum ſanè fama publicâ referente peruenit auditum, quod malorum omnium radix cupiditas, quæ ſeruitus deſcribitur Idolorum, & damnabilis abiectio diſciplinæ cuius contemptores, ſe quaſi pullos Onagri, liberos æſtimantes, peccatum ariolandi & ſcelus Idololatriæ committere reputantur: Sic nonnullos nedum Clericos, ſed etiam laicos coegit per cæcitatis deuium oberrare, quòd eorum plures in conſiderationem debitam non adducto, quõd ingredientes ſanctuarium Dei aliunde, quam per oſtium, furtum committunt pariter, & rapinam; ad Archipresbyteratus, parochiales, & non parochiales Eccleſias, Prioratus, hoſpitalia Xenodochia ſolita per ſeculares Clericos gubernari, Ciuitatis, & ditionis Caturc. manus auidas extendentes, & aliàs illicitè tanquam titulum habentes in eis, & in ipſis beneficijs perſiſtentes, licèt aliqui titulum iuſtum non haberent: Nonnulli verò, poſito forſan, quòd iuſtè fuiſſet ſibi prouiſum de beneficijs memoratis, ſe tamen autoritate propria in eiſdem intrudere minimè formidarunt; multi quoque in tempore, quo ſibi prouiſum aſſerunt de beneficijs ſupradictis notoriè patiebantur, aut in natalibus, aut ætate defectum, aut erant maioris excommunicationis ſententia innodati (quibus obſiſtentibus ſibi de præfatis beneficijs prouiſio facta nulla fuit) ſe in præfatis beneficijs irrationabiliter intruſerunt, & ipſa beneficia damnabiliter occuparunt, eáque contra iuſtitiam adhuc detinent occupata. Aliqui ſiquidem, poſito, quod ab initio iuſtum titu-*

Hugonis ſtatutũ A.C. 1314. editum contra beneficiorum abuſus.

Abuſus, quos Hugo circa beneficiorum inuaſiones numerat.

Poſſeſſio ſine titulo.

Occupatio auctoritate propria.

Cenſurarum incurſus.

Irregularitas.

Dilatio ſacrorum ordinum.

lum in præfatis Eccleſiis habuiſſent ad ipſarum tamen titulum conſtitutione fel.rec.Greg. Papæ X.ſuper hoc editâ in Concilio Lugdun. temerariè vilipenſa ad ſacerdotalem ordinem ſe neglexerunt intra tempus debitum facere promoueri,& in eiſdem Eccleſiis,prout requirit eadem conſtitutio,perſonaliter reſidere. Aliqui verò,duo,tria,ſeu plurima beneficia, duplicia, & quæ præter diſpenſationem Apoſtolicæ ſedis non poſſunt inſimul licitè retineri, quæ, vel ipſorum aliqua,ſunt in Caturcenſi ciuitate & Diœceſi conſtituta;dicentes ſedis ipſius diſpenſationibus ſuper hoc ſe munitos;licèt, vt fertur, nullas habeant quæ ſibi ſuper iis ſuffragentur, nec de his per ipſos fuerit debita fides facta, dicuntur contra Lateranum Conc.in eiſdem ciuitate & diœceſi detinere ſanctorum Patrum Canones,& diuinæ ſedis ſacra conſilia damnabiliter contemnendo in populi commune ſcandalum,& in ſuarum & illarum,quibus ſic de facto tantum præſunt (quas, quatenus in eis eſt,decipiunt) periculum animarum. Volentes igitur tam auctoritate Apoſtolicâ, per quam illorum beneficiorum cum cura,& ſine cura,etſi dignitates, officia, vel perſonatus exiſtant, aut ſi per electionem prouideatur eiſdem, quorum diſpoſitio erat ad ſedem noſtram legitimè deuoluta, prouiſio conceſſa fuit, ac etiam caſibus,in quibus ex nobis ipſis iure,modo,& forma quibus melius poſſumus contra deformitates prædictas,vtpotè pro maiori ſui parte adeò notorias,quòd nulla poſſunt tergiuerſatione celari,per debitæ reformationis impendium prouidere,eos, quos ius habuiſſe,ſeu habere in præfatis beneficiis conſtiterit,in ſua iuſtitia confouere:alios autem quò ad ſalubris reparationis ſtatum perueniant, quatenus erit nobis poſſibile dirigere,ac iuuare:alioquin in eos officii noſtri debitum exercere: vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum,ſic quod vnius præoccupatio non adimat alteri poteſtatem:ſed inceptum ab vno,vel pluribus,per alium, vel alios mediari valeat,& finiri,etiamſi alius,vel alii primitus inchoantes, inchoatis, ſeu inchoandis vellent & poſſent intendere conſtituimus & mandamus, quòd tam præſentis auctoritate mandati,quam veſtri Vicariatus, vt melius valere poterit & tenere,in publico auditorio cauſarum Curiæ Officialatus noſtri Caturcenſis,& in ipſa Eccleſia Caturcenſi,dum ibi dicentur miſſarum ſolemnia, poſt Euangelium,edictum citationis generaliter, & publicè proponatis,& promulgari,ſeu proponi publicè faciatis,vt quicunque à viginti annis citra, aſſerat, vel aſſerit ſibi collationem, vel prouiſionem, vel de ſe inſtitutionem fuiſſe factam in aliquo,ſeu aliquibus de beneficiis ſupradictis, & qui diſpenſationes ſe habere prætendunt,per quas aduerſus prædictos defectus natalium & ætatis ſeu ſuper ſacris ordinibus non recipiendis, aut non facienda reſidentiâ in Eccleſiis ſupradictis,vel ſuper pluralitate beneficiorum prædictorum, necnon abſolutionis à præfatis excommunicationum ſententiis, ac qualiter, & quomodo præd. Beneficiorum poſſeſſiones fuerint aſſecuti,necnon rationes, & defenſiones quaslibet,& per quas ſuper præmiſſis,& quolibet præmiſſorum poſſent modo quolibet ſe tueri,quòd litteras,ſeu probationes alias ſuper prouiſionibus, & inſtitutionibus,diſpenſationibus, abſolutionibus,& ordinationibus eorundem,

Abſentia à beneficio.

Beneficiorum multitudo.

Citatio publica eorum qui in hos abuſus prolapſi forent.

poſſeſſionum aſſecutionibus, rationibus & defenſionibus prædictis, exhibeant coram vobis Cadurci, vel perſonis, quas ad hoc duxeritis deputandas peremptoriè, quas eaſdem perſonas nos ex nunc etiam deputamus infra 30. dierum ſpatium, à prædict. veſtræ citationis publicatione facienda, prout præmittitur, computandos, quos ſibi & ipſorum cuilibet, & primò, ſecundò ac tertiò, & peremptoriè ac monitione Canonica aſſignetis, cum interminatione, quòd niſi comparuerint & paruerint vt præmittitur, & termino ſatisfecerint ſupradicto, per nos, vel vos, ſeu alterum veſtrum auctoritate noſtra contra ipſos, & ipſorum quemlibet, quatenus de iure fieri poterit, & ad diſponendum & prouidendum de præfatis beneficijs ſi & quatenus fieri poterit, procedetur. Et vt ignorantiæ prætextu ſe aliquis non excuſet, ex ſuperabundanti per vos Archipresbyteris Cadurci volumus, vel perſonis alijs noſtræ Diœceſis vt ipſi, vel eorum alter, ſingulariter omnes alias prædictas perſonas quàm ſeipſos iuxta formam & modos prædictos peremptoriè moneant & citent, ſi eos perſonaliter inuenerint, alioqui publicè proponant in Beneficijs vt tenentur, & tenebuntur per quemlibet eorundem huiuſmodi monitionis & citationis edictum publicè, vt dictis die & loco compareant coram vobis, vel altero veſtrum, vel dictis deputandis, exhibituri, oſtenſuri, & facturi, prout ſuperius eſt expreſſum. Vos autem, vel alterum veſtrum præfatos Archipresbyteros prout præmittitur moneatis & citetis, alioqui prædictas citationem & monitionem in Eccleſiis Archipresbyteratuum ſuorum, prout præmittitur publicè proponatis. De huiuſmodi verò citationis edicto, & ipſius publicatione & commiſſione faciatis fieri publica inſtrumenta, & relationem talem vobis fieri, quòd per ipſos Archipresbyteros, vel loca eorum tenentes, aut perſonas, vel ipſorum alterum faciatis, quod iure procedi valeat in negotio memorato. Ad quorum probationem, &c. Datum Carpentorati 12. Kal. Mart. Anno à Natiu. Dom. 1314 Intuebatur nimirum Hugo, qua erat animi vi, atque ſagacitate infinita damna, quæ Chriſti gregem latè deuaſtant, quando paſtorum ſomnolentia nec deprædantium luporum aſtus, nec populantium morborum contagia proſpicit, vt illis declinatis, eluſiſque, præſentem hiſce faciat medicinam. Conſiderabat inſuper & ſecum ipſe ſerio reputabat, animus Epiſcopi culpæ adſcriptum iri, quicquid in eo genere illius negligentia, oſcitantiáque peccatur: ideóque pungente, atque ſolicitate conſcientia, poteſtatem ſibi delatam ad aliorum commoda, mentiſque ſuæ tranquillitatem atque ſecuritatem conuertere cogitabat, verùm quàm infelix, atque infandus exitus gloriam bene cœptorum omnem extinxerit; erit intueri confeſtim. Huc interim ſpectat haud diſſimilis ſanctio, quam publicauit eodem annô, ſacerdotum illorum grege acrius caſtigando, qui per faſ, perque nefas intruſi, hoc vnum penſi habent, vti intitientur, ſacerdotúmque albo cenſeantur; quam ritè, quàm legitimè, quibus cautelis, conditionibuſque intereſſe nihil exiſtimant, dum enim hoſce conniuentibus oculis ſpectant Paſtores, dum alienigenas, ignotóſque

Qua vigilantia monendi ſinguli.

Diœceſi

Diœceſi tota vagari errabundos & palabundos vident,nihil de ſanctitate morum,nihil de animi-déque corporis dotibus, vitiiſque comperto, incredibile dictu eſt,quot damna, quantam peſtem Chriſtiano populo inferant,in cuius ſalutem factos,vtilitatémque formatos, prælucere exemplo oportebat.Hanc igitur ſuper eo negotio ſanctionem expreſſit ab Hugone noſtro ea tum cogitatio,cui ſimilem vtinam in hac deplorati æui calamitate vtinam Antiſtitibus extorqueat, ſed felici excipiendam exitu.

189 *HVGO,&c. Vicariis noſtris* Cadurc. *&c.* Vt pulchra, *& decora mater Eccleſia varijs inſignitur graduum titulis, per quos tanquam ornata monilibus illuſtrium circumdata varietate virtutum Chriſti fideles illuſtrat,ſuis radijs claritatis,infidelibus autem terribilem ſe oſtendit, velut Caſtrorum acies ordinata.Propter quæ ſacrorum Canonum conditores,attentô quod inter cætera ſuæ pulchritudinis ornamenta per ſacrorum Ordinum venuſtatem, quæ ſuperiorem Hierarchiam, & ſtatum militiarum cœleſtium repræſentat, & præſertim ordinem ſacerdotij, per quem Chriſtus corpus ſuum conſecrari voluit ipſius Eccleſiæ ſtatus potiſſimum decoratur, proinde decreuerunt, quod in ea parte præſertim macula fore non debeat,neque ruga,&c.* CVM *itaque ſicut ad noſtrum (plurium fide dignorum relatione) peruenit auditum, huius præſumptionis cum graui ſcandalo, & plurium diſpendio animarum irrepſit, & adhuc faciente Zizaniorum ſatore non deſinat pullulare: Nonnullis,quorum aliqui,ſicut audiuimus,erant in ætate minus legitimâ conſtituti:alij verò tunc erant excommunicationis ſententia irretiti, aut aliàs prorſus inhabiles ad ordines aſſumendos;alij per ſaltum,aut præpoſterationem: alij nec à nobis, nec à noſtro anteceſſore,ac prædeceſſoribus,nec de ipſorum licentia ſe fecerunt ad ordinem Sacerdotij promoueri, multis quoque ad ipſum ordinem aliqualiter non promotis,ac etiam de Diœceſibus alienis,nulla diſpenſatione,vel licentiâ à nobis petita ſuper ijs,nec obtenta,& non facta ſufficienti fide, quod ad ipſum ordinem ſunt promoti, & quorum multi per ſuos exceſſus & culpas, dicuntur à ſuis Diœceſibus aufugiſſe:plurium autem ipſorum vita & conditione nobis ignotâ penitus in præfata ciuitate ac diœceſi diabolica ſuggeſtionis inſtinctu damnabiliter exequentibus,huius tam venerandi myſterij ſacramentum.Nos tam periculoſo morbo promptis operationibus occurrere,prout noſtri miniſterij promptitudo ſufficiet, intendentes,tenore præſentium inhibemus, & ſub pœna excommunicationis,quam in non parentes monitione præmiſſa Canonicâ proferimus in his ſcriptis,& per vos,ac veſtrum quemlibet,ac per quoslibet Archipresbyteros ciuitatis & diœceſis* Cadurc. *in ſingulis Eccleſiis ſuorum Archipresbyteratuum,auctoritate noſtrâ volumus, & decernimus inhiberi. & in contrarium facientes excommunicationis ſententiam promulgari:vt nullus qui non ſit de ciuitate ac diœceſi* Cadurc. *oriundus, nec etiam illi niſi per nos, vel anteceſſores noſtros,vel de noſtra,vel ipſorum licentia, ad ipſum ordinem docuerint ritè ac legitimè ſe promotos, niſi fortè in indigeriis pateret aliter ſia*

A.1314.
Statutum Hugonis in perperam initiatos.

Abuſus in ordinibus percipiendis

Nullus alie[…] diœceſeos ſace[…] dos Cadurci, a[…] diœceſi tota cel[…] bret, ſub pœ[…] excommunica[…] nis,ni prius le[…] in,am po[…]ſt[…] robarit: nul[…] Miſſas ipſius […] diat.

tuendum) in noſtra Ciuitate ac diœceſi Cadur. palam miſſam audeat celebrare, nec Eccleſiarum Parochialium Rectores ipſos in Eccleſiis ſuis ad exercendum palam officium ſacerdotis admittant, neque ipſarum Eccleſiarum Parochiani Miſſas eorum palam audiant, aut ſacramenta Eccleſ. recipiant ab iiſdem. Vbi verò perſonæ huiuſmodi peregrinæ ſuper aſſumptis ordinibus ritè fidem fecerint legitimam coram vobis, vel duobus ex vobis: & nota erit vobis, vel duobus veſtrum conditio ipſorum, ex tunc licentiam exequendi præfatum officium, in locis de quibus vobis, aut duobus veſtrum videbitur, concedatis.

Male promoti ſuſpendantur ſi pergunt ſacra facere, excõmunicantur.

Circa perſonas alias quæ per ſaltum, aut in ætate minus legitima, vel excommunicationum ſententiis irretiti, vel aliàs inhabiles promoti dicuntur, vos per ea quæ ipſi probare voluerint coram vobis, ſuper quibus terminos peremptoriè aſſignetis, & alias legitimè informantes, ſi & quatenus vobis videbitur rationabile per ea, quæ ſuper ipſis veſtrum mouere poterunt animum, ipſos ab executione præfati ordinis ſuſpendatis. Nos autem in omnes & ſingulos contra huiuſmodi inhibitionem noſtram præfatum miniſterium exequentes, & Archipresbyteros & Rectores Eccleſiarum, ad hoc eos in ſuis Eccleſiis admittentes, & ſingulos Parochianos ab ipſis Eccleſiaſtica ſacramenta recipientes, niſi ſicut præmittitur, excommunicationis ſententiam præmiſſa monitione Canonica proferimus in his ſcriptis, & per vos, & per veſtrum quemlibet volumus promulgari: & huiuſmodi noſtras ſententias per vos, aut veſtrum alterum promulgandas in Eccleſia Cadurc. noſtra, dum dicentur miſſarum ſolemnia, & in auditorio noſtro Curiæ Cadurc. hora cauſarum volumus publicari, & in ſignum executi mandati præſentes literas per vos & dictos Archipresbyteros volumus ſigillari. Acta fuerunt hæc Carpentoracti, &c. vt ſupra. 190

Excommunicationis promulgatio.

A. 1314. Pontis de Valantre extructio Regis ſubſidiis.

Eodem Chriſti anno 1314. haud dubium, quin Hugonis amiciſſimi precibus, Philippus IV. Galliæ Rex Cadurcenſi ponti celeberrimo illi, trinis turribus perinſigni exædificando vectigalium vim non modicam expendendam edicit, vti ex fidelibus tabulis, Ciuitatis noſtræ docet armarium PHILIPPVS, &c. *Dilecto filio Geraldo Epiſcopo ſueſſion. ſal. & dilect. Vobis tenore præſentium committimus & mandamus, quòd ſuper incumbentibus operi Pontis qui de nouo conſtruitur apud Cadurcum, in portu vocato* Valantre, *ac diſpenſatione Panagy, quod pro huiuſmodi opere faciendo hominibus eiuſdem ciuitatis conceſſimus, vocatis vocandis, vos plenius informantes, ſi dicti Panagy emolumentum in dictum opus applicatum fuiſſe legitimè repereritis, & quod adhuc ipſe pons gratia noſtra indigeat pleniori, ipſum Panagium pro huiuſmodi opere complendo more conſueto ad tempus quod ad hoc ſufficere videritis, ex parte noſtra per literas veſtras dictis hominibus concedatis. Datum Pariſius 2. Aug. A. D. 1314.* Quo ipſo anno Rex vitâ functus vigeſima nona Nouembris die, ſucceſſorem *Ludouicum Hutinum* habuit, extremo hocce anno, ſuper pariogio olim inito cum Hugone noſtro iterum pactum (quamquam nullo Capituli aſſenſu) vti ſuperius iam annotauimus, num. 369. 191

192 Administrato hactenus Epiſcopatu clarus Hugo plus nimio *Clementis V.* ſtudiis, *Philippi IV.* filiique *Hutini* fauore fretus, excelſiores induit animos: déque Antiſtite miles factus Hutini contra Flandrum adiunctus partibus, benè lectâ Cataphractorum manu Regis adauget copias, niquà imbrium inſolentium vis immenſa, quà Regis præcox obitus, quà Flandriæ ſupplex legatio interceſſiſſent, Flandriam omnem vti ſpondebant ſpes, ad violatæ fidei vlciſcendam iniuriam extemplò deleturas. Enimuerò videre erat Præſulem de clero inſtituendo, ádque ſanctitatis numeros omnes formando iam ſollicitum, exercitum inſtruere, proprio cenſu alere (quod me militum computus anno 1315. Iulii 12. ſcriptus edocuit) ſuo ſtemmate Phaleras, ſaga, loricas, ſcuta, galeas inſignire, in arma, inque prælia fremere, non certè Regni tuendi ergo (quod aliis bene tutum ſubſidiis, copiiſque munitiſſimum multò, precibus tutari debuerat) ſed animi, ſed ſumptus, ſed ſplendoris ad væſanam magnificentiam oſtentandi. Sanctis interiecti fœderis legibus, conditionibúſque firmata pax, breui militares illos animos Præſulis noſtri, at non audaciorem mentem ſuperbiæque typho extumeſcentem molliuit, ſopiuitque. Pudet reſerare patriæ probra, atque in Ciuitatis parentis oculis Patris infamiam denudare. Verum quia neque ſol occultari, neque non exaudiri tonitrua, neque non præſentiri poſſunt fulmina, age, quod vel ipſis legibus, ſanctiſque iuris decretis ad ſempiternum Hugonis dedecus iam publicatum promulgatúmque eſt, ad poſterorum documentum ediſſeramus, vt quæ vnius malo, multorum metu iacta ſunt fulmina, omnium emolumento diſcantur. Protriuit ſcilicet, atque traduxit priſtinam famam omnem exitu infortunatiſſimo Hugo noſter. Vbi ſe nominatum ſenſit, vbi nobilitatis Gallicæ oculis clarum, vbi militis calculo liberalem, atque magnificam, tuendam eam gloriam per nefas, quia per fas non poterat arbitratus, ſubſidia noua flagitare, prouentus à Clero vniuerſo fictis nominibus exigere in dies grauiores, ſpoliare iniquè hunc per cauſſam ſceleris vlciſcendi, Beneficium illi ſubripere vel delatum legitimè alteri vendere, nihil non machinari, molirique quo extorta tyrannicæ ambitionis, auaritiæque flammis auri ſuppeterent argentique fomenta. Corrogabatur viis omnibus auri vis, ſed quæ pluribus efflueret, effugerétque de manibus ſiti nouæ ſcilicet excitandæ, vt eſt inſatiabilis iſthæc cupiditas, & (quod ac veſano *Alexandri* ingenio iactauit ille) *aliquid concupiſcit post omnia*, nec mundo ipſo, qui tantus quantus eſt ſibi ſufficit ſatis explenda. Accedebat flamma luxuriæ nihil minus auida, anxiáque cui in primis caſtigandæ tragœdiam hanc omnem excitatam, facilè ſuſpicor: vtque ex aliis alia oriuntur ſcelera, mutuiſque ſe nexibus fulciunt ac ſuſtentant, vix vllum cogites probri genus, quo non ſe, ac Cadurcenſem illam ſedem tantorum ac tot retro Antiſtitum honore, gloria, ſanctitatéque venerandam homo probroſiſſimus macularet. Pudore rubet, vel ſub atro colore

Hugonis vitia extremo Epiſcopatu

Dux belli fit.

Mali Hugonis mores.

Oppreſſiones populi.

Simoniæ.

Luxuria.

Seneca Epiſ. 119.

Ioannes XXII. in Hugonem inquirit: Damnat.

calamus. Eò etiam ventum fuit, vt Ioannes XXII. Pontifex Maximus in Clementis locum ſubſectus ſedis anno 2. hoc eſt Chriſti trecenteſimo decimo ſeptimo ſupra milleſimum Regienſem, Atrebarenſémque Antiſtitem, quò de criminibus hiſce obiectis ſanctiùs, exactiúſque inquirerent, Ciuium Cadurcenſium, hoc eſt popularium querelis animatus Auenione vigeſimo ſexto Aprilis, quod me tabulæ noſtræ docent, Cadurcum delegarit; compertóque confictum nihil, ſed verò factorum grauiorem quàm verborum querelam eſſe exauctoratum ſacerdotali omni, Epiſcopalique gradu deiectum, cuſtodiæ perpetuæ addicit (vt ipſa

Habetur Hugonis condemnatio in Extrauag. Comm tit. 8. de pœnis.

iuri publico, Canonicóque ſententia inſerta dudum omnium oculis, atque auribus publicauit) aut ſi acerbiorem quam narrant alii non pauci ſententiam ſequare, detracto corio viuum etiam comburendum Iudici ſeculari permittit. Sic certè *Guidonis appendix.* Ioannes *degradauit à ſacer-*

Ex Guidone Hugo excoriatur, viuúsq; comburitur

dotali & Pontificali ordine, ac dignitate Epiſcopum Cadurcenſem Hugonem Geraldi ablatis ab iiſdem Pontificalibus inſignijs, videlicet annulo, atque mitra & Cappa cum Romana camiſia & birreto; ſicque primò relictus in ſimplici habitu clericali, fuit adiudicatus priuato carceri 14. *die menſis Maij apud Auenionem A.* D. 1317. *Degradationem verò cum ſolennitate iuris fecit Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, ſicque vltimò degradatus fuit, traditus curiæ ſeculari poſt cuius iudicium fuit tractus & excoriatus, atque com-*

Ciacon. in Joan. 21. Platina in Joan. 23

buſtus menſe Julio ſubſequenti. Cuius tantæ ſeueritatis (ſi vera memorat) cauſam fuiſſe nonnulli aſſerunt, quòd in cædem Pontificis coniuraſſet; de qua tamen nihil comperti habeo, cum eam publica illa ſententia iuri inſerta taceat Pontifex, ſceleribus omnibus aliis ſcrupuloſiùs recenſitis haud certè reticendam, quando à ſede Pontificia defectionem aliquam

Accuſatur Hugo temerè quod in Papã conſpirarit.

innuit; niſi forte iam carceri ſemel æternùm mancipatus Ioannis iudicio, culpâ longè grauiſſimâ priorem omnem improbitatem cumulaſſet. quod tamen neque fingere licitum eſt, auſum hunc in Pontificis vitam punitum, vti dicunt diſertè, ita certè non probant, in tam alto præſertim eo de ſcelere, Pontificis cætera omnia numerantis ſilentio.

Vt conciliandi duo Papæ ſuper iudicio de Hugonis auſpiciis.

Atenim vnum me ſollicitum, atque anxium habet, vti nimirum conſtet *Joannis* ſententia, qua per ſimoniam in ſedem noſtram vult Hugonem, perditis etiam & libidinoſis antea moribus quam indueret infulas infamatum, cùm *Clementis* V. Pontificis itidem maximi calculo, cùm *Philippi* Regis ſuffragio, vti antehac intacta & luculenta fama ex iam inſertis ſuprà tabulis, integerrimis illis atque fideliſſimis habeatur. Cui diſſidio dirimendo, etſi me longè imparem cenſeo, nec mearum eſt partium duos inter ſummos Pontifices æquum ſedere arbitrum; tamen quod in tanto negotio vero ſimilius iudicãdum occurrit, litem fortè omnem conciliauerit, ſi videlicet aſſeras, aut Hugonis familiaris licèt, Clementique Pontifici peramici perſonata id temporis fuiſſe vitia, eóque minus Clementi, atque Philippo cognita, quòd ſe magis fingendum ſciret coram

iis,à quorum auctoritate, potentiáque plura ſperaret Hugo. At verò iam amotà perſona,nihil Ioannem latuiſſe hominis animum, cui vt ferè fit, honos ac dignitas, atque ſub Clementis præſidio impunitatis concepta ſpes,laruam omnem fucati animi, ſimulatique detraxiſſet. Aut certè ſi conſicias ex Cadurcenſium querelis, conclamata Hugonis cauſſâ, non modo malos mores extremæ vitæ, ſed prioris etiam perditam indolem didiciſſe Pontificem,nonnihil adaugentibus, atque amplificantibus iis (vti vſu non ſemel venit)quorum in ſe Hugo inimicitias concitaſſet actu extremo deploratiſſimo. Quam enim pronum eſt ac procliue,ex fœdo exitu ſuperiora omnia conicere,metiri eo anteacta, quando inſtigans adeſt ira,& de honeſtate transacta præſens ira naſciſcitur opinandi, teſtandíque arbitrium. Certè quo te cumque tandem conuertas,nec illa Clementis Pontificis, nec Philippi obſcurari poſſunt elogia, Hugonis auſpiciis adſtipulatura ſemper haud parum; nec de Ioannis iudicio in Orbis oculis promulgato, déque illius æquitate ac ſanctitate dubitare tutò quis poſſit, media vt via ſit ineunda, qua vtriuſque probes ſententiam, atque ad moderationem aliquam,temperamentúmque perducas. Nec tamen ideò Hugonis famæ parco,cuius improbitas Cadurcenſis præſulis ſedem æternum inquinaret,niſi innumerorum ſanctitas eà ſedentium, ſuſpicionem etiam infamiæ omnem abſtergeret,niſique duodecim inter Apoſtolos *Judas* vnicus, Reges inter Iſrael ſcelerati quammulti, nihil de Apoſtolicæ ſanctitatis ſplendore, nihil de Regiæ pietatis imminuerent maieſtate; ac niſi tandem eius exemplo ſapere certum eſſet iis omnibus qui metuendum ſtanti caſum exemplis noſſe,quam experimentis ipſis addiſcere conducibilius arbitrantur. Cæterum tenuit Hugonis ſedes ab anno Chriſti 1312. ad 1315. Licet enim exauctoratus publicè binis poſt tantum annis fuerit,tamen A.C.1316. Ioannes electus in pontificem Guillelmum Hugoni ſuffecit (vt mox dicenda edocebunt vberiùs) etiam ante vltima Hugonis fata. Temporis ratio.

GVILLELMVS V.
LABROA.

194 GVILLELMVS ad Hugonis eluendam infamiam, ſediſque noſtræ decora inſtauranda factus diuinitus ex ſacræ *Diui Dominici* familiæ ſinu, vbi & pietatis & ſapientiæ numeros implere omnes facilè potuiſſet ad Cadurcenſis præſulis dignitatem euehitur, decreto videlicet *Ioannis* Pontificis Cadurco oriundi(de quo plura inferius)quem Guillelmus Labroa noſter proximitate, cognationéque attingeret. Docent *Domini-* Guillelmus ab A. C. 1316. ad 1324. Hugoni viuenti ſuffectus.

x familia S. Do mici.

cana familiæ Toloſanæ origines eius capitis quod prælaris eſt ipſius ordinis gremio aſſumptis, extractiſque, ſtylo vt ferebant ea tempora ſimpliciori illo, ſed nihil minus vero longius recenſendis inſinuant, hoc fragmento. *Frater Vuillelmus de Labroa licet benè perſonatus, & gratus prolocutor, competens clericus, & laudabilis vitæ, modicum tamen in ordine fuit promotus ſed quod amiſit in ſyllabis, recuperauit in temporibus. Nam ex ſuóprioratu Agennenſi aſſumptus eſt in Epiſcopum Cadurc. per eundem Dom. Ioannem Papam A. D.* *Erat enim de ſemine dicti Pontificis procreatus: hic ex quo ſeſſor fuit, ſedem ſuam non vidit; Parentes carnales modicum carnaliter dilexit; obijt in curia A. D.* Doleo M. S. Codice omiſſam anni notam: at nos aliunde ſupplebimus.

Ex ſubprioratu ginnenſi. ogatus Ioannis XXII.

C. 1316 Iue. & une afflicto populo adeſt Guilelmus etiam ab ſens.

Impediuit Pontificis voluntas quominus ſedi adeſſet ſuæ, & coram damnis iis ſarciendis incumberet, quæ Hugonis improbitas intuliſſet. 195
Nihilo tamen minus, abſens licèt, Auenione Ioannis irhærens lateri, miſeratus id temporis calamitatem toto Cadurcorum tractu graſſatam bellorum vim, luis ac peſtis populationem immenſam, magna vt accolarum pars mutare ſedes, & aliò transferre interim palabundas colonias ſit coacta, non erogãda, extorquendáque ab Clero Hugonis more grauiora ſubſidia, ſed quam poſſent pauciſſima arbitratus, communi gregis infortunio Paſtor ipſe communicare voluit. Extant penès me ex Capituli Cadurc. armario tabulæ anno Chriſti trecenteſimo decimo ſexto ſupra milleſimum ſubſcriptæ, quibus ipſe afflictum populum miſeratus, procurationis & viſitationis nomine. *Ex beneficijs minoribus decem libras turonenſes, tantùmmodo, ex alijs vnum groſſum quindecim denariorum pro libra* (ſic enim loquendum volebat eius æui barbaries) *colligi tantùm* disertè præcipit. Ex quibus tabulis præter præſulis pietatem annorum etiam addiſco computum, & quod ante præmonui, damnato nondum, extinctóque Hugoni, ſuffectum Guillelmum confirmo.

A. 1318. creat Vicarios generales *Othonem, & Mercerium.* Paciſcitur cum Coll. Cadur. ſuper moneta.

Anno 1318. detentum ſe diutius ab Pontifice maximo Eccleſiæque totius negotiis addictum, priuatæ ſedi adminiſtrandæ imparem dolens, quia 196
per ſe ipſe non poſſet, generales duos vicarios, cum pleniſſima poteſtate Othonem, Mercerium que, ſufficit ſibi Epiſcopatui toto adminiſtrando. De Othonis aſſenſu pacta inita hoc ipſo anno cum Conſulibus noſtris, ſuper pondere, pretióque monetæ, cuius cudendæ, faceret Otho Guillelmi Antiſtitis nomine, poteſtatem. Cautelarum, conditionúmque articulos patrio idiomate ſcriptos, fuſiores illos omitto, nactus ex ciuitatis noſtræ armario; At ſilere non poſſum Guillelmi litteras latino Charactere, ad fidei munimen maius, ab Othone pactis illis in hæc verba attextas, *Frater Guillelmus, Dei, & Apoſt. ſedis gra. Epiſcopus Cadur. Venerab. & diſcretis viris Mag. Guillelmo Othonis legum profeſſori noſtræ Diœceſis, ac Berengario Mercerij ciui Ruthenenſi, Rectori Eccleſiæ de Pradinaco Diœc. Ruthen. ſal. in Dom. Dum prouidentiam veſtræ circumſpectionis attendimus,*

& aduertimus diligenter, litterarum ſcientiam, fidelitatis probatæ conſtantiam & alia diuerſarum dona virtutum, quæ in vobis plenitudo gratiæ cœleſtis infudit, in noſtræ conſiderationis examine recenſemus: multorum onerum grauitatem quæ nobis ex regimine Eccleſiæ noſtræ Cadurc. *incumbunt eò confidentiùs in Dominicæ vestræ virtutis imponimus, quò ſecuriùs in vobis noſter animus requieſcit.*

Proepiſcopo un doctrina, & probitas.

Conſiderantes *igitur, quòd nos circa Eccleſiæ ipſius gubernationem, & regimen perſonaliter vacare nequimus ad præſens, & propterea volentes ad horum perſecutionem tales deputare perſonas, quæ ſciant in ipſius Eccleſiæ negotiis conſulere prouidè, & vtili conſilio prouidere, vos in eadem* Eccleſia *& Epiſcopatu* Cad*pro nobis, & eiſdem Eccleſia & Epiſcopatu* noſtros in temporalibus & ſpiritualibus Vicarios conſtituimus generales, *vobis nihilominus petendi, adipiſcendi, nanciſcendi, & retinendi nomine noſtro, & pro nobis corporalem poſſeſſionem Epiſcopatus eiuſdem, ac bonorum, iurium, & pertinentiarum ipſius, viſitandi quoque, corrigendi, reformandi, per vos, & alios, Eccleſias loca & perſonas Eccleſiaſticas Epiſcopatus eiuſdem: Electiones perſonarum Eccleſiaſticarum ad quæcunque Beneficia canonicè celebratas, confirmandi: & infirmandi minùs canonicè attentatas, ſicut de iure fuerit faciendum: & præſentatos per patronos ad Eccleſias curam animarum habentes, admittendi: & eos inſtituendi eùm in eiſdem, & ipſarum curam, ac regimen illis committendi: & inſtitutos per vos ſeu alios, in poſſeſſionem corporalem inducendi, iuxta Canonicas ſanctiones: præſentandi etiam per litteras veſtras quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas dicti Epiſcopatus, idoneas tamen ad recipiendos quoſuis Ordines à quibuſcunque prælatis Eccleſiarum, gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentibus: Audiendi præterea omnes cauſas, lites, & quæſtiones, tam ciuiles, quàm criminales ad forum noſtrum ſpectantes, ac de ipſis, necnon de quibuſuis delictis & exceſſibus quorumcunque Clericorum, & Laicorum, prout ad nos pertinet, cognoſcendi, ipſóſque abſoluendi, condemnandi, puniendi, ſuſpendendi, & priuandi ab officio & beneficio, iuxta ipſius Epiſcopatus conſuetudines, &* Canonica *inſtituta, & inſuper inueſtiendi, laudandi, & quælibet debita petendi, & exigendi, & recipiendi, cognoſcendi, quictandi, citandi, arreſtandi, ſuſpendendi, liberandi, cenſuram & Iuriſdictionem Eccleſiaſticam & temporalem exercendi, paciſcendi, & tranſigendi, & homagium, ac fidelitatis debita iuramentum ab iis qui ad hoc nobis tenentur more ſolito, pro nobis & eadem* Eccleſia *recipiendi: & ad hoc, ſi opus fuerit compellendi eoſdem: & quod poſſitis alter alteri, cùm neceſſe fuerit committere vices veſtras, & de calumnia, ac de veritate dicenda in animam noſtram iurandi vnum, vel plures Procuratores loco veſtri, & cuiuslibet veſtrum ſubſtituendi & reuocandi in iudicio, & extra, prout vobis & cuilibet veſtrum videbitur expedire: ac generaliter vniuerſa & ſingula faciendi, gerendi, exercendi, quæ nos faceremus, ſi præſentes eſſemus: & quæ veri & legitimi Vicarii generales facere poſſunt, ſpeciale, & ge-*

Quam poteſtatē vicariis dederit.

*nerale mandatum, & poteſtatem plenam & liberam tribuentes, & promittentes nos ratum firmum perpetuò habituros, quicquid per vos, & quemcumque veſtrûm, & ſubſtitutum, vel ſubſtitutos à vobis, & veſtrûm quolibet factum fuerit in prædictis, & quolibet prædictorum, ſub obligatione bonorum noſtrorum, & noſtræ Eccleſiæ ſuprad.. In cuius rei teſtimonium, &c. Datum Auenione 12. die menſis Ianuarij A.D.*1318.

Edit ſtatuta ſynodalia exemptionis Abbatiæ Figiacenſis limitandæ eſt auctor.

Supr. in Steph. I. num. 67. & 68.

Hoc ipſo anno de gregis commiſſi ſalute Paſtor vigilantiſſimus per- 197
quàm ſollicitus *Statuta ſynodalia*, qualia extant apud nos, noua edit, vetera elimata producit hac epigraphe, *Nos Guillelmus ordinis Prædicatorum ſola Dei patientia Cadurcenſis Epiſcopus indignus:* Die item 13. April. eodem anno Auenione *cum Figiacenſi Abbate* de controuerſis inuicem capitibus aliquot ad ſacri fori iuriſdictionem ſpectantibus ab Guillelmo noſtro conuentum eſt. Ex quo laxior illa exemptionum formula (de qua in *Stephano primo* antea dicebamus) Pontificis etiam placito adſtricta, anguſtatáque eſt, vt ſcilicet non niſi *intra monaſterij ſepta, nec niſi ad monachos, certoque numero famulaturos alios extendatur deinceps, reliquis intra Figiacenſis vrbis, cæterarúmque Eccleſiarum (Abbatiâ vnica dempta) terminos Cadurcenſis Epiſcopi iuri ac poteſtati attributis.* Quas ipſas pactionis mutuæ tabulas ſedis Apoſtolicæ calculo Anno Pontificatus 4. hoc eſt Chriſti 1345. Clemens IV. Pontifex Max. voluit confirmatas.

An. 1318. Montalbanum Cadurcenſi Epiſcopatui ſubducit Ioannes 22. Guillelmum creat primum Montalbani Epiſcopum.

Denuntiat eodem annó *Guillelmo Othonis* generali Vicario Præſulis 198
noſtri *Hugo* Montalbanenſis Epiſcopatus recens erecti *Vicarius generalis* itidem primus, bina *Ioannis XXII.* Diplomata, quorum altero ereptam Montalbanum Cadurcenſis Præſulis pedo, aſſertam ſuo; altero Montalbanenſis Epiſcopes deſcriptos fines circumquaque, alios itidem Epiſcopatus nouo iure Pontificio inſtitutos, Toloſanúmque in Archiepiſcopatum conuerſum addiſcere, exque ipſis fontibus illorum temporum Hiſtorias Eccleſiaſticas haurire non iniucundum fuerit. Sic verò habet Hugonis denuntiantis formula Diplomatis Pontificiis binis continuò exſcribendis attexta; ex qua & Montalbanenſi primo Antiſtiti *Guillelmo* nomenclaturam fuiſſe doceaaris. *Mag. Hugo Boyſchets Iuriſperitus Vicarius Generalis R. in Chr. P. Dom. Guillelmi diuina prouidentia Epiſcopi Montalbanenſis, vice & nomine eiuſdem Domini Epiſcopi, præſentauit, intimauit publicauit, ſignificauit, & denuntiauit Venerabili, ac diſcreto viro, Domino Guillelmo Othonis legum profeſſori, Vicario generali R. in Chr. P. Dom. Guillelmi Dei, & S. Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopi Cadurcenſis has duas litteras Pontificias, vnam videlicet continentem exemptionem, abſolutionem, & liberationem Ciuitatis, & Diœceſis Montis-albani, & aliam limitationem Diœceſis A.D.*1318. 19. *April.* Sequuntur dehinc Pontificia placita gemina, alterum primo Pontificiæ ſedis anno, quo & Guillelmus noſter inauguratus, ſecundum alterum ab Ioanne XXII. & ſancita, & publicata; amborum hic eſt tenor.

Montalbanenſis Vicarii denuntiatio.

199 Ioannes *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam Rei memoriam.* Nuper *ex certis, manifeſtis & rationabilibus cauſis,* Monaſterium de Monte-albano Ordinis ſancti Benedicti, *tunc Cadurcenſis Diœceſis in Eccleſiam ereximus Cathedralem, certam ſibi aſſignaturi diœceſin à Toloſana quondam diœceſi decidendam, ipſámque ſic erectam Eccleſiam cum ſuis Capitulo & diœceſi ab omni iuriſdictione, poteſtate, & ſubiectione quacunque Bituricenſis & Narbonenſis Archiepiſcoporum, ac Cadurcenſis, & quondam Toloſani Epiſcoporum. Capitulorum, & etiam Abbatum, atque conuentuum & Ordinariorum quorumlibet aliorum Eccleſiaſticorum, quibus quomodolibet fuerat hucuſque ſubiecta, perpetuò eximentes, prout hoc latius in noſtris litteris alijs inde confectis continetur. Verum quia præfatum quondam Monaſterium de Monte-albano in certis annuis cenſibus, & alijs quibuſdam præſtationibus & ſeruitijs, Cadurcenſi Eccleſiæ, & Monaſterio caſæ Dei dicti ordinis, Claromontenſis diœceſis, cui cum membris ſuis pleno iure ſuberat, tenebatur: Nos ex noui & debiti prerogatiua honoris, præfatam de Montealbano Eccleſiam plena quoad hoc gaudere libertate volentes, ipſam cum omnibus membris ſuis, infra conſtituendam ſibi diœceſin conſiſtentibus, quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos memoratos, & Eccleſias, ac Capitula eorundem, necnon & cum membris eiſdem vbilibet conſiſtentibus, quoad præfatum Monaſterium Caſæ Dei, & Abbatem, & conuentum eiuſdem, ab omni cenſu, præſtatione, ſeruitio, ſubiectione, & obedientia qualibet, de conſilio Fratrum noſtrorum, & Apoſtol. plenitudine poteſtatis, prorſus abſoluimus & totaliter liberamus; Iura ſuperioritatis & qualibet alia ad prædictum Monaſterium caſæ Dei ſpectantia in dictam de Montealbano Eccleſiam transferentes, & omnia illa, & ſingula penes eam volentes plenè & integraliter perpetuò remanere. Nemo ergo omninò hominum, &c. Datum Auenione 3. Kal. Auguſt. Pontif. noſtri anno 1.*

Ioannis XXII. diploma quo Monaſterium Montalbancnſe Epiſcopalem ſedem facit, variiſque oneribus eximit A.D. 1316.

200 Ioannes *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Cum *illius cuius perfecta ſunt opera, vices, licèt immeriti geramus in terris, etiam pro viribus imitari nos conuenit, vt ea quæ ad ipſius laudem & gloriam pia diſpoſitione cœperimus, ad debitæ conſummationis exitum perducamus. Sanè pridem ad diuini cultus augmentum pijs intendentes affectibus, & ad ſalutem populi quem dudum in ciuitate & quondam diœceſi Tholoſana ſic multiplicauit altiſſimus, quod per vnum Antiſtitem ſalubriter gubernari non poterat: quin potius ad eius regimen exigente meſſis multitudine, ac latitudine requirente, pluribus operarijs opus erat, diœceſim paternis deſiderijs conſolantes, ex ijs & alijs cauſis quæ noſtrum, & fratrum noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, de fratrum ipſorum concordi conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad laudem Dei, fideliumque ſalutem, Tholoſanam diœceſim auctoritate Apoſtolica in quinque Diœceſes per diſtinguendos limites diuidentes,* præter Eccleſiam Tholoſanam, quum in Archiepiſcopalem ſeu metropolitanam duximus erigendam, & quam habere volumus ſuam

Alterum Ioannis XXII. diploma A.C. 1317.

Epiſcopes Toloſanæ amplitudo plures Antiſtites poſtulat.

Archiepiſcopatus Toloſæ primum erectus à Ioanne

Erecti Epiſco-
ꝑarus Montalba-
ſéſis de S Papu-
o Lõba.ienſis,
Riuenſis & cum
Appami.nſi ſunt.
olo.ano Archi-
piſcopo conſti-
uti.
Qui cẽſus annui
ingulis cõceſſe-
ribus.

propriam,ac diſtinctam diœceſin certis finibus limitandam)*in ſubſcriptis quatuor villis Cathedrales Eccleſias de nouo duximus erigendas:vnam videlicet in villa Montis-albani.tunc de diœceſi Caturcenſi.cui adÿceretur certa pars dictæ quondam diœceſis Tholoſanæ,ac in le ſancto Papulo, de Lumberiaco,ac de Riuis de Bolbeſtris,exiſtentibus tunc in dicta quondam diœceſi Tholoſana:quas quidem quatuor Eccleſias cum earum diœceſibus limitandas,vnà cum Appamiarum Eccleſia,& diœceſes ſuffraganeas,ipſius Eccleſiæ Tholoſanæ,ac de prouincia Tholoſana,in perpetuu n.fore decernimus, & iure Metropolitano de conſilio & auctoritate prædictis ſubiecimus eas illi de bonis quoque ac redditibus dicti quondam Epiſcopatus Toloſani quibus plurimum abundabat ipſi Tholoſanæ tanquam ſolemniori, & maiori dignitate pollenti decem millia,& ſingulis alÿs quatuor prædictis Eccleſiis(Appamiarum excepta, cui de ipſis bonis dicti quondam Epiſcopatus Tholoſani vltra illa quæ habebat annua, certam aſſignauimus portionem ſpecialibus noſtris litteris iam diſtinctam cùm facultates non haberent Epiſcopali correſpondentes honori)ſingula quinque millia librarum Turonenſium paruorum, annui & perpetui redditus & prouentus concedenda duximus, ac etiam deputanda ab earum præſulibus, qui pro tempore forent: præter redditus & prouentus, ac iura quæ ad prædictas Eccleſias & conuentus ſeu capitula earum antea pertinebant. De quibus ad honorem Dei,& ipſarum Eccleſiarum commodum, diſpoſuimus, ſicut adhuc diſponimus ordinare percipienda in rebus & locis cuilibet magis adiacentibus & vicinis, iuxta diſtinctionem ſeu limitationem diœceſium, vt præſcribitur facienda; Reſiduò bonorum, redditaum, prouentuum, & iurium Epiſcopalium Tholoſani ſupradicti quod ſupereſſet(facta vt præmiſſum eſt,aſſignatione de illis diſpoſitioni noſtræ,& ſedis Apoſtolicæ reſeruatò.*

Vaurenſis & Mirapiſcenſis Eiſcopatus erecti à Iohanne XII. dotatuſque.

Deinde verò ad noſtram fide digna relatione perducto notitiam quod præter portiones quas tam eidem Tholoſanæ, quam alÿs Eccleſiis ſupradictis, vt 201
prædicitur, decreuimus aſſignandas, magna & luminoſa ipſorum redditunm copia remanebat; nos ad amplioris diuini cultus augmentum, ad vlteriorem ipſius quondam diœceſis Tholoſanæ diuiſionem: cùm nondum iuxta eandem ordinationem noſtram, eſſent ex ea dictæ limitatæ Diœceſes, procedentes in villis de Vauro,& de Mirapiſis, tunc de dicta quondam Tholoſana diœceſi exiſtentibus duas Eccleſias Cathedrales duximus erigendas:ac vtrique ipſarum Mirapiſcenſis & Vaurenſis Eccleſiarum,cum facultates etiam non haberent Epiſcopali correſpondentes honori, ſingula quinque millia librarum eiuſdem monetæ,annui & perpetui redditus, de bonis dicti quondam Epiſcopatus Tholoſani,percipienda per earum præſules qui eſſent pro tempore,in perpetuum duximus deputanda: prout hoc in diuerſis aliis noſtris ſuper hoc confectis litteris plenius & ſerioſius continetur.

Limites Epiſcopatus Montalbanenſis d.

Cum autem nuper de Eccleſiis & Eccleſiaſticis beneficÿs,caſtris,villis,ter- 202
territorÿs,terris,poſſeſſionibus,iuribus, iuriſdictionibus ſpiritualibus & tem-

poralibus, aliſque readitibus & prouentibus Eccleſiaſticis dicti quondam Epiſcopatus ſeu diœceſis Tholoſanæ, & in quibus tam ipſius de Montealbano, quam aliarum prædictarum Eccleſiarum propria poſſent diœceſes deputari, ac etiam limitari, & conceſſorum ſumma prædictorum redditnum aſſignari per ſufficientes & fide dignas perſonas, per quas ſuper iis ſpecialiter inquiri mandauimus, plenariè informari. Volentes, quod tam vtiliter cœpimus ad debitum conſummationis finem perducere, ac per hoc ad ſeparationem & limitationem, & diſtinctionem dictæ quondam diœceſees Tholoſanæ per partes, ac ad aſſignationem ſpecialem dictæ Eccleſiæ de Monte-albano, tam de dicta quondam Tholoſana diœceſi, quàm etiam de parte diœceſis Caturcenſis, *in qua ſituata erat hactenus, vt prædicitur ciuitas Montis-albani præfata, faciendam. Super quo etiam plenam informationem recepimus, in Dei nomine procedentem. Volumus & decernimus auctoritate & conſilio ſupradictis & de eiuſdem plenitudine poteſtatis, ac ex certa noſtra ſcientia, vt ciuitas & diœceſis Montis-albani præfata à dicta diœceſi Caturcenſi per infraſcriptos limites, ſeu terminos in perpetuum diſtinguatur, ſeu etiam terminetur: videlicet ex parte orientali, ex qua deſcendunt flumina dictæ villæ à ponte dicto de Calmo, ſupra flumen Teſconis, ſicut oſtenditur per rectam lineam ad cacumen montis vocati de Bello-ſole propè Eccleſiam ſancti Michaelis: Et inde per rectam lineam ad viam publicam per quam itur de Montealbano verſus primam vineam in fine vineæ appellatæ vulgariter vinea longa, quæ eſt Petri Gaſtandi ciuis Montis-albani: & ab inde per rectam lineam vſque ad biuium, per quod itur de Montealbano ad locum vocatum ad Effercos: Et per aliam ad viam vocatam de Leuiac, Ac deinde per rectam lineam ad quoddam biuium, quod eſt vltra boriam Pontij Molnerij, per quod itur de Monte-albano verſus Caſtrum de Bruniquello: & ex alia magna via, ex qua naſcitur alia parua via à parte dextra, per quam itur ad Podium Nicherij ex tranſuerſo: ac per rectam lineam vſque ad Pontem mortui riui vltra domum leproſorum Montis-albani, recta via, ſatis propè ſituatum: indéque per rectam lineam vſque ad pontem dictum Negraſumma procedendo vltra per rectam lineam, vſque ad viam publicam per quam itur de* Monte-albano *verſus Moyſacum, ad locum dictum de Geuarenos, vbi eſt quoddam iter paruum, inter vineas Toſeti de* Colonis *ex vna parte, & Pontij de Cequirſaco ex altera procedendo per rectam lineam, vſque ad flumen Tarni in fronte boriæ hæredum de Iuuengores, quæ eſt in Tholoſano, ex parte altera prædicti Fluminis Tarni ſituata eſt.*

20; *Nihilominus infra ſcripta loca, caſtra, ſeu villæ, ac redditus in dicta quondam Tholoſana diœceſi exiſtentia, videlicet de villa Brameria, de Curuo riuo de Verlhaco, de monte Gualhardo, de ſancto Vrcicio, de monte Duranſano, de ſancto Sebaſtiano, de monte Valento, de Rupe Maura, de Canſanis Baſtita, ſancti Petri de Canalibus, de Dieparcala, de Montogio, de* Varia loca at[...] buuntur Epiſco[...] Montalbanen[...]

Genſaco, de Vreneto Caſtello, & de pulchro Vedere, de Vigorono, de Caſalibus de ſancto Ioanne de Calcaſaco, de Bellomonte Guarij, de Mayrinſaco, de Fendoas, de Sonderijs, de Gualmerijs, & de Guauſco, ac de Alta-ripâ, necnon de Varenis, Deſpenſaco, & de Glatens Eccleſiæ: Monaſteria quoque ſeu Prioratus de Bella-perticâ, de Monte Lugano, de Monte Valento, de Villamuro, de ſancto Leufario ſancti Saluatoris de Caſtro Sarraceno, monialium ſancti Auiani, de Boſanis, & de Barſello, ac Eccleſiæ Meſenchis, de Conchis, de peregrino, de Foncleyronis, de Turiaco, de Aleyraco, de Labareſſis, de Borno, de Monſinaco, de Noyco, de Orgolio, Sancti Ioannis de prædicto caſtro Sarraceni, de Grandobono, de Barchis, de Monſinco, de villa Dei de Cathatalenchis, de Montenerrio, de Affrinnano, de Brial, de Larinbaco, de Pauperdut, de culturis, de ſancto Sacerdote, de Ageuilla, de Peuuillâ, de Gargaudslar de Arreſeto, de Cugno monte, de Cordoſa, de Fayola, de Muſey de Fagugeto & de Grilaco, de Reynerij, ac de Vinoſa Eccleſiæ (cuius quidem Eccleſiæ de Vinoſa præfatum Montis-albani Epiſcopum qui eſt, & pro tempore fuerit, medietatem decimarum ex nunc & in perpetuum decernimus percipere & habere, totali reſiduo ipſius Eccleſiæ Rectori, qui eſt, & pro tempore fuerit integraliter remanente) Territorio etiam, ſeu decimario de Fenayrolis, de ſancto Martiali de Meſenchis, de Pinu, de Fonte Laironaſiu, Cugol Canta, & de Graſaca, ac Bertrandi Agaſſa propè ſanctum Vrcicinum & hoſpitale de Faudoas, & Eccleſiæ de ſancto Porquerio, & de Monte-Beſtone, de Fago, & de Breſſollis, cum territorio, ſeu decimario de Gaſſaranis (nunc vſque de dictâ quondam diœceſi Tholoſana cum alijs, infra dictos limites à parte Caturcenſis diœceſis poſitos exiſtentibus, ac omnibus alijs Eccleſiis, Parochijs, Capellanijs, decimis, ſeu decimarijs, iuribus & pertinentijs earundem, Monaſterijs quoque ac Prioratibus, hoſpitalibus ſecularibus & regularibus, ac iuriſdictionibus omnibus conſiſtentibus infra limites, ſeu terminos Eccleſiarum, Parochiarum, & decimariorum prædictorum ſint ex nunc, & eſſe debeant in perpetuum Diœceſis Montis-albani, ac ipſi Eccleſiæ de Monte-albano in ſuam Diœceſim deputamus & aſſignamus; ipſamque diœceſin taliter limitatam Epiſcopus Montalbanenſis qui eſt, & qui pro tempore fuerit ordinario Epiſcopali iure ſubiicimus, eámque ab omni iuriſdictione, dominio, & poteſtate Archiepiſcopi Toloſani, & Epiſcopi Cadurcenſis in totum eximimus, & in perpetuum liberamus. Volentes, atque decernentes vt quæcunque iura, redditus & prouentus, quondam Toloſanus, & dictus Cadurcenſis inibi habuerunt hactenus; & habere, ac percipere debuerunt, in quibuſcunque conſiſtant, quocumque nomine cenſeantur, cedant, & accreſcant Epiſcopali menſæ Montis-albani: eàque omnia & ſingula quæ ad prædictum quondam Tholoſanum Epiſcopum anteà, vt prædicitur, pertinebant, pro ſumma quatuor millium librarum dictæ monetæ, de ſumma quinque millium librarum prædictarum, quàm per alias noſtras litteras eidem Eccleſiæ Montis-albani aſſignari

decreuimus, vt pręfertur ex nunc in Epiſcopalem menſam Montis-albani, & Epiſcopatum prelibatos transferimus: & etiam aſſignamus eiſdem, illa eadem quę ſubibat, & ſubire debebat pro illis dictus quondam Tholoſanus Epiſcopus, onera ſubituros, excepta iuriſdictione temporali, ſeu temporalitate, ſi quam fortè quondam Tholoſanus Epiſcopus in prędictis villis, & locis eorúmve territorijs ante diuiſionem prędictam habebat, quam prędictę Tholoſanę Eccleſię volumus ex certa ſcientia noſtrâ integraliter remanere, ac fructibus, redditibus, prouentibus dumtaxat Eccleſiarum de ſancto Porquerio, de monte Gerſonio, de Fago & de Breſſolio, cum territorio ſeu decimario d. Gaſſeranis prędictarum, prout ad quendam Toloſanum prędictum Epiſcopum ante pertinebant, quę Capitulo, ſeu collegio Eccleſię ſancti Stephani de Teſcone Montis-albani, quam de nouo in collegiatam ereximus, pro mille libris dictę monetę per alias noſtras certi tenoris litteras duximus aſſignandas. Cęterum ne prefatę Eccleſię Montis-albani, de prefata ſumma quinque millium librarum, quam ſibi, vt prędictum eſt, per alias noſtras litteras mandauimus aſſignari, ex eo videlicet, quod de redditibus & prouentibus in ſua diœceſi ſituatis, & pro prędicta ſumma quinque millium librarum prędictarum ęſtimatis ad communem valorem mille librarum eiuſdem monetę prefatę Collegiatę Eccleſię mandauimus aſſignari, aliquid ſubtrahatur, ſed eas potius integras & ſine diminutione percipiat fructus, redditus & prouentus infraſcriptos, ſpectantes olim ad quondam Abbatem ipſius loci de Monte-albano, videlicèt medietatem reddituum totius Decimarij vinorum tam in portionibus, quam agrerijs decimarij Montis-albani: redditus quoque fœni omnium pratorum, ac Inſulę madidę cum pertinentijs ſuis, & Boariæ, cum terris, vineis ac nemoribus: ac illos quos habebat idem quoque Abbas apud motam Eccleſiarum de Falguerijs & de ſancto Hilario, cum omnibus iuribus & locis de Vernha, ac medietatis Furni de la Porta de Teſco, & omnes redditus, Prioratus de Villemuro dictę quondam Tholoſanę diœceſis, quem per alias noſtras litteras menſę ipſius Epiſcopi duximus vniendum: necnon redditus omnes tabulę Montis-albani cum omni iuriſdictione quam quondam Monaſterium ipſius loci habere conſueuit, tam in eadem villa Montis-albani, quàm in villa madida & omnibus alijs pertinentijs eorum, & omnium aliorum locorum dicti quondam Monaſterij, vbicunque, & in quibuſcunque conſiſtentium, ſiue in oblijs, ſiue in laudimijs, ſiue in Pedagijs, ſeu leudis, ac incurſibus & confiſcationibus, ſiue in terris, totam etiam temporalitatem & iuriſdictionem, ac dominium, quam & quod habebat dictus quondam Abbas, & prędeceſſores ipſius, tam in ſuperius expreſſatis locis, ſeu rebus, quàm alijs omnibus quę nunc habet, ac illi quorum redditus ſunt Capitulo, ſeu conuentui ipſius loci aſſignati; quos redditus dumtaxat eidem Capitulo, ſeu conuentui volumus remanere prędictis menſę, & Eccleſię Montis-albani pro eiſdem mille libris prędictę Eccleſię collegiatę aſſignatis in complementum dictarum quinque millium librarum, de conſilio,

Iuriſdictionem temporalem retinet Archiepiſcopus Toloſanus.

Quid ſeruatum fateri Monaſterio Montis albani.

& auctoritate prædictis, ac ex certa ſcientia noſtra in perpetuum deputamus, & etiam aſſignamus.

Cautio Pontificia ſuper redditum Epiſcopatus Montalbanenſis: ſupra aut infra 5000. millium librarum valore.

Et ne limitatio, deputatio, & aſſignatio noſtri huiuſmodi, eò prætextu perpetuis futuris temporibus à quocunque valeant impugnari, quòd prædicti redditus & prouentus taliter aſſignati plus, aut minus valerent, quam dicta quinque millia librarum monetæ prædictæ, pro quibus quidem quinque millibus librarum ſupradictis, fructus, redditus, & prouentus taliter aſſignati plus aut minus valerent, quam dicta quinque millia librarum monetæ prædictæ, pro quibus quidem quinque millibus librarum ſupradictis fructus, redditus & prouentus conſiſtentes hactenus tam in diœceſi quondam Tholoſana prædictâ, quàm alia ad menſam quondam Abbatis præfati ſpectantes præfatæ Montis-albani Eccleſiæ duximus aſſignandos, & de quibus eandem Montis-albani Eccleſiam fore contentam volumus, & tenore præſentium decernimus de conſilio & auctoritate prædictis. Quod ſi huiuſmodi deputationem vel aſſignationem noſtras vltra prædictam ſummam quinque millium librarum Turonenſium modò, vel aliàs fuerint valere repertæ, nihil prorſus ab eiſdem Epiſcopo & Eccleſia Montis-albani de huiuſmodi maiori valentiâ per aliquem peti aut exigi valeat quomodolibet, vel deduci: ſed totum in ipſius commodum menſæ cedere: aut ſi fortè minus reperiantur prædictæ valere, nihil cum vltra illa petere debeant, vel exigere poſſint: Non obſtantibus quibuſcunque litteris noſtris ſuper hoc habitis, quorumcunque tenorum exiſtant, quas quatenus huic noſtræ ordinationi poſſent eſſe contrariæ, viribus vacuamus omninò, & nullius fore decernimus firmitatis; quoad alia contenta in eis in ſuo robore duraturis.

Derogatur oppoſitis iuribus.

Has igitur limitationem, deputationem, & aſſignationem noſtras ſic factas ſalubriter, & vtiliter ordinatas, perpetuis eſſe valituras temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædictâ, diſtrictius inhibemus, ne aliquis cuiuſcumque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Archiepiſcopali, vel Epiſcopali fulgeat dignitate huiuſmodi limitationem, deputationem & aſſignationem, ac ordinationem noſtras, ſeu aliquas, vel aliquid de contentis in eis quouis quæſito colore, vel modo, ſine cauſa, vel occaſione qualibet adſumptis, turbare, ſe quomodolibet impedire præſumat. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, deputationis, aſſignationis, ſubmiſſionis, exemptionis, & liberationis, inhibitionis, ac conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione 8. Kalend. Martij Pontificatus noſtri ann. 2. Hactenus Ioan. XXII. ſanctio vtraque, quam hoc loci inſertam voluimus, tum vt ab ſitu atque obliuione vindicata Pontificis noſtratis nomen, memoriámque luculentius perennaret: tum vero quod ad Cadurcenſem ſacram hiſtoriam non parum faciat: quando ex Cadurcenſis iuris parte, quæ & quanta fuerint

Montalbanenſi ſedi tributa tantò atteſtatur diſertius, quanto ex ipſis tabulis fidei munimen locupletius accedere ſit in comperto.

206 Anno Chriſti 1320. Pariagii ſeu pactionis ſolemnis tabulas illas (ſuper quibus litigia) nullo Capituli ſuffragantis aſſenſu, ab *Philippo V.* Galliæ Rege *Guillelmóque* Cadurcenſi Antiſtite innouatas Nouembri menſe iam meminimus ſupra in Raimundi II. actis. Admiſſam & Guillelmi nomine clientelariæ profeſſionem fidei eodem anno die Ianuarii 19. docēt Archiui Epiſcopalis tabulæ. Quibus ſimiles aliæ iuris eiuſdem teſtes anno 1321. ſubſcriptæ occurrere nonnullæ, quando luſtrandi omnia iſthæc Antiquitatis monimenta, Reuerendiſſ. *Simeon* noſter fecit, quâ eſt inſigni humanitate, inque Deceſſorum honorem ſtudio, quam pleniſſimam poteſtatem illæ certę notabiliores ſunt viſæ, quibus A. 1321. Decemb. 28. Auenione iubet homagium Cadurci recipi de *Hugone Beraldy.* Quo ipſo anno *Joannes Nepronenſis Epiſc.* ex ſacro *Carmelitarum* aſſumptus ordine ad Cadurcenſem diœceſin vocatus, *B. Marcello* ſacram ædem, adiunctáque tumulandis Chriſti fidelibus cœmeteria terna cōſecrat, poteſtate facta ab Berengario Mercerii, quem vnà cum altero Othone ſibi ad vniuerſum Epiſcopatum adminiſtrandum ſuffecerat tertio ante anno Guillelmus noſter, poteſtate legitimâ ritè acceptâ. Doceant id fideles tabulæ ex Epiſcopali tabulario promptæ. NOVERINT *vniuerſi, &c. Quòd nos Joannes miſeratione diuina Napron. Epiſcopus, de licentia ſpeciali ad hoc nobis data, & conceſſa per venerab. virum D. Berengarium Mercery Vicarium generalem in ſpiritualibus & temporalibus R. in* Chr. P. D. *Guillelmi miſeratione diuina* Cadur. *Epiſc. in ſeruitio Dom. noſtri ſummi Pontificis exiſtentis, cuius licentiæ tenor inferiùs eſt inſertus. 4. Idus Martij, die veneris, in feſto B. Gregorij Papæ, in loco vocato Del Poget propè* Caſtrum *nouum de vallibus Cadur. diœc. conſecrauimus ibidem tria cœmeteria diſtincta, diuiſa, & inter ſe ſeparata, videlicet primum ante caput Monaſterij infraſcripti verſus partem orientalem; ſecundum inter monaſterium ipſum, ſeu Eccleſiam & hoſpitium dicti loci verſus partem auſtralem: tertium ante portam principalem dicti Monaſterij infra clauſum parietum, ante portam memoratam verſus partem occidentalem quatenus ſe extendunt. Poſt quæ in craſtinum dicti feſti B. Gregorij, nos Epiſcopus præd. de licentiâ qua ſupra in loco præd. conſecrauimus Eccleſiam B.* Marcelli *Papæ & martyris, & tria altaria in eadem. Primum videlicet quod eſt in parte orientali, ad honorem S. Marcelli principaliter, ſecundariò autem B. Franciſci* Confeſſoris: *ſecundum verò altare, quod eſt in parte Aquilonari, ad honorē* B. Mariæ *virg. matris Dei, ſecundariò autem* S. Claræ *virg. Tertium quoq; altare quod eſt in parte auſtrali ad honorem* B. Mariæ Magdalenæ *principaliter; ſecundariò verò* B. *Ludouici confeſſ. Epiſc. Toloſani & S. Antonij conf. ordinis minorū. Vnde nos Epiſcopus ſuprad. de poteſtate à Deo nobis conceſſa & eius miſericordia cōfidentes, & ob eiuſdem reuerentiam & honorē B. Mariæ virg. & B. Marcelli. & aliorum SS. præd. omnibus verè pœnitentibus & confeſſis*

A. 1320 Guillelmi Pariagium. Admiſſa homagia. Supra num. 169.

A. 1321. homagia. Conſecratio Eccleſiæ S. Marcelli & cœmeteriorum trium per Napronſ. Epiſcopum. Supra num 196.

Tabulæ conſecrationis teſtes.

Conceſſæ indulgentiæ Eccleſiam eam ritè adeuntibus ab Epiſcopo Napron.

Literæ Vicarii Epiſcopo Napronen. poteſtatem facientis.

qui in feſtiuitatibus conſecrationis ſeu dedicationis, & aliorum SS. prædictorum, & per octauas eorundem tam Dedicationis, quam cuiuslibet ſanctorum & ſanctarum prædictorum, dictam Eccleſiam perſonaliter viſitabunt, X L. dies de Indulgentia conceſſimus & donauimus. Tenor verò litterarum præd. ſequitur ſub his verbis. Reuerendo P. Dom. Epiſcopo Napronenſis Diœceſis, ordinis Carmelitarum, Berengarius Mercery Doctor Decretorum, Canonicus Ruthenenſis & Vicarius gener.. in ſpiritual. & temporal. Eccleſiæ Cadur. pro Dom. Epiſcopo eiuſdem in ſeruitio ſummi Pontif. noſtri exiſtente ſalutem in filio Virginis glorioſe: Vt Monaſterium, ſeu Eccleſiam S. Marcelli de Pogeto Diœc. Cadur. Altaria, Cœmeteria, & alia ornamenta, tam indumenta quàm alia benedicere & conſecrare valeatis, licentiam vobis ſpecialem impertimus tenore præſentium concedentes. Datum Caturci ſub ſigillo *Curiæ Officialis Cadur. die Martis ante feſtum B. Gregorij Confeſſ. A. D.* 1312. *In cuius rei teſtimonium præſentes litteras, &c. Acta fuerunt hæc in loco præd. de Pogeto Cœmeterys, & Eccleſ. præd. Anno à Nat.* Dom. 1322. *menſe & diebus quibus ſupra.*

Obiit Guillelmus A. D. 1324. *Supra nu.* 133. 146. 147.

Extinctum Anno Chriſti 1324 Guillelmum ſuſpicor ex *Cadurcenſis* 207
Tabularij actis quibus *Aymericus de Corſo* Seneſcallus Petragorenſis, Cadurcenſiſque inuaſa vacuæ ſedis bona, defuncto ſcilicet id temporis Guillelmo, in ſolidum Capitulo cedere continuò iubetur, nullo ad ea inuadenda iure alio vſus quàm quo toties cecidiſſe pronuntiatâ ritè ſententiâ fiſcales exactores ſæpiùs ſuprà demonſtrauimus. Diem obitus annotat, omiſſo tamen anni computo. Necrologicum Kalendarium Cadurcenſis Capituli in hæc verba. *Sexto Non. Iul obitus* Dom. *Guillelmi Cadurcenſis Epiſc.* Tabulæ item Cadurcenſes *Dominicanorum Cœnobij*, quibus id mantiſſæ auctariíque loco docetur inſuper, Auenione fatis functum S. *Thomę Aquinatis* ſacello tumulari poſt fata voluiſſe, quod videlicet eo fine conſtruxerat in eximii, totoque orbe celeberrimi, ſanctiſſimíque Doctoris gratiam non ita pridem Ioannis XXII. noſtratis calculo, ſanctorum Ordinibus accenſiti ſuperiore ſcilicet anno trecenteſimo vigeſimo tertio ſupra milleſimum, vti Religionis in Diuum præoccupatæ præmium Superi haud cenſuerint differendum, euocato vt credimus ſuas ad cohortes *Guillelmo*. Itaque ab anno Chriſti 1316, ad 1324. ſederit.

Tumulatur in ſacello S. Thomæ de Aquino, à ſe cōdito Auenione. Ratio temporis.

BERTRANDVS DE CARDAILLACO.

BERTRANDVS *Cardaillaca* gentis nomine, ſtemmatéque nihil illuſtris 208
minus, quàm Guillelmus eo nomine IV. noſtros inter Antiſtites,

> Bertrandus ab A. C. 1325. ad 1367. Singulis penè annis longè plurimos clientes ad fidei professionē admittit.

aſſerto vindicatóque ſedi comitatus iure olim nominatiſſimus, Guillelmo Labroa ritè ſublectus multam dicendi copiam tantò vberius ſuppeditabit, quanto & diutius ſedem tenuit, & ea ſeculi quarti ſupra decimum parte, quæ non niſi luculentiſſimis monumentis noſtrates inter annotetur, diſtinguatúrve. Enimuerò dum Epiſcopalis Archiui monumenta otioſè luſtrarem, perlegerémque, Reuerendiſſ. *Simeonis*, & indulgente gratia & ſollicitudine adiuuante, inque operæ partem atque laboris veniente, vix vllus ab extremo Guillelmi anno (hunc 1324. iam euicimus) ab 1367. fatalem extremúmque Bertrando intercurrit, quo non tota Epiſcope luſtrandâ accurrentes ad clientelæ profeſſionem Cadurcino toto nobiliores quoſque, vltroque aduolantes, atque procumbentes admitteret ingens, atque immanis Epiſcopalium homagiorum codex, vnicum Bertrandi nomen cum ſingulorum annorum, clientúmque accurrentium nomenclatura continet, nec tamen grandis ad tot tantáque capienda ſufficit ipſe: quin & id genus homagia Bertrando Cardaillacco delata, Codices alios affines, ſparſáſque membranas innumeras occupant paſſim tabulario illo, ad hominis & nomen & maieſtatem, perpetuâ memoriâ in omnes poſteros propagandam. Nimirum addecebat vt cui nomini familiæque Comitatum debebat ſedes noſtra, eidem agnoſcendæ, atque ex animo venerandæ lubens ſubmitteret clientes omnes. Quod vnum argumentum mihi omnium inſtar eſt, ad ſedis Bertrandi continuãdum ſplendorem, eorúmque inſcitiam arguendam, qui rerum noſtratum inſolentes Tabulariis luſtratis nunquam, ex aliena fide Epiſcoporum noſtratum indiculos effingunt commentitiis, aſſutiſque præſulibus contra fidem omnem hiſtoriæ, tabularumque noſtrarum omnium paſſim aſſutos, atque per vim inſeitos.

> A 1328 fœnerator cedit iure ſuo in gratiam Bertrād

209 At præter illa Homagiorum decora, quæ infinita licèt, breui vno perſtrinxi capite, alia ſuis ſingula annis occurrunt attexenda. Extat peruetus ſcheda, qua Cadurcenſis ciuis *Guillelmon Joannis libras Turon. 25. annui fœnoris ſibi debiti dudum ex mutuo Raimundo & Guillelmo Epiſcopis Cad. dato, pendendáſque à ſucceſſoribus, mente commutata in melius, in Capellani perpetui ſtipendium transfert* hac ſubnotatione, *nono Nouemb. A. D.* 1328. *Bertrando Epiſcopo Cadurcenſi*. Ad hunc ipſum Bertrandum ſpectant, duo illa præclara noſtræ decora ciuitatis, *Carthuſienſium familia, Academiáque* nobiliſſima eo ſedente nobis importata diuinitus, & vi non tam occultâ numinis, quam aperta collata, per opem ſcilicet *Ioannis* XXII. è Cadurcenſis ſoli natalibus ad ſupremam ſedem euecti, de quo nonnihil hic attexere cogit hiſtoriæ, rerúmque ſeries.

> Ioannis XXII. Cadurcēſis operâ Cadurcū Carthuſienſibus & Academiâ nobilitatur.

210 Genuit ergo Cadurcum noſtra A. C. millieſimo ducenteſimoquadrageſimo quarto ſedente apud nos ea ſeculi Epoche Gerardo IV. *Jacobum Oſſa* (ſic quippe tum appellabatur) vili ignobiliq; familia *Arnaldo Patre cui & deinde cognomen ſutoreveteramentario* fatum ſic enim addecebat nullis

Ioannis ſtirps. Corporis habitus. Modeſtia. Studia. Regi Siculo carus. Forudienſis Epiſcopus, Auenionenſis Cardinalatus. Papatus. De his Ciaconius in Joanne XXIII. alias XXII. quem facit Papam 209. Platina, Onufr. Genebr. Antoni.

clarum natalibus ſibi vni poſt Deum debere omnem ſplendoris acceſſuri gloriam, hominem corporis, animique inſignem dotibus. Excelſus erat atque ingens in breui licèt corpore, tantò videlicet uegetior, collectiórque animus, temperies corporis ad bilem pronior, quæ ferè eſt acriorum ingeniorum, ſubtiliorum, adque alta, grandiáque factorum ſors, vt pungat bilis motus mentis, atque exacuat, fidus etiam uirtutis ſatelles, ſi præclarum & generoſum aliquid audendum fuerit, modeſta corporis conformatio, mira cibi, ac potus parcitas, innatus ſtudii litterarii feruor, obiicientibus ſeſe identidem familiæ, nataliumque probris, atque ad maiora extimulantibus hominem ad ſummum humanorum faſtigium euexere. Applicat ergo animum à primis annis, quibus ſpem futuræ vitæ omnem, per inertiam ſummam, deſidiámque noſtro ferè æuo iuuentus ludit) ad litterarum, pietatiſque ſtudium; Iuri ſe dat vtrique progreſſu tanto, vt Regis Siciliæ Caroli Proſcriba primum, tum Cancellarius, mox vt ſe virtus ipſam euehit, attollitque, Forudienſis Epiſcopus primum in Aquenſi prouincia, tùm Auenionenſis ac tandem anno 1312. *Clementis* V. Pontificatus anno 8. Auenione *Cardinalis* Epiſcopus Portuenſis ſanctę Rufinæ hominis meritis, Regúmque ac Principum, qui fidelem, nauumque ſat experti fuerant encomiis iure optimo expoſcentibus, creatus fuerit. *Clemente* dehinc vita functo A. 1314. ad 12. Kal. Maias, elato, tumulatóque honorificè, nouẽdialibúſq; conuentu Cardinalium non infrequenti, *Carpenctorati* celebratis, de nouo creando Pontifice diu actum & variè ſtudiis, molitionibuſque partium in diuerſa trahentibus, donec Philippi Comitis Pictauenſis id temporis conſilio, ſolertiáque, Lugdunum alio nomine vocati Cardinales, non niſi tenuntiato vno Principe vniuerſæ Eccleſiæ, diutius iam orbatæ Parente ac Pontifice ſunt dimiſſi. Vnis ergo votis ac calculis *Jacobum Oſſa* noſtrum, abſentem illum, nec coram niſi meritorum, ſapientiæue famâ prenſantem nominant, denuntiántque, Pontificem Anno 1316. ad ſeptimum Idus Sextiles, Nonis Septembribus ſolemniter coronandum; Ioanniſque XXII. deinceps nomine appellandum.

Præclara Ioannis XXII acta, in vniuerſã Eccleſiã.

Neque ſegnem, inertémque deſidiam grandi iam licet natu vir, alterum ſupra ſeptuageſimum annum agens fouendam adeò autumans, totus ſe ad res Eccleſiaſticas quà priuatas, quà publicas gerendas ritè adminiſtrandaſque conuertit. Librum decretalium ſeptimum, *Clementinas* appellant, à Deceſſore *Clemente* V. Viennenſis Concilij mentem ſecuto inchoatum, perfecit ipſe, publicauit, ſolemnique Diplomate anno Pontificatus altero, confirmauit. *Solemnis Chriſti Corporis feſti* ſolemnitatem renouat tota Eccleſia, TRIADI ſacroſanctæ ſacrum, ab *Pentecoſte octauum diem* fore in perpetuum primus ſancit; *ad Jeſu nomen flexuris poſthâc piè genua* quadraginta indulgentiarum indulget dies in vices ſingulas. Sanctorũ albo ritè inſerit *Thomas binos* ſãctitate ſat iam cõperta. *Herfordienſē*

211

illum Antiſtitem Anglum, nobilitate, Iuris ſacri peritia, Theologica eruditione, *Aquinatem* hunc ex ſacra *D. Dominici familia*. Laudatum nunquam ſatis diuinarum rerum peritia inſigni, ſcholæ ſacræ pharum ac ſolem animi, corporis, ſtirpis (qui Regem Galliæ *Ludouicum* ſanctiſſimum etiam affinitate contingeret) virtutis cumulatiſſimæ partibus omnibus abſolutiſſimum, in ſanctorum retulit album. Monachorum alborum Montis oliueti vt vocant, cœnobia, priſtinæ diſciplinæ, ſanctique Benedicti legibus, *Grandimontenſem* item *ordinem* antehac florentiſſimum excuſſæ ſanctitati reſtituit. *Michaelem* Græcorum imperatorem eiurata hæreſi, ſchiſmaticaque pertinacia, Eccleſię recepit ſinu. *Fraticellos* aliosque nonnullos, qui nihil Chriſtum, nihil Apoſtolos, ſiue priuatim, ſeu in commune, vnquam proprij nactos, ſed dominio eo omni ſemper exutos peruicacius tueri auſi, multum de Chriſtianæ virtutis cumulo detractum crederent, ſi quid in commune etiam qui poſſiderent conuictos damnatos, exuſtos, eſt ſeueriſſimè perſecutus, atque ad eam hæreſim ex omnium deinceps animis abradendam, diplomatis Pontificiis, toto orbe vulgatis, & Chriſto, ac Apoſtolis, vel in commune ſaltem aliquid rerum tenuium queis vterentur adhæſiſſe Dominij, pro ſummo iure Pontificio definiuit, vt habeant quo ſe tueri poſſint, qui dum maioribus Eccleſiæ emolumentis intenti, quominus cura corporis ab officiis animi diſtrahantur, facultatum ſubſidia vel in commune minimè reſpuunt, contra calumnias id genus quæ ſuboriri poſthac, aut tunc ſerpere latius facilè potuiſſent. Extat ſtatutum Pontificium cum aliis non paucis, quæ extrauagantium nomine Canonico iuri inſeruit, vt ſanciret etiam leges, Cadurcum noſtrũ toti orbi Catholico. Ab eo fluxit ille mos, quo ter pulſato campano ære ſolemniter admonemur omnes ſub veſperum de MARIA *Deipara ter ſalutanda*, déque *Dominicæ ἐνσαρκώσεως* hoc eſt gratiæ omnium maximæ renouanda memoria; Atque vt à communioribus illis ad priuata deſcendam illi debet *Toloſa* Archiepiſcopatus gloriam, & ſplendorem; illi Epiſcopales infulas *Riuenſis, Lombarienſis, A S. Papulo Appamearúmque Antiſtites*. vt & *Montalbanenſis, Vaurenſis, Mirapicenſis* de quibus iam ſuperius: *Caſinatem Abbatiam* toto orbe nominatiſſimam illam, *Cathedralem ſedem* effecerat, quam tamen poſt minoris pietatis experimenta *Vrbanus* V. formæ priſtinæ reſtituit. Sileo immenſam auri vim, quò piis operibus aggrediendis, damniſque Eccleſiæ propulſandis ſufficeret aceruatam, vt aureorum *centies viginti quinque millia ærario Eccleſiaſtico* reliquerit, quæ profudiſſent alii in res vanas ac futiles, ad inanes, vt fit, rumuſculos, variæq; oſtentationis fumum pueriliter aucupandum, aut affinium immeritorum licèt augendo cẽſu temerè prodegiſſent. Sileo bella cum *Ludouico Bauaro*, vel inuita Romana ſede, inuadere auſo imperium, auſumq; probris in Pontificẽ ſparſis (quibus noſtris inuidi rebus, credidere non pauci pluſculum) nouiq; ſchiſmatis tutari pertinacia

Vide horum damnationẽ Extrauag. Ad Conditorem & Cum inter nonnullos & Quia quorumdã

Genebr. Chro. Polydo. 6. de Inu. c. 12.

ſupra num. 200. & 201.

Atenim collata ſuis beneficia tacere hic non minus poſſum, quàm ingratiſſimi ſubire dedecus,

oannis XXII. nimus in Cadurcenſes.

Ipſis Sedis auſpiciis, gratæ in patriam teſtificationis monimentum 212
ampliſſimum hoc accipe Lugduni datum 7. Idus Septemb. Pontificatus anno 1. *Ioannes Epiſcopus, &c. Dum iugi memoria ad mentem noſtram reducimus natale ſolum ciuitatis noſtræ, cuius eſt nobis commemoratio placida, & meditatio, ex plenitudine quam ad illam gerimus dilectionis accepta, vtpote in illa geniti maternis lactati vberibus, & vſque ad prouectioris ætatis tempora educati, gratum gerimus, & benignum precibus veſtris accommodamus aſſenſum, eas potiſſimum ad exauditionis gratiam admittendo, quæ veſtrum honorem & commodum reſpicere dignoſcuntur, &c.* Nec ſe vanis pollicitationibus, aut effœtis verborum tabulis, amor ille continuit; neque certè ad futilia, aut ludicra nomina patriæ procuranda conuertit, ſed ad ſolidam inconcuſſam, atque introrſus verſam gloriam vrbiſque maieſtatem. Duobus contineri officia humana omnia, notum ſat ſuperque erat Pontifici, morum ſanctitate videlicet & veræ Chriſtianæque ſapientiæ legibus, documentis, atque peritia. Pientiores, atque toto famoſiores orbe familias, vixdum enatas, Religioſorum ordinum ipſis auſpiciis euocatas Cadurcum in Eccleſiaſticæ rei ſubſidium, perque humaniter ac liberaliter exceptas ab Antiſtibus Capituló que, & coràm ipſe viderat, & luculenta,

Supra nu. 90. 91 & 44.

flagrantique fama domi ab puero ipſe didicerat. Supereſſe ratus ad ſanctitatis cumulum aliquid de ſanctiſſimo Carthuſienſium ordine adlegendo cogitat primùm, ſuo deinde tempore ad nobilem *Academiam* inſtituendam & ſtudia, & curas omnes collaturus. Enimuerò quibus munire Cadurcum munimentis contra hoſtium omnium inſultus poterat fœlicius Pontifex: quibus augere ſacris copiis fortunatius, quàm lecta diuinorum militum manu, qui toti primum in corporis motibus omnibus edomandis ac ſopiendis, affectibus acerbioribus, acrioribuſque ſedatis ſemel ex ſeuerioris vitæ legibus, appetitus corporis omnes edomitos continuò, continenter in officio tenent: tum in membrorum vi dominatu aſ-

Cogitat Ioannes de vocandis Cadurcum Carthuſienſibus, & cur.

ſerto mentis, hoc vnum enituntur, vt dies, noctéſque omnes, diuina tantùm, memoriâ reuoluant, animo meditentur affectu ſapiant, vt vni Deo viuant, vt omnium aliorum amandato commercio cœlum vnum ſpirent & reſpirent: ac quaſi emenrita hominum ſpecie, cœli municipes Angelicam, aut Seraphicam vitam in terris tantum viuant, præoccupato etiamnum immortalitatis cœleſtis otio illo alto, atque perenni? Dum ſcilicet nos diffundimur, diſtrahimurque in mille curas, quâs agendi neceſſitas aliquando, paſſim affectus præceps ingerit, dum bella mouemus, dum acies inſtruimus, hi ſeceſſus edito monte Moſes alij, cum Deo colloquuntur, & nobis triumphi relicta gloria vincunt ipſi precum præſidio; nóſque & ciuitatem noſtram, vitæ, orationúmque ſanctiſſimarum ſcuto tectam defenſant ac tutantur. Hos igitur iure quam optimo euocandos *Ioannes*

exiſtimat, nullique vt res ex voto cadat curæ nulli parcendum ſumptui quia eſt prudentia, pietatéque arbitratur.

213 Hieroſolymis excitatus iam ante ducentos circiter annos *Templariorum ordo fuerat* principibus duobus *Vgone Pagano* ac *Gothofredo à Fano Odemari*, frequenti clientium comitatu caſtitate, atque obedientiâ apud Patriarcham ritè votâ, eò conſiliò vt piis peregrè illuc euntibus iter à latrociniis impiorum tutum præſtarent; Area, vbi arma caperent, quo ſe reciperent ad primas ædes extruendas pro templo attributa Templariis nomen indiderat. Nihil eo tempore aduerſus Barbarorum incurſus certius, nihil inuictum magis, nihil exutis armis, quæ induiſſet pietas ad omnem morum honeſtatem, ſuauitatémque procliuius, In Francia Patrum Concilio in *Tricaſſibus* habito. Epiſcopo *Albano* præſide. *Honory Papæ* Legato A.C.1128. decimo ſcilicet poſt auſpicia ipſa approbatus ordo ſolemniter, rubriſque crucibus, quæ cādidiſſimas veſtes notarent inſignitus, ita breui excreuit, vt nihil Galliâ, Europâque totâ celebrius, nihil tractu hoc toto ditius; adeò vt Cadurci etiam *ædem S. Mariæ*, prouentúſque illic immenſos nacti forent, ad robur hominum, pietatémque alendam, contribuentibus noſtratibus. At dehinc commutatis moribus, iis orbe Catholico iure eiectis, *Hoſpitalium D. Joannis* familia bonis quæ ſolo continerentur donata omnibus, illis etiam Cadurcenſibus ædibus locupletata, eas tandem Ioannis noſtri ſuaſu, emptionéque Carthuſienſibus cōceſſit Patribus. Sic nimirum res habet ex fidis annalibus eruta. Templarii ineunte hoc ſæculo decimo quarto ab inſtitutis primæuis alieni, cum Saracenis, atque Turcis ſentire, Chriſtianam rem prodere, aliis etiam criminibus atrocioribus etiam illis, priſtinam laudem omnem traducere: Chriſtum Dominum eiurare, Idolum humano tectum corio colere, infantúmque aſſorum ſanguine ac liquore linire, cruces ſacras quibus olim ceu inſignibus vſi ſputis fœdare, nefariam impunè profiteri libidinem, Hieroſolymorum Patriarchæ, cui ſe toti mancipauerant detrectare imperium. Regis Philippi Pulchri comprehenſi imperio Galliâ tota, grauiſſimorum comperti ſcelerum, damnati paſſim, exuſtique: déque *Concilij Viennenſis* ſententia, ac *Clementis*, cui *Joannes* ſuffectus placito, totus extinctus ordo, abradendæ omni memoriæ, ſic vt eorum bona mouentia regio fiſco ceſſerint; quæ ſolo continentur D. *Ioannis hoſpitalarijs* decreto Pontificis ſint attributa: quæ inter Cadurcenſia illa bona non exigua certè numerabantur.

> Templariorum initia & progreſſus etiam Cadurci fœliciſſimi.
> *Guill. Tyr lib. 12, de bello ſacro c. 7*
> *Aud. ber. c. 4. de origin. milit. num. Aemil. Baro A.C. 1118. n. 21*

> Templariis ob ſcelera deletis ſuffecti hoſpitalarij.
> *Trateol. V. Templarii, Genebr. chron. haud h. 157.*
> *Concil. To. 3. in Concil. Vienn.*
> *Aemil. in Philippo Val.*

214 Hic *Ioannis* ſolertia, ſapientiáque enituit. Cadurco *Carthuſienſes* hoſpitalariis vtiliores ratus, horum bona coemit vniuerſa, ad illos ritè transferenda. Extant in Cadurcenſi Carthuſienſium cœnobio tabulæ publicæ à me perlectæ, quarum prolixitate deterritus ſingulos mitto exſcribere articulos, paucis hiſce contentus quibus de pretio, de pacto, de ipſis paciſcentibus, déque ipſo tempore conſtet ſatis. ſic enim habent, *Venditio*

> Ioannes XXII. emit ab Hoſpitalariis domum ſanctæ Mariæ Cadur.

ſolemnis facta eſt à Domino Helionis de Villanoua Domus hoſpitalis ſancti Ioannis *Hieroſolymitani magiſtro maiori ex conſenſu generalis Capituli apud* Arelatem *habiti: & ceſſio in gratiam Dom.* Ioannis XXII. & Gauberti de Bellania *Maſſilienſis Epiſcopi,* Camerary *D.P. de loco, & omnibus domibus,& ſingulis, quæ & quas dictus Magiſter, Fratres, & hoſpitale habebant quoquomodo, & quæ fuerunt ordinis quondam & militiæ templi in ciuitate* Cadurcenſi *& eiuſdem ciuitatis pertinentijs,cum vineis, pratis, &c. pro pretio,& nomine pretij & valoris duorum millium,& quingentorum Florenorum auri de Florentia iuſti ponderis, quod quidem pretium idem* Dom. *Helion de Villanoua accepit à Camerario præd. ſoluente,&c. Acta ſunt hæc Auenione in camera R. P. in* Chriſto *Dom. Armandi* Dei *gra. S.R.E. ſancti Euſtathij Diaconi* Cardinalis. *Anno Domini milleſimo, treceteſimo vigeſimo, die vigeſima nona Octobris. Indictione 3.* Ioannis *XXII. Pontificatus anno quinto.* Quæ omnia viceſimo primo poſt anno ſolemniter vt moris eſt,ab officiali Cadurc. *in tabulas Epiſcopales* relata docent illæ laudatæ tabulæ.

Soluti emptionis nomine floreni 2500. auri de florentia A. C. 1320.

Ioannes XXII Carthuſienſes donat ēpis omnibus illis A. C. 1328.

Anno poſt legitimam emptionem octauo, dum bona interim luſtran- 215
tur ſingula,prouentuumque inueſtigatur ratio, quò certa, tutáque omnia,nulliſque litium nodis implexa,ſacræ *Carthuſienſium* familiæ cedantur,ius id omne transfert Pontifex Ioannes ad Carthuſienſem ordinem hoc diplomate,quo & dictorum hactenus de Templariis, déque hoſpitalaribus conſtabit ratio.

IOANNES Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis *filijs Priori & conuentui Monaſterij Carthuſienſis per priorem ſolus gubernari, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Grationopolitan. Diœceſis ſal. & Apoſtol.Ben.*Ad veſtrum *ordinem,pium gerentes affectum, vt ſuos extendat ad Dei gloriam,& ædificationem fidelium palmites,operoſum libenter ſtudium adhibemus.Cum itaque domus vocata* de Templo, *ſita in ſuburbijs ciuitatis* Cadurc.*quæ olim fuit ordinis Templi, ante ſublationem ipſius, & ad hoſpitale S.Ioannis Hieroſolymitani ex ordinatione ſedis Apoſt. vna cum alijs bonis dicti quondã Templi peruenit,quamque noſtro,& Eccleſiæ Rom.nomine à dil.filijs Helione de Villanoua Magiſtro,& fratribus hoſpitalis præd. acquiſiuimus cum omnibus ædificijs,domibus,veſtimentis,plateis, & clauſuris ibidem exiſtentibus,necnon terris, vineis,pratis, operatorijs, nemoribus, paſcuis,poſſeſſionibus & feodis, emphyteoticis,redditibus, cenſibus,locationibus, acapitis, laudinis, dominijs, & alijs obuentionibus ac iuribus, tam directis, quam vtilibus, vniuerſis,ac ſingulis, in quibuſcunque rebus & locis conſiſterent,ad Magiſtrum & fratres ac hoſpitale prædictum pertinentibus quouis modo apta pro monaſterio veſtri ordinis præd.& idonea exiſtere dignoſcatur: Nos prædictam domum cum Eccleſia, ſeu capella* B. Mariæ *ſita infra clauſtrum Domus prædictæ, quam in Monaſterium veſtri prædicti Ordinis, au-*

ctoritate Apoſtolica erigimus, & quam Monaſterium eiuſdem Ordinis volumus, & decernimus de cætero nuncupari, ac omnibus aliis ædificiis, bonis, & iuribus prædictis vbicunque ſint, & quocunque nomine cenſeantur, ad opus eiuſdem Monaſterij vobis & eidem ordini veſtro, habenda, tenenda, & poſſidenda perpetuò eadem auctoritate Apoſtolica, de fratrum noſtrorum conſilio concedimus & donamus, volentes, ac etiam decernentes quòd amodo Monaſterium prædictis omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, vobis & eidem ordini, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate conceſſis plenè, ac liberè gaudeat, ac ſi de Monaſterio ipſo in eiſdem priuilegijs plenè & expreſſe mentio haberetur. Nulli ergo, &c. Datum Auenione decimo quarto kalend. Ianuarij, *Pontificatus noſtri Anno decimo tertio.*

216 Iubetur & circa eadem tempora, Maior Carthuſienſium prior Religioſos viros tredecim è quorum numero præficiatur cæteris vnus, deſtinare Cadurcum nouæ Domus primordiis ritè, ſanctéque ineundis. Gauberti camerarii litteras, Ioannis nomine, eóque fine ſcriptas, animus eſt attexere, tum ad ſacræ hiſtoriç ſeriem confirmandam, tum vt ex ſapientis Archiepiſcopi verbis addiſcant ij quorum eſt ad ſimilia exordia delegare, viros inſignes, ſolidáque virtute claros ſubmittendos tum maximé, ſiue vt maiorem concilient opinionem ſanctitatis, Religioſis domibus, quæ exemplo docendum habent cæteros, pernecceſſariam, ſiue vt in illis auſpiciis, quibus conſtituta nondum ſunt ſingula, ſed vero òb locorum, rerumque id genus incommoda, nequit ita rigidè, exactéque Religioſæ vitç mos obſeruari vti ſucceſſu temporis, rebus iam videlicet conſtitutis, pèrque ſeipſas fœliciter cadentibus, vti in illa rerum, negotiorúmque incurſantium turba, nihil de ſtudio virtutis, nihil de animi tranquillitate, nihil de pio animi affectu pereat; quod certé non eſt omnium, nec inexercitati cuiuſque, ſummé tamen eſt neceſſarium (nam ſecus, dum accedunt Religioſis Domus nouç familiis, fit maior vitiorum acceſsio, multóque grauius emergit emolumentis omnibus detrimentum) ſiue tandem, quod caput eſt, vt rebus quç pietatem, quç ſtatas leges, aliáve attingunt ad Dei cultum facientia, ſanctè, ſynceréque ſtatutis ab principio: ſequantur pari curſu cçtera, & nouis accrementis aſſurgant, ruitura profectò, atque peſſum itura, (tanti intereſt quorum exemplis, veſtigiiſque inſiſtas) ni cœpta ſanctè, exque Religionis prçſcripto forent. En ergo ipſas tabulas, quarum apices etiam attendant velim illi, quos negotium attingit propius. *RELIGIOSO viro Domino Fratri* Aymoni *Priori Maiori Ordinis* Car*thuſienſis, amicè cariſſimo*, Gaubertus *permiſſione diuinâ Arelatenſis Archiepiſcopus* Dom. Papæ *camerarius ſal. & ſynceram in* Dom. *charitatem*

Iubetnr Prior Carthuſien, mittere Cadurcũ Religioſos 13 eoſq; lectiores.

Cur non niſi viri ſanctiores ad hæc auſpicia mittendi

Digitized by Google

& auctoritate prædictis, ac ex certa ſcientia noſtra in perpetuum deputamus, & etiam aſſignamus.

...utio Pontifi. ſuper redditum Epiſcopatus Montalbanenſis ...ra aut infra ...oo. millium librarum valore.

Et ne limitatio, deputatio, & aſſignatio noſtri huiuſmodi, eô prætextu per- 204
petuis futuris temporibus à quocunque valeant impugnari, quòd prædicti redditus & prouentus taliter aſſignati plus, aut minus valerent, quàm dicta quinquemillia librarum monetæ prædictæ, pro quibus quidem quinque millibus librarum ſupradictis, fructus, redditus, & prouentus taliter aſſignati plus aut minus valerent, quam dicta quinque millia librarum monetæ prædictæ, pro quibus quidem quinque millibus librarum ſupradictis fructus, redditus & prouentus conſiſtentes hactenus tam in diœceſi quondam Tholoſana prædictâ, quàm alia ad menſam quondam Abbatis præfati ſpectantes præfatæ Montis-albani Eccleſiæ duximus aſſignandos, & de quibus eandem Montis-albani Eccleſiam fore contentam volumus, & tenore præſentium decernimus de conſilio & auctoritate prædictis. Quod ſi huiuſmodi deputationem vel aſſignationem noſtras vltra prædictam ſummam quinque millium librarum Turonenſium modo, vel aliàs fuerint valere repertæ, nihil prorſus ab eiſdem Epiſcopo & Eccleſia Montis-albani de huiuſmodi maiori valentiâ per aliquem peti aut exigi valeat quomodolibet, vel deduci: ſed totum in ipſius commodum menſæ cedere: aut ſi fortè minus reperiantur prædictæ valere, nihil cum vltra illa petere debeant, vel exigere poſſint: Non obſtantibus quibuſcumque litteris noſtris ſuper hoc habitis, quorumcunque tenorum exiſtant, quas quatenus huic noſtræ ordinationi poſſent eſſe contrariæ, viribus vacuamus omninò, & nullius fore decernimus firmitatis; quoad alia contenta in eis in ſuo robore duraturis.

Derogatur oppoſitis iuribus.

Has igitur limitationem, deputationem, & aſſignationem noſtras ſic fa- 205
ctas ſalubriter, & vtiliter ordinatas, perpetuis eſſe valituras temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædictâ, diſtrictius inhibemus, ne aliquis cuiuſcumque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Archiepiſcopali, vel Epiſcopali fulgeat dignitate huiuſmodi limitationem, deputationem & aſſignationem, ac ordinationem noſtras, ſeu aliqua, vel aliquod de contentis in eis quouis quæſito colore, vel modo, ſine cauſa, vel occaſione qualibet adſumptis, turbare, ſe quomodolibet impedire præſumat. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, deputationis, aſſignationis, ſubmiſſionis, exemptionis, & liberationis, inhibitionis, ac conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione 8. Kalend. Martij Pontificatus noſtri ann. 2. Hactenus Ioan. XXII. ſanctio vtraque, quam hoc loci inſertam voluimus, tum vt ab ſitu atque obliuione vindicata Pontificis noſtratis nomen, memoriámque luculentius perennaret: tum vero quod ad Cadurcenſem ſacram hiſtoriam non parum faciat: quando ex Cadurcenſis iuris parte, quæ & quanta fuerint

Montalbanenſi ſedi tributa tantò atteſtatur diſertius, quanto ex ipſis tabulis fidei munimen locupletius accedere ſit in comperto.

206 Anno Chriſti 1320. Pariagii ſeu pactionis ſolemnis tabulas illas (ſuper quibus litigia) nullo Capituli ſuffragantis aſſenſu, ab *Philippo V.* Galliæ Rege *Guillelmóque* Cadurcenſi Antiſtite innouatas Nouembri menſe iam meminimus ſupra in Raimundi II. actis. Admiſſam & Guillelmi nomine clientelariæ profeſſionem fidei eodem anno die Ianuarii 19. docēt Archiui Epiſcopalis tabulæ. Quibus ſimiles aliæ iuris eiuſdem teſtes anno 1321. ſubſcriptæ occurrere nonnullæ, quando luſtrandi omnia iſthæc Antiquitatis monimenta, Reuerendiſſ. *Simeon* noſter fecit, quâ eſt inſigni humanitate, inque Deceſſorum honorem ſtudio, quam pleniſſimam poteſtatem illæ certę notabiliores ſunt viſæ, quibus A. 1321. Decemb. 28. Annemone iubet homagium Cadurci recipi de *Hugone Beraldy*. Quo ipſo anno *Ioannes Napronenſis Epiſc.* ex ſacro *Carmelitarum* aſſumptus ordine ad Cadurcenſem diœceſin vocatus, *B. Marcello* ſacram ædem, adiunctáque tumulandis Chriſti fidelibus cœmeteria terna cõſecrat, poteſtate facta ab Berengario Mercerii, quem vnà cum altero Othone ſibi ad vniuerſum Epiſcopatum adminiſtrandum ſuffecerat tertio ante anno Guillelmus noſter, poteſtate legitimâ ritè acceptâ. Doceant id fideles tabulæ ex Epiſcopali tabulario promptæ. NOVERINT *vniuerſi, &c. Quòd nos Ioannes miſeratione diuina Napron. Epiſcopus, de licentia ſpeciali ad hoc nobis data, & conceſſa per venerab. virum D. Berengarium Mercery Vicarium generalem in ſpiritualibus & temporalibus R. in Chr. P. D. Guillelmi miſeratione diuina* Cadur. *Epiſc. in ſeruitio Dom. noſtri ſummi Pontificis exiſtentis, cuius licentiæ tenor inferiùs eſt inſertus. 4. Idus Martij, die veneris, in feſto B. Gregorij Papæ, in loco vocato Del Poget propè Caſtrum nouum de vallibus Cadurcæc. conſecrauimus ibidem tria cœmeteria diſtincta, diuiſa, & inter ſe ſeparata, videlicet primum ante caput Monaſterij infraſcripti verſus partem orientalem; ſecundum inter monaſterium ipſum, ſeu Eccleſiam & hoſpitium dicti loci verſus partem auſtralem: tertium ante portam principalem dicti Monaſterij infra clauſum parietum, ante portam memoratam verſus partem occidentalem quatenus ſe extendunt. Poſt quæ in craſtinum dicti feſti B. Gregorij, nos* Epi*ſcopus præd. de licentiâ qua ſupra in loco præd. conſecrauimus Eccleſiam B.* Marcelli *Papæ & martyris, & tria altaria in eadem. Primum videlicet quod eſt in parte orientali, ad honorem S. Marcelli principaliter, ſecundariò autem B. Franciſci* Conf*eſſoris: ſecundum verò altare, quod eſt in parte Aquilonari, ad honorē* B. Mariæ *virg. matris Dei, ſecundariò autem* S. Cla*ræ virg. Tertium quoque altare quod eſt in parte auſtrali ad honorem* B. Mariæ Magdalenæ *principaliter; ſecundariò verò* B. *Ludouici conf. Epiſc. Toloſani & S. Antonij conf. ordinis minorũ. Vnde nos Epiſcopus ſupr. ad. de poteſtate à Deo nobis conceſſa & eius miſericordia cõfidentes, & ob eiuſdem reuerentiam & honorē B. Mariæ virg. & B. Marcelli & aliorum SS. præd. omnibus verè pœnitentibus & confeſſis*

A. 1320 Guilielmi Pariagium. Admiſſa homagia. Supra num. 169.

A. 1321. homagia. Conſecratio Eccleſiæ S. Marcelli & cœmeteriorum trium per Napronſ. Epiſcopum. Supra num. 196.

Tabulæ conſecrationis teſtes.

onceſſæ indulgentiæ Eccleſiam rite adeuntibus ab Epiſcopo Napron.

Litteræ Vicarii Epiſcopo Naproneni. poteſtatem facientis.

qui in feſtiuitatibus conſecrationis ſeu dedicationis, & aliorum SS. prædictorum, & per octauas eorundem tam Dedicationis, quam cuiuslibet ſanctorum & ſanctarum prædictorum, dictam Eccleſiam perſonaliter viſitabunt, X L. dies de Indulgentia conceſſimus & donauimus. Tenor verò litterarum præd. ſequitur ſub his verbis. Reuerendo P. Dom. Epiſcopo Napronenſis Diœceſis, ordinis Carmelitarum, Berengarius Mercery Doctor Decretorum, Canonicus Ruthenenſis & Vicarius gener. in ſpiritual. & temporal. Eccleſiæ Cadur. pro Dom. Epiſcopo eiuſdem in ſeruitio ſummi Pontif. noſtri exiſtente ſalutem in filio Virginis glorioſæ: Vt Monaſterium, ſeu Eccleſiam S. Marcelli de Pogeto Diœc. Cadur. Altaria, Cœmeteria, & alia ornamenta, tam indumenta quàm alia benedicere & conſecrare valeatis, licentiam vobis ſpecialem impertimus tenore præſentium concedentes. Datum Caturci ſub ſigillo Curiæ Officialis Cadur. die Martis ante feſtum B. Gregory Confeſſ. A. D. 1312. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras, &c. Acta fuerunt hæc in loco præd. de Pogeto Cœmeterys, & Eccleſ. præd. Anno à Nat. Dom. 1322. menſe & diebus quibus ſupra.

Obiit Guillelmus A. D. 1324.
Supra nu. 133. 146. 147.

Extinctum Anno Chriſti 1324. Guillelmum ſuſpicor ex *Cadurcenſis* 207
Tabulary actis quibus *Aymericus de Corſo* Seneſcallus Petragorenſis, Cadurcenſiſque inuaſa vacuæ ſedis bona, defuncto ſcilicet id temporis Guillelmo, in ſolidum Capitulo cedere continuò iubetur, nullo ad ea inuadenda iure alio vſus quàm quo toties cecidiſſe pronuntiatâ ritè ſententiâ fiſcales exactores ſæpius ſuprà demonſtrauimus. Diem obitus annotat, omiſſo tamen anni computo. Necrologicum Kalendarium Cadurcenſis Capituli in hæc verba. *Sexto Non. Iul obitus* Dom. *Guillelmi Cadurcenſis Epiſc.* Tabulæ item Cadurcenſes *Dominicanorum Cœnoby*, quibus id mantiſſæ auctariique loco docetur inſuper, Auenione fatis functum S. *Thomę Aquinatis* ſacello tumulari poſt fata voluiſſe, quod videlicet eo fine conſtruxerat in eximii, totoque orbe celeberrimi, ſanctiſſimique Doctoris gratiam non ita pridem Ioannis XXII. noſtratis calculo, ſanctorum Ordinibus accenſiti ſuperiore ſcilicet anno trecenteſimo vigeſimo tertio ſupra milleſimum, vti Religionis in Diuum præoccupatæ præmium Superi haud cenſuerint differendum, euocato vt credimus ſuas ad cohortes *Guillelmo*. Itaque ab anno Chriſti 1316, ad 1324. ſederit.

Tumulatur in ſacello S. Thomæ de Aquino, à ſe cõdito Auenione. Rauo temporis.

BERTRANDVS DE CARDAILLACO.

BERTRANDVS *Cardaillaca* gentis nomine, ſtemmatéque nihil illuſtris 208
minus, quàm Guillelmus eo nomine IV. noſtros inter Antiſtites,

aſſerto vindicatóque ſedi comitatus iure olim nominatiſſimus, Guillelmo Labroa ritè ſublectus multam dicendi copiam tantò vberius ſuppeditabit, quanto & diutius ſedem tenuit, & ea ſeculi quarti ſupra decimum parte, quæ non niſi luculentiſſimis monumentis noſtrates inter annotetur, diſtinguatúrve. Enimuerò dum Epiſcopalis Archiui monumenta otioſè luſtrarem, perlegerémque, Reuerendiſſ. *Simeonis*, & indulgente gratia & ſollicitudine adiuuante, inque operæ partem atque laboris veniente, vix vllus ab extremo Guillelmi anno (hunc 1324. iam euicimus) ab 1357. fatalem extremúmque Bertrando, intercurrit, quo non tota Epiſcope luſtrandà accurrentes ad clientelæ profeſſionem Cadurcino toto nobiliores quoſque, vltroque aduolantes, atque procumbentes admitteret ingens, atque immanis Epiſcopalium homagiorum codex, vnicum Bertrandi nomen cum ſingulorum annorum, clientúmque accurrentium nomenclatura continet. nec tamen grandis ad tot tantáque capienda ſufficit ipſe: quin & id genus homagia Bertrando Cardaillacco delata, Codices alios affines, ſparſáſque membranas innumeras occupant paſſim tabulario illo, ad hominis & nomen & maieſtatem, perpetuà memorià in omnes poſteros propagandam. Nimirum addecebat vt cui nomini, familiæque Comitatum debebat ſedes noſtra, eidem agnoſcendæ, atque ex animo venerandæ lubens ſubmitteret clientes omnes. Quod vnum argumentum mihi omnium inſtar eſt, ad ſedis Bertrandi continuãdum ſplendorem, eorúmque inſcitiam arguendam, qui rerum noſtrarum inſolentes Tabulariis luſtratis nunquam, ex aliena fide Epiſcoporum noſtratum indiculos effingunt commentitiis, aſſutiſque præſulibus contra fidem omnem hiſtoriæ, tabularumque noſtrarum omnium paſſim aſſutos, atque per vim inſcitos.

Bertrandus ab A. C. 1325. ad 1367. Singulis penè annis longè plurimos clientes ad fidei professionẽ admittit.

209 At præter illa Homagiorum decora, quæ infinita licèt, breui vno perſtrinxi capite, alia ſuis ſingula annis occurrunt attexenda. Extat peruetus ſcheda, qua Cadurcenſis ciuis *Guillelmon Joannis libras Turon. 25. annui fœnoris ſibi debiti dudum ex mutuo Ramundo & Guillelmo Epiſcopis Cad. dato, pendendáſque à ſucceſſoribus, mente commutata in melius, in Capellani perpetui ſtipendium transfert* hac ſubnotatione, *nono Nouemb. A. D.* 1328. *Bertrando Epiſcopo Cadurcenſi.* Ad hunc ipſum Bertrandum ſpectant, duo illa præclara noſtræ decora ciuitatis, *Carthuſienſium familia, Academiáque* nobiliſſima eo ſedente nobis importata diuinitus, & vi non tam occultâ numinis, quam aperta collata, per opem ſcilicet *Ioannis* XXII. è Cadurcenſis ſoli natalibus ad ſupremam ſedem euecti, de quo nonnihil hic attexere cogit hiſtoriæ, rerúmque ſeries.

A 1328 fœnerator cedit iure ſuo in gratiam Bertrãdi.

210 Genuit ergo Cadurcum noſtra A.C. millieſimo ducenteſimoquadrageſimo quarto ſedente apud nos ea ſeculi Epoche Gerardo IV. *Jacobum Oſſa* (ſic quippe tum appellabatur) vili ignobiliq; familia *Arnaldo Patre cui & d'Uſſa cognomen fuit ex veteri Tiario* ſatum ſic enim addecebat nullis

Ioannis XXII. Cadurcẽſis opera Cadurcũ Carthuſiẽſibus & Academia nobilitatur.

clarum natalibus ſibi vni poſt Deum debere omnem ſplendoris acceſſuti gloriam, hominem corporis, animique inſignem dotibus. Excelſus erat atque ingens in breui licèt corpore, tantò videlicet uegetior, collectiórque animus, temperies corporis ad bilem pronior, quæ ferè eſt acriorum ingeniorũm, ſubtiliorum, adque alta, grandiáque factorum ſors, vt pungat bilis motus mentis, atque exacuat, fidus etiam uirtutis ſatelles, ſi præclarum & generoſum aliquid audendum fuerit, modeſta corporis conformatio, mira cibi, ac potus parcitas, innatus ſtudii litterarii feruor, obiicientibus ſeſe identidem familiæ, natalium que probris, atque ad maiora extimulantibus hominem ad ſummum humanorum faſtigium euexere. Applicat ergo animum à primis annis, quibus ſpem futuræ vitæ omnem, per inertiam ſummam, deſidiámque noſtro ferè æuo iuuentus ludit) ad litterarum, pietatiſque ſtudium; Iuri ſe dat vtrique progreſſu tanto, vt Regis Siciliæ Caroli Proſcriba primum, tum Cancellarius, mox vt ſe virtus ipſam euehit, attollitque, Forudienſis Epiſcopus primum in Aquenſi prouincia, tùm Auenionenſis, ac tandem anno 1312. *Clementis* V. Pontificatus anno 8. Auenione *Cardinalis* Epiſcopus Portuenſis ſanctę Rafinæ hominis meritis, Regũmque ac Principum, qui fidelem, nauumque ſat experti fuerant encomiis iure optimo expoſcentibus, creatus fuerit. *Clemente* dehinc vita functo A. 1314. ad 12. Kal. Maias, elato, tumulatóque honorificè, nouẽdialibúſq; conuentu Cardinalium non infrequenti, *Carpentorati* celebratis, de nouo creando Pontifice diu actum & variè ſtudiis, molitionibuſque partium in diuerſa trahentibus, donec Philippi Comitis Pictauenſis id temporis conſilio, ſolertiáque, Lugdunum alio nomine vocati Cardinales, non niſi renunciato vno Principe vniuerſæ Eccleſiæ, diutius iam orbatæ Parente ac Pontifice ſunt dimiſſi. Vnis ergo votis ac calculis *Iacobum Oſſa* noſtrum, abſentem illum, nec coram niſi meritorum, ſapientiæue famâ prenſantem nominant, denuntiántque, Pontificem Anno 1316. ad ſeptimum Idus Sextiles, Nonis Septembribus ſolemniter coronandum; Ioanniſque XXII. deinceps nomine appellandum.

Ioannis ſtirps
Corporis habitus.
Modeſtia.
Studia.
Regi Siculo carus
Forudienſis Epiſcopus, Auenionenſis
Cardinalatus.
Papatus.
De his *Ciaconius in Ioanne XXIII. alias XXII. quem facit Papam 209. Platina, Onufr. Genebr. Antoni.*

Neque ſegnem, inertémque deſidiam grandi iam licet natu vir, alterum ſupra ſeptuageſimum annum agens fouendam adeò autumans, totus 211
ſe ad res Eccleſiaſticas quà priuatas, quà publicas gerendas ritè adminiſtrandaſque conuertit. Librum decretalium ſeptimum, *Clementinas* appellant, à Deceſſore *Clemente* V. Viennenſis Concilij mentem ſecuto inchoatum, perfecit ipſe, publicauit, ſolemnique Diplomate anno Pontificatus altero, confirmauit. Solemnis *Chriſti Corporis feſti* ſolemnitatem renouat tota Eccleſia, TRIADI ſacroſanctæ ſacrum, ab *Pentecoſte octauum diem* fore in perpetuum primus ſancit; *ad Ieſu nomen flexuris poſthàc piè genua* quadraginta indulgentiarum indulget dies in vices ſingulas. Sanctorũ albo ritè inſerit *Thomas binos* ſãctitate ſat iam cõperta. *Herfordienſẽ*

Præclara Ioannis XXII acta, in vniuerſã Eccleſiã

illum Antiſtitem Anglum, nobilitate, Iuris ſacri peritia, Theologica eruditione. *Aquinatem* hunc ex ſacra *D. Dominici familia.* Laudatum nunquam ſatis diuinarum rerum peritia inſigni, ſcholæ ſacræ pharum ac ſolem animi, corporis, ſtirpis (qui Regem Galliæ *Ludouicum* ſanctiſſimum etiam affinitate contingeret) virtutis cumulatiſſimæ partibus omnibus abſolutiſſimum, in ſanctorum retulit album. Monachorum alborum Montis oliueti vt vocant, cœnobia, priſtinæ diſciplinæ, ſanctique Benedicti legibus, *Grandimontenſem* item *ordinem* antehac florentiſſimum excuſſæ ſanctitati reſtituit. *Michaelem* Græcorum imperatorem eiurata hæreſi, ſchiſmaticaque pertinacia, Eccleſię recepit ſinu. *Fraticellos* aliosque nonnullos, qui nihil Chriſtum, nihil Apoſtolos, ſiue priuatim, ſeu in commune, vnquam proprij nactos, ſed dominio eo omni ſemper exutos peruicacius tueri auſi, multum de Chriſtianæ virtutis cumulo detractum crederent, ſi quid in commune etiam qui poſſiderent conuictos damnatos, exuſtos, eſt ſeueriſſimè perſecutus, atque ad eam hæreſim ex omnium deinceps animis abradendam, diplomatis Pontificiis, toto orbe vulgatis, & Chriſto, ac Apoſtolis, vel in commune ſaltem aliquid rerum tenuium queis vterentur adhæſiſſe Dominij, pro ſummo iure Pontificio definiuit, vt habeant quo ſe tueri poſſint, qui dum maioribus Eccleſiæ emolumentis intenti, quominus cura corporis ab officiis animi diſtrahantur, facultatum ſubſidia vel in commune minimè reſpuunt, contra calumnias id genus quæ ſuboriri poſthac, aut tunc ſerpere latius facilè potuiſſent. Extat ſtatutum Pontificium cum aliis non paucis, quæ extrauagantium nomine Canonico iuri inſeruit, vt ſanciret etiam leges, Cadurcum noſtrũ toti orbi Catholico. Ab eo fluxit ille mos, quo ter pulſato campano ære ſolemniter admonemur omnes ſub veſperum de MARIA *Deipara ter ſalutanda*, déque ie *Dominicæ* ἐνσαρκώσεως hoc eſt gratiæ omnium maximæ renouanda memoria; Atque vt à communionibus illis ad priuata deſcendam illi debet *Toloſa* Archiepiſcopatus gloriam, & ſplendorem; illi Epiſcopales infulas *Riuenſis, Lombarienſis, A S. Papulo Appamearúmque Antiſtites*, vt & *Montalbanenſis, Vaurenſis, Mirapicenſis* de quibus iam ſuperius: *Caſinatem Abbatiam* toto orbe nominatiſſimam illam, *Cathedralem ſedem* effecerat, quam tamen poſt minoris pietatis experimenta *Vrbanus* V. formæ priſtinæ reſtituit. Sileo immenſam auri vim, quò piis operibus aggrediendis, damniſque Eccleſiæ propulſandis ſufficeret aceruatam, vt aureorum *centies viginti quinque millia ærario Eccleſiaſtico* reliquerit, quæ profudiſſent alii in res vanas ac futiles, ad inanes, vt fit, rumuſculos, variæq; oſtentationis fumum pueriliter aucupandum, aut affinium immeritorum licèt augendo cẽſu temerè prodegiſſent. Sileo bella cum *Ludouico Bauaro*, vel inuita Romana ſede, inuadere auſo imperium, auſumq; probris in Pontificẽ ſparſis (quibus noſtris inuidi rebus, credidere non pauci pluſculum) nouiq; ſchiſmatis tutari pertinacia

Vide horum damnationẽ Extrauag. Ad Conditorem & Cum inter nonnullos & Quia quorumdã

Genebr. Chro. Polydo. 6. de *Inu.* c. 12.

ſupra num. 200. & 201.

Atenim collata ſuis beneficia tacere hic non minus poſſum, quàm ingratiſſimi ſubire dedecus,

Ioannis XXII. animus in Cadurcenſes.

Ipſis Sedis auſpiciis, gratæ in patriam teſtificationis monimentum 212
ampliſſimum hoc accipe Lugduni datum 7. Idus Septemb. Pontificatus anno I. *Ioannes Epiſcopus. &c. Dum iugi memoria ad mentem noſtram reducimus natale ſolum ciuitatis noſtræ, cuius eſt nobis commemoratio placida, & meditatio, ex plenitudine quam ad illam gerimus dilectionis accepta, vtpote in illa geniti maternis lactati vberibus, & vſque ad prouectioris ætatis tempora educati, gratum gerimus, & benignum precibus veſtris accommodamus aſſenſum, eas potiſſimum ad exauditionis gratiam admittendo, quæ veſtrum honorem & commodum reſpicere dignoſcuntur, &c.* Nec ſe vanis pollicitationibus, aut effœtis verborum tabulis, amor ille continuit; neque certè ad futilia, aut ludicra nomina patriæ procuranda conuertit, ſed ad ſolidam inconcuſſam, atque introrſus verſam gloriam vrbiſque maieſtatem. Duobus contineri officia humana omnia, notum ſat ſuperque erat Pontifici, morum ſanctitate videlicet & veræ Chriſtianæque ſapientiæ legibus, documentis, atque peritia. Pientiores, atque toto famoſiores orbe familias, vixdum enatas, Religioſorum ordinum ipſis auſpiciis euocatas Cadurcum in Eccleſiaſticæ rei ſubſidium, perque humaniter ac liberaliter exceptas ab Antiſtibus Capituló que, & coràm ipſe viderat, & luculenta, flagrantique fama domi ab puero ipſe didicerat. Supereſſe ratus ad ſanctitatis cumulum aliquid de ſanctiſſimo Carthuſienſium ordine adlegendo cogitat primùm, ſuo deinde tempore ad nobilem *Academiam* inſtituendam & ſtudia, & curas omnes collaturus. Enimuerò quibus munire Cadurcum munimentis contra hoſtium omnium inſultus poterat fœlicius Pontifex: quibus augere ſacris copiis fortunatius, quàm lecta omninotum militum manu, qui toti primum in corporis motibus omnibus edomandis ac ſopiendis, affectibus acerbioribus, acrioribuſque ſedatis ſemel ex ſeuerioris vitæ legibus, appetitus corporis omnes edomitos continuò, continenter in officio tenent: tum in membrorum vi dominatu aſſerto mentis, hoc vnum enituntur, vt dies, noctéſque omnes, diuina tantùm, memorià reuoluant, animo meditentur affectu ſapiant, vt vni Deo viuant, vt omnium aliorum amandato commercio cœlum vnum ſpirent & reſpirent: ac quaſi ementita hominum ſpecie, cœli municipes Angelicam, aut Seraphicam vitam in terris tantum viuant, præoccupato etiamnum immortalitatis cœleſtis otio illo alto, atque perenni? Dum ſcilicet nos diffundimur, diſtrahimurque in mille curas, quâs agendi neceſſitas aliquando, paſſim affectus præceps ingerit, dum bella mouemus, dum acies inſtruimus, hi ſeceſſus edito monte Moſes alij, cum Deo colloquuntur, & nobis triumphi relicta gloria vincunt ipſi precum præſidio; nóſque & ciuitatem noſtram, vitæ, orationúmque ſanctiſſimarum ſcuto tectam defenſant ac tutantur. Hos igitur iure quam optimo euocandos *Ioannes*

Supra nu. 90. 91 & 144.

Cogitat Ioannes de vocandis Cadurcum Carthuſienſibus, & cur.

exiſtimat, nullique vt res ex voto cadat curæ nulli parcendum ſumptui qua eſt prudentia, pietatéque arbitratur.

213 Hieroſolymis excitatus iam ante ducentos circiter annos *Templariorum ordo fuerat* principibus duobus *Vgone Pagano* ac *Gothofredo à Fano Odemari*, frequenti clientium comitatu caſtitate, atque obedientiâ apud Patriarcham ritè votâ, eò conſiliò vt piis peregrè illuc euntibus iter à latrociniis impiorum tutum præſtarent; Area, vbi arma caperent, quo ſe reciperent ad primas ædes extruendas pro templo attributa Templariis nomen indiderat. Nihil eo tempore aduerſus Barbarorum incurſus certius, nihil inuictum magis, nihil exutis armis, quæ induiſſet pietas ad omnem morum honeſtatem, ſuauitatémque proclinius, In Francia Patrum Concilio in *Tricaſſibus* habito. Epiſcopo *Albano* præſide. *Honorij Papæ* Legato A.C.1128. decimo ſcilicet poſt auſpicia ipſa approbatus ordo ſolemniter, rubriſque crucibus, quæ cãdidiſſimas veſtes notarent inſignitus, ita breui excreuit, vt nihil Galliâ, Europâque totâ celebrius, nihil tractu hoc toto ditius; adeò vt Cadurci etiam *ædem S. Mariæ*, prouentúſque illic immenſos nacti forent, ad robur hominum, pietatémque alendam, contribuentibus noſtratibus. At dehinc commutatis moribus, iis orbe Catholico iure eiectis, *Hoſpitalium D. Joannis* familia bonis quæ ſolo continerentur donata omnibus, illis etiam Cadurcenſibus ædibus locupletata, eas tandem Ioannis noſtri ſuaſu, emptionéque Carthuſienſibus cõceſſit Patribus. Sic nimirum res habet ex fidis annalibus eruta. Templarii ineunte hoc ſæculo decimo quarto ab inſtitutis primæuis alieni, cum Saracenis, atque Turcis ſentire, Chriſtianam rem prodere, aliis etiam criminibus atrocioribus etiam illis, priſtinam laudem omnem traducere: Chriſtum Dominum eiurare, Idolum humano tectum corio colere, infantúmque aſſorum ſanguine ac liquore linire, cruces ſacras quibus olim ceu inſignibus vſi ſputis fœdare, nefariam impunè profiteri libidinem, Hieroſolymorum Patriarchæ, cui ſe toti mancipauerant detrectare imperium. Regis Philippi Pulchri comprehenſi imperio Galliâ tota, grauiſſimorum comperti ſcelerum, damnati paſſim, exuſtique: déque *Concilij Viennenſis* ſententia, ac *Clementis*, cui *Joannes* ſuffectus placito, totus extinctus ordo, abradendæ omni memoriæ, ſic vt eorum bona mouentia regio fiſco ceſſerint; quæ ſolo continentur D. *Ioannis hoſpitalarijs* decreto Pontificis ſint attributa, quæ inter Cadurcenſia illa bona non exigua certè numerabantur.

Templariorum initia & progreſſus etiam Cadurci fœliciſſimi.
Guil. Tyr. lib.12. de bello ſacro c.7
Audeber. c.4. de origin. militum, Æmil. Baro A.C.1118. n.21

Templariis ob ſcelera deletis ſuffecti hoſpitalarij.
Prateol. V. Templaris, Genebr. chron. haud b. 157.
Concil. To. 3. in Concil. Vienn.
Æmil. in Philippo Val.

214 Hic *Ioannis* ſolertia, ſapientiáque enituit. Cadurco *Carthuſienſes* hoſpitalariis vtiliores ratus, horum bona coemit vniuerſa, ad illos ritè transferenda. Extant in Cadurcenſi Carthuſienſium cœnobio tabulæ publicæ à me perlectæ, quarum prolixitate deterritus ſingulos mitto exſcribere articulos, paucis hiſce contentus quibus de pretio, de pacto, de ipſis paciſcentibus, déque ipſo tempore conſtet ſatis. ſic enim habent, *Venditio*

Ioannes XXII. emit ab Hoſpitalariis domum ſanctæ Mariæ Cadur.

ctoritate Apoſtolica erigimus, & quam Monaſterium einſdem Ordinis volumus, & decernimus de cætero nuncupari, ac omnibus aliis ædificijs, bonis, & iuribus prædictis vbicunque ſint, & quocunque nomine cenſeantur, ad opus eiuſdem Monaſterij vobis & eidem ordini veſtro, habenda, tenenda, & poſſidenda perpetuò eadem auctoritate Apoſtolica, de fratrum noſtrorum conſilio concedimus & donamus, volentes, ac etiam decernentes quòd amodò Monaſterium prædictis omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, vobis & eidem ordini, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate conceſſis plenè, ac liberè gaudeat, ac ſi de Monaſterio ipſo in eiſdem priuilegijs plenè & expreſſe mentio haberetur. Nulli ergo, &c. Datum Auenione decimo quarto kalend. Ianuarij, *Pontificatus noſtri Anno decimo tertio.*

216 Iubetur & circa eadem tempora, Maior Carthuſienſium prior Religioſos viros tredecim è quorum numero præficiatur cæteris vnus, deſtinare Cadurcum nouæ Domus primordiis ritè, ſanctéque ineundis. Gauberti camerarii litteras, Ioannis nomine, eóque fine ſcriptas, animus eſt attexere, tum ad ſacræ hiſtorię ſeriem confirmandam, tum vt ex ſapientis Archiepiſcopi verbis addiſcant ij quorum eſt ad ſimilia exordia delegare, viros inſignes, ſolidáque virtute claros ſubmittendos tum maximè, ſiue vt maiorem concilient opinionem ſanctitatis, Religioſis domibus, quæ exemplo docendum habent cæteros, pernecesſariam, ſiue vt in illis auſpiciis, quibus conſtituta nondum ſunt ſingula, ſed vero ob locorum, rerumque id genus incommoda, nequit ita rigidè, exactéque Religioſæ vitę mos obſeruari vti succeſſu temporis, rebus iam videlicet conſtitutis, pèrque ſeipſas fœliciter cadentibus, vti in illa rerum, negotiorúmque incurſantium turba, nihil de ſtudio virtutis, nihil de animi tranquillitate, nihil de pio animi affectu pereat; quod certè non eſt omnium, nec inexercitati cuiuſque, ſummè tamen eſt neceſſarium (nam ſecus, dum accedunt Religioſis Domus nouę familiis, fit maior vitiorum acceſsio, multóque grauius emergit emolumentis omnibus detrimentum) ſiue tandem, quod caput eſt, vt rebus quę pietatem, quę ſtatas leges, aliáve attingunt ad Dei cultum facientia, ſanctè, ſynceréque ſtatutis ab principio: ſequantur pari curſu cętera, & nouis accrementis aſſurgant, ruitura profectò, atque peſſum itura, (tanti intereſt quorum exemplis, veſtigiiſque inſiſtas) ni cœpta ſanctè, exque Religionis pręſcripto forent. En ergo ipſas tabulas, quarum apices etiam attendant velim illi, quos negotium attingit propius. *RELIGIOSO viro Domino Fratri* Aymoni *Priori Maiori Ordinis Carthuſienſis, amicè cariſſimo*, Gaubertus *permiſſione diuinâ Arelatenſis Archiepiſcopus* Dom. Papę *camerarius ſal. & ſynceram in* Dom. *charitatem*

Iubetur Prior Carthuſien, mittere Cadurcũ Religioſos 13 eoſq; lectiores.

Cur non niſi viri ſanctiores ad hæc auſpicia mittendi

tte. æ Gauberti Camerarii ad Priorem Carthuſ. nomine Pōtificis

Cum præfatus Dom. noſter ſummus Pontifex, qui tanquam pius Pater ad augmentum veſtræ Religionis intendit, quam ſpeciali deuotione proſequitur; iuxta ciuitatem Cadurcenſem habeat quandam Eccleſiam ſiue capellam cum domibus decentibus & clauſtro, horto & viridario, ac cæteris redditibus, quæ quidem omnia vſui dictæ Religionis veſtræ Carthuſienſis deputare diſpoſuit; ſintque præſertim nunc in principio neceſſarij quamplurimum boni fratres prouidi & prudentes, & maximè ille qui deputabitur pro Priore *in loco prædicto. Vobis de conſcientia ipſius Domini noſtri ſcribimus, quatenus aliquem fratrem virum vtique prouidum & prudentem, & duodecim fratres alios, bonos, idoneos, & honeſtos procuretis quantocyus ad locum prædictum, per vos infallibiliter deſtinandos, nobis quidquid ordinaueritis quantocyus per latorem præſentium reſcribentes. Datum Auenione 3. Nouem. Pontificatus D.N. Papæ Ioann. XXII. an. 13.*

Prior Cadurcen. domus Carthuſ. mittitur Ioannes de Laſſana Fanius cum 12. aliis

Vixdum Camerarij litteras legerat *Aymo*, vix ceras quibus de acceptata Ioannis gratia reſcriberet, ſubnotarat, cùm ex monaſterio *Bonæ fidei* Priorem Cadurcenſem *Ioannem de Laſſana*, cui & nomen Fannio, duodecim Religioſos alios variis è cœnobiis electurum extemplò euocat hiſce litteris, *Dilecto in Chriſto fratri ſuo Domino* Ioanni de Laſſana, *Monacho Bonæ fidei Carthuſienſis ordinis, & quondam Priori vallis bonæ Frater* Aymo *Prior Carthuſiæ ſalutem, & per veram obedientiam perpetuam gloriam promereri. Cum ſanctiſſimus & Reuerendiſſimus in Chriſto Pater noſter Dominus* Ioannes ſummus Pontifex *Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ diuino afflatus ſpiritu & Zelo quem ab antiquo habet erga pauperem & modicum ordinem noſtrum Carthuſienſem, nuper ordinauit conſtituere vnam domum nouam noſtri ordinis in loco natiuitatis ſuæ, ſcilicet in quadam domo, quæ fuit quondam Templariorum, extra muros ciuitatis Cadurcenſis pro ſuſtentatione vnius Prioris & duodecim Monachorum noſtri ordinis quos quantocyus bono noſtro fieri poterit, vult præd. Dom. Papa ſibi tranſmitti & præſentari apud Auenionem, prout tam per litteras R. in Chr. Patris Dom. Archiep. Arelatenſis Camer. præd. Dom. P.P. quam per litteras dilecti in Chriſto fratris noſtri Prioris Boni-paſſus intelleximus euidenter, & idcircò nos cum conſenſu & conſilio conuentus noſtri prouidimus de vobis auctoritate Capituli generalis qua fungimur ſuper annum: & vos elegerimus in Priorem dictæ domus, vobis auctoritate præd. damus licentiam & auctoritatem, accipiendi duodecim monachos per domos noſtri ordinis ſub ſpe beneficij ſpiritualis, ſcilicet tricenarij à Generali Capitulo obtinendi, ſi in ipſa domo fecerint profeſſionem & perſeuerauerint ad ordinis voluntatem. Conſulimus autem, vt in prædictis omnibus vtamini conſilio & auxilio dilectorum in Chr. Patrum veſtrorum, & Fratrum noſtrorum, Priorum ſcilicet Bonæ fidei Vallis-bonæ. In quorum fidem, &c. Datum Menſe Nouembri, &c.* vt ſupra.

217

Auenionem proficiſcitur iam deſignatus, electuſque Cadurcenſis 218

Cœnobij

Iubet Ioannes XXII. vt Guillelmus Vicarius Bertrandi noſtri eos in poſſeſſionem inducat.

Cœnobij Prior Ioannes, obtemperaturus Pontifici, cum bene lecto fratrum numero : quos vnà pro ſuo affectu totis amplexatus animis Pontifex poſt felices precationes, benedictionémque ſolemnem, Cadurcum mittit diplomate munitos Pontificio, quo *Guillellmus de la Capella Bertrandi de Cardaillaco Cadurcenſis Antiſtitis generalis Vicarius*, iubetur eos in eorum bonorum quæ iam ceſſerat Pontifex, poſſeſſionem ritè immittere. Verba hæc ſunt diplomatis tota ad familiæ *Carthuſienſium* ſanctiſſimæ commendationem haud parum facientia. *IOANNES Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto fil. Mag.* Guillelmo la Capella *Præpoſito de Nauis in Eccleſia Tutellenſi, Venerabilis Fratris noſtri Bertrandi Epiſcopi Cadurcenſis Vicario ſal. & Apoſt. Bened.* Gratum *altiſſimo qui non ceſſat à benedictionibus gratiarum, cuique nunquam ſine remuneratione ſeruitur, præſtare obſequium probabiliter arbitramur, ſi Carthuſienſem ordinem cuius ſynceritas in ſui ſimplicitate non deficit, ſed quaſi lux ſplendens vſque ad diem perfectum creſcit* Domino *promouente, opportunis proſequamur fauoribus, ipſiuſque plantationem & cultum ampliare ad diuini nominis & animarum ſalutem fidelium, ſtudio paternæ ſollicitudinis procuremus. Nuper ſiquidem domum quæ fuit olim Ordinis militiæ Templi (ante ſublationem eiuſdem) ſitam in ſuburbijs Ciuitatis Cadurc. cum Capella, ædificijs, domibus, vineis, &c. quam domum cum omnibus prad. à dilectis filijs Mag. & FF Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, ad quos poſt ſublationem prædictam ex conceſſione, ac incorporatione bonorum templi facta per ſedem Apoſt deuenerat, emi noſtro, & Eccleſiæ Rom. nom, ne fecimus, & acquiri præfato Carthuſienſi ordini, ac dilectis filijs Priori, & FF. Ordinis eiuſdem duximus auctoritate Apoſt. in perpetuum concedendam. Volentes, ac etiam decernentes, quòd Eccleſia ſeu Capella B. Mariæ dictæ domus, deinceps Monaſterium Carthuſienſis ordinis nuncupetur. Sane cum dilectus filius Ioannes Fanij dicti Carthuſienſis Ord. Monachus & Prior Monaſterij prælibati accedat illuc de noſtro beneplacito, cum certis ſui Ordinis FF. in eodem monaſterio moraturus, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus eundem Priorem in poſſeſſionem corporalem Monaſterij, domorum, ædificiorum, vinearum, terrarum, hortorum, gardinorum, redditnum, iurium, prouentuum, & bonorum quorumcunque ad dictum Monaſterium ſpectantium, ſicut ad prædictam domum antea pertinebant, inducens auctoritate noſtra, & defendens inductum, eidem de iuribus, prouentibus, redditibus, fructibus & obuentionibus ſupradictis integrè facias reſponderi. Et nihilominus de redditibus, fructibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis quæ obuenerint toto tempore quo ſub manu noſtra extitit dictus locus, à quibuſcunque illorum receptoribus ſeu adminiſtratoribus, rationes audire, & recipere legitimas ſtudeas diligenter, faciendo ſibi noſtro nomine reſidua integraliter aſſignari, eaque conſeruando fideliter & ſolerter, donec à nobis aliud receperis, ſuper hoc*

Digitized by Google

Conceſſæ indulgentiæ Eccleſiam eam ritè adeuntibus ab Epiſcopo Napron.

Litteræ Vicarii Epiſcopo Napronen. poteſtatem facientis.

qui in feſtiuitatibus conſecrationis ſeu dedicationis, & aliorum SS. prædictorum, & per octauas eorundem, tam Dedicationis, quam cuiuslibet ſanctorum & ſanctarum prædictorum, dictam Eccleſiam perſonaliter viſitabunt, XL. dies de Indulgentia conceſſimus & donauimus. Tenor verò litterarum præd. ſequitur ſub his verbis. Reuerendo P. Dom. Epiſcopo Napronenſis Diœceſis, ordinis Carmelitarum, Berengarius Mercerij Doctor Decretorum, Canonicus Ruthenenſis & Vicarius gener. in ſpiritual. & temporal. Eccleſiæ Cadur. pro Dom. Epiſcopo eiuſdem in ſeruitio ſummi Pontif. noſtri exiſtente ſalutem in filio Virginis glorioſæ: Vt Monaſterium, ſeu Eccleſiam S. Marcelli de Pogeto Diœc. Cadur. Altaria, Cœmeteria, & alia ornamenta, tam indumenta quàm alia benedicere & conſecrare valeatis, licentiam vobis ſpecialem impertimus, tenore præſentium concedentes. Datum Cadurci ſub ſigillo Curiæ Officialis Cadur. die Martis ante feſtum B. Gregorij Confeſſ. A. D. 1312. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras, &c. Acta fuerunt hæc in loco præd. de Pogeto Cœmeterijs, & Eccleſ. præd. Anno à Nat. Dom. 1322. menſe & diebus quibus ſupra.

Obiit Guillelmus A. D. 1324. Supra nu. 133. 146. 147.

Tumulatur in ſacello S. Thomæ de Aquino, à ſe cōdito Auenione. Ratio temporis.

Extinctum Anno Chriſti 1324. Guillelmum ſuſpicor ex *Cadurcenſis* 207
Tabularij actis quibus *Aymericus de Corſo* Seneſcallus Petragorenſis, Cadurcenſiſque inuaſa vacuæ ſedis bona, defuncto ſcilicet id temporis Guillelmo, in ſolidum Capitulo cedere continuò iubetur, nullo ad ea inuadenda iure alio vſus quàm quo toties cecidiſſe pronuntiatâ ritè ſententiâ fiſcales exactores ſæpiùs ſuprà demonſtrauimus. Diem obitus annotat, omiſſo tamen anni computo. Necrologicum Kalendarium Cadurcenſis Capituli in hæc verba. *Sexto Non. Iul obitus* Dom. *Guillelmi Cadurcenſis Epiſc.* Tabulæ item Cadurcenſes *Dominicanorum Cœnobij*, quibus id mantiſſæ auctariiique loco docetur inſuper, Auenione fatis functum S. *Thomæ Aquinatis* ſacello tumulari poſt fata voluiſſe, quod videlicet eo fine conſtruxerat in eximii, totoque orbe celeberrimi, ſanctiſſimique Doctoris gratiam non ita pridem Ioannis XXII. noſtratis calculo, ſanctorum Ordinibus accenſiti ſuperiore ſcilicet anno trecenteſimo vigeſimo tertio ſupra milleſimum, vti Religionis in Diuum præoccupatæ præmium Superi haud cenſuerint differendum, euocato vt credimus ſuas ad cohortes *Guillelmo*. Itaque ab anno Chriſti 1316. ad 1324. ſederit.

BERTRANDVS DE CARDAILLACO.

BERTRANDVS *Cardaillacæ* gentis nomine, ſtemmatéque nihil illuſtris 208
minus, quàm Guillelmus eo nomine IV. noſtros inter Antiſtites,

Bertrandus ab A. C. 1325. ad 1367. Singulis penè annis longè plurimos clientes ad fidei profeſſionē admittit.

aſſerto vindicatóque ſedi comitatus iure olim nominatiſſimus, Guillelmo Labroa ritè ſublectus multam dicendi copiam tantò vberius ſuppeditabit, quanto & diutius ſedem tenuit, & ea ſeculi quarti ſupra decimum parte, quæ non niſi luculentiſſimis monumentis noſtrates inter annotetur, diſtinguatúrve. Enimuerò dum Epiſcopalis Archiui monumenta otioſè luſtrarem, perlegerémque, Reuerendiſſ. *Simeonis*, & indulgente gratia & ſollicitudine adiuuante, inque operæ partem atque laboris veniente, vix vllus ab extremo Guillelmi anno (hunc 1324. iam euicimus) ab 1367. fatalem, extremúmque Bertrando, intercurrit, quo non tota Epiſcope luſtrandâ accurrentes ad clientelæ profeſſionem Cadurcino toto nobiliores quoſque, vltroque aduolantes, atque procumbentes admitteret ingens, atque immanis Epiſcopalium homagiorum codex, vnicum Bertrandi nomen cum ſingulorum annorum, clientúmque accurrentium nomenclatura continet: nec tamen grandis ad tot tantáque capienda ſufficit ipſe: quin & id genus homagia Bertrando Cardaillacco delata, Codices alios affines, ſparſáſque membranas innumeras occupant paſſim tabulario illo, ad hominis & nomen & maieſtatem, perpetuâ memoriâ in omnes poſteros propagandam. Nimirum addecebat vt cui nomini, familiæque Comitatum debebat ſedes noſtra, eidem agnoſcendæ, atque ex animo venerandæ lubens ſubmitteret clientes omnes. Quod vnum argumentum mihi omnium inſtar eſt, ad ſedis Bertrandi continuãdum ſplendorem, eorúmque inſcitiam arguendam, qui rerum noſtrarum inſolentes Tabulariis luſtratis nunquam, ex aliena fide Epiſcoporum noſtratum indiculos effingunt commentitiis, aſſutiſque præſulibus contra fidem omnem hiſtoriæ, tabularumque noſtrarum omnium paſſim aſſutos, atque per vim inſertos.

A 1328 fœnerator cedit iure ſuo in gratiam Bertrãdi.

209 At præter illa Homagiorum decora, quæ infinita licèt, breui vno perſtrinxi capite, alia ſuis ſingula annis occurrunt attexenda. Extat peruetus ſcheda, qua Cadurcenſis ciuis *Guillelmon Ioannis libras Turon. 25. annui fœnoris ſibi debiti dudum ex mutuo Raimundo & Guillelmo Epiſcopis Cad. dato, pendendáſque à ſucceſſoribus, mente commutata in melius, in Capellani perpetui ſtipendium transfert* hac ſubnotatione, *nono Nouemb. A. D.* 1328. *Bertrando Epiſcopo Cadurcenſi.* Ad hunc ipſum Bertrandum ſpectant, duo illa præclara noſtræ decora ciuitatis, *Carthuſienſium familia, Academiáque* nobiliſſima eo ſedente nobis importata diuinitus, & vi non tam occultâ numinis, quam aperta collata, per opem ſcilicet *Ioannis* XXII. è Cadurcenſis ſoli natalibus ad ſupremam ſedem euecti, de quo nonnihil hic attexere cogit hiſtoriæ, rerúmque ſeries.

Ioannis XXII. Cadurcẽſis operâ Cadurcũ Carthuſiẽſibus & Academia nobilitatur.

210 Genuit ergo Cadurcum noſtra A.C. milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto ſedente apud nos ea ſeculi Epoche Gerardo IV. *Iacobum Oſſa* (ſic quippe tunc appellabatur) vili ignobilique familia *Arnaldo Patre cui & dictæ ipſæ cognomen* [illegible] fatum ſic enim addecebat nullis

clarum natalibus ſibi vni poſt Deum debere omnem ſplendoris acceſſuri gloriam, hominem corporis, animique inſignem dotibus. Excelſus erat atque ingens in breui licèt corpore, tantò videlicet uegetior, collectiórque animus, temperies corporis ad bilem pronior, quæ ferè eſt acriorum ingeniorum, ſubtiliorum, adque alta, grandiáque factorum ſors, vt pungat bilis motus mentis, atque exacuat, fidus etiam uirtutis ſatelles, ſi præclarum & generoſum aliquid audendum fuerit, modeſta corporis conformatio, mira cibi, ac potus parcitas, innatus ſtudii litterarii feruor, obiicientibus ſeſe identidem familiæ, nataliumque probris, atque ad maiora extimulantibus hominem ad ſummum humanorum faſtigium euexere. Applicat ergo animum à primis annis, quibus ſpem futuræ vitæ omnem, per inertiam ſummam, deſidiámque noſtro ferè æuo iuuentus ludit) ad litterarum, pietatiſque ſtudium; Iuri ſe dat vtrique progreſſu tanto, vt Regis Siciliæ Caroli Proſcriba primum, tum Cancellarius, mox vt ſe virtus ipſam euehit, attollitque, Forudienſis Epiſcopus primum in Aquenſi prouincia, tùm Auenionenſis, ac tandem anno 1312. *Clementis* V. Pontificatus anno 8. Auenione *Cardinalis* Epiſcopus Portuenſis ſanctę Rufinæ hominis meritis, Regúmque ac Principum, qui fidelem, nauumque ſat experti fuerant encomiis iure optimo expoſcentibus, creatus fuerit. *Clemente* dehinc vita functo A. 1314. ad 12. Kal. Maias, elato, tumulatóque honorificè, nouêdialibúſq; conuentu Cardinalium non infrequenti, *Carpentorati* celebratis, de nouo creando Pontifice diu actum & variè ſtudiis, molitionibuſque partium in diuerſa trahentibus, donec Philippi Comitis Pictauenſis id temporis conſilio, ſolertiáque, Lugdunum alio nomine vocati Cardinales, non niſi renuntiato vno Principe vniuerſæ Eccleſiæ, diutius iam orbatæ Parente ac Pontifice ſunt dimiſſi. Vnis ergo votis ac calculis *Iacobum Oſſa* noſtrum, abſentem illum, nec coram niſi meritorum, ſapientiæue famâ prenſantem nominant, denuntiántque, Pontificem Anno 1316. ad ſeptimum Idus Sextiles, Nonis Septembribus ſolemniter coronandum; Ioanniſque XXII. deinceps nomine appellandum.

Ioannis ſtirps

Corporis habitus.

Modeſtia.

Studia.

Regi Siculo carus

Forudienſis Epiſcopus, Auenionenſis

Cardinalatus.

Papatus.

De his *Ciaconius in Ioanne XXIII. alias XXII. quem facit Papam 209. Platina, Onufr. Genebr. Antons.*

Neque ſegnem, inertémque deſidiam grandi iam licet natu vir, alterum ſupra ſeptuageſimum annum agens fouendam adeò autumans, totus ſe ad res Eccleſiaſticas quà priuatas, quà publicas gerendas ritè adminiſtrandaſque conuertit. Librum decretalium ſeptimum, *Clementinas* appellant, à Deceſſore *Clemente* V. Viennenſis Concilij mentem ſecuto inchoatum, perfecit ipſe, publicauit, ſolemnique Diplomate anno Pontificatus altero, confirmauit. Solemnis *Chriſti Corporis feſti* ſolemnitatem renouat tota Eccleſia, TRIADI ſacroſanctæ ſacrum, ab *Pentecoſte octauum diem* fore in perpetuum primus ſancit; *ad Ieſu nomen flexuris poſthâc piè genua* quadraginta indulgentiarum indulget dies in vices ſingulas. Sanctorū albo ritè inſerit *Thomas binos* ſãctitate ſat iam cōperta. *Herfordienſē* 211

Præclara Ioannis XXII acta, in vniuerſâ Eccleſiâ

illum Antiſtitem Anglum, nobilitate, Iuris ſacri peritia, Theologica eruditione. *Aquinatem* hunc ex ſacra *D. Dominici familia*. Laudatum nunquam ſatis diuinarum rerum peritia inſigni, ſcholæ ſacræ pharum ac ſolem animi, corporis, ſtirpis (qui Regem Galliæ *Ludouicum* ſanctiſſimum etiam affinitate contingeret) virtutis cumulatiſſimæ partibus omnibus abſolutiſſimum, in ſanctorum retulit album. Monachorum alborum Montis oliueti vt vocant, cœnobia, priſtinæ diſciplinæ, ſanctique Benedicti legibus, *Grandimontenſem* item *ordinem* antehac florentiſſimum excuſſæ ſanctitati reſtituit. *Michaelem* Græcorum imperatorem eiurata hæreſi, ſchiſmaticaque pertinacia, Eccleſię recepit ſinu. *Fraticellos* aliosque nonnullos, qui nihil Christum, nihil Apoſtolos, ſiue priuatim, ſeu in commune, vnquam proprij nactos, ſed dominio eo omni ſemper exutos pernicacius tueri auſi, multum de Chriſtianæ virtutis cumulo detractum crederent, ſi quid in commune etiam qui poſſiderent conuictos damnatos, exuſtos, eſt ſeueriſſimè perſecutus, atque ad eam hæreſim ex omnium deinceps animis abradendam, diplomatis Pontificiis, toto orbe vulgatis, & Chriſto, ac Apoſtolis, vel in commune ſaltem aliquid rerum tenuium queis vterentur adhæſiſſe Dominij, pro ſummo iure Pontificio definiuit, vt habeant quo ſe tueri poſſint, qui dum maioribus Eccleſiæ emolumentis intenti, quominus cura corporis ab officiis animi diſtrahantur, facultatum ſubſidia vel in commune minimè reſpuunt, contra calumnias id genus quæ ſuboriri poſthac, aut tunc ſerpere latius facilè potuiſſent. Extat ſtatutum Pontificium cum aliis non paucis, quæ extrauagantium nomine Canonico iuri inſeruit, vt ſanciret etiam leges, Cadurcum noſtrū toti orbi Catholico. Ab eo fluxit ille mos, quo ter pulſato campano ære ſolemniter admonemur omnes ſub veſperum de MARIA *Deipara ter ſaluranda*, déque *Dominicæ* ἐνσαρκώσεως hoc eſt gratiæ omnium maximæ renouanda memoria; Atque vt à communioribus illis ad priuata deſcendam illi debet *Toloſa* Archiepiſcopatus gloriam, & ſplendorem; illi Epiſcopales infulas *Riuenſis, Lombarienſis, A S. Papulo Appamearúmque Antiſtites*, vt & *Montalbanenſis, Vaurenſis, Mirapicenſis* de quibus iam ſuperius: *Caſinatem Abbatiam* toto orbe nominatiſſimam illam, *Cathedralem ſedem* effecerat, quam tamen poſt minoris pietatis experimenta *Vrbanus* V. formæ priſtinæ reſtituit. Sileo immenſam auri vim, quò piis operibus aggrediendis, damniſque Eccleſiæ propulſandis ſufficeret accruatam, vt aureorum *centies viginti quinque millia ærario Eccleſiaſtico* reliquerit, quæ profudiſſent alii in res vanas ac futiles, ad inanes, vt fit, rumuſculos, variæq; oſtentationis fumum pueriliter aucupandum, aut affinium immeritorum licèt augendo cēſu temerè prodegiſſent. Sileo bella cum *Ludouico Bauaro*, vel inuita Romana ſede, inuadere auſo imperium, auſumq; probris in Pontificē ſparſis (quibus noſtris inuidrebus, crediderc non pauci pluſculum) nouiq; ſchiſmatis tutari pertinacia

Vide horum damnationē Extrauagg. Ad Conditorem & Cum inter nonnullos & Quia quorumdā

Genebr. Chro Polydo. 6. de Inu c. 12.

ſupra nūm. 200. & 201.

Atenim collata ſuis beneficia tacere hic non minus poſſum, quàm ingratiſſimi ſubire dedecus,

Ioannis XXII. animus in Cadurcenſes.

Ipſis Sedis auſpiciis, gratæ in patriam teſtificationis monimentum amplisſimum hoc accipe Lugduni datum 7. Idus Septemb. Pontificatus anno 1. *Ioannes Epiſcopus, &c. Dum iugi memoria ad mentem noſtram reducimus natale ſolum ciuitatis noſtræ, cuius eſt nobis commemoratio placida, & meditatio, ex plenitudine quam ad illam gerimus dilectionis accepta, vtpote in illa geniti maternis lactati vberibus, & vſque ad prouectioris ætatis tempora educati, gratum gerimus, & benignum precibus veſtris accommodamus aſſenſum, eas potiſſimum ad exauditionis gratiam admittendo, quæ veſtrum honorem & commodum reſpicere dignoſcuntur, &c.* Nec ſe vanis pollicitationibus, aut effœtis verborum tabulis, amor ille continuit; neque certè ad futilia, aut ludicra nomina patriæ procuranda conuertit, ſed ad ſolidam inconcuſſam, atque introrſus verſam gloriam vrbiſque maieſtatem. Duobus contineri officia humana omnia, notum ſat ſuperque erat Pontifici, morum ſanctitate videlicet & veræ Chriſtianæque ſapientiæ legibus, documentis, atque peritia. Pientiores, atque toto famoſiores orbe familias, vixdum enatas, Religioſorum ordinum ipſis auſpiciis euocatas Cadurcum in Eccleſiaſticæ rei ſubſidium, perque humaniter ac liberaliter exceptas ab Antiſtibus Capituló que, & coràm ipſe viderat, & luculenta, flagrantique fama domi ab puero ipſe didicerat. Supereſſe ratus ad ſanctitatis cumulum aliquid de ſanctiſſimo Carthuſienſium ordine adlegendo cogitat primùm, ſuo deinde tempore ad nobilem *Academiam* inſtituendam & ſtudia, & curas omnes collaturus. Enimuerò quibus munire Cadurcum munimentis contra hoſtium omnium inſultus poterat fœlicius Pontifex: quibus augere ſacris copiis fortunatius, quàm lecta diuinorum militum manu, qui toti primum in corporis motibus omnibus edomandis ac ſopiendis, affectibus acerbioribus, acrioribuſque ſedatis ſemel ex ſeuerioris vitæ legibus, appetitus corporis omnes edomitos continuò, continenter in officio tenent: tum in membrorum vi dominatu aſſerto mentis, hoc vnum enituntur, vt dies, noctéſque omnes, diuina tantùm, memoriâ teuoluant, animo meditentur affectu ſapiant, vt vni Deo viuant, vt omnium aliorum amandato commercio cœlum vnum ſpirent & reſpirent: ac quaſi emenrita hominum ſpecie, cœli municipes Angelicam, aut Seraphicam vitam in terris tantum viuant, præoccupato etiamnum immortalitatis cœleſtis otio illo alto, atque perenni? Dum ſcilicet nos diffundimur, diſtrahimurque in mille curas, quâs agendi neceſſitas aliquando, paſſim affectus præceps ingerit, dum bella mouemus, dum acies inſtruimus, hi ſeceſſus edito monte Moſes alij, cum Deo colloquuntur, & nobis triumphi relicta gloria vincunt ipſi precum præſidio; nóſque & ciuitatem noſtram, vitæ, orationúmque ſanctiſſimarum ſcuto tectam defenſant ac tutantur. Hos igitur iure quam optimo euocandos *Ioannes*

212

Supra nu. 90. 91 & 144.

Cogitat Ioannes de vocandis Cadurcum Carthuſienſibus, & cur.

exiſtimat, nullique vt res ex voto cadat curæ nulli parcendum ſumptui quia eſt prudentia pietatéque arbitratur.

213 Hieroſolymis excitatus iam ante ducentos circiter annos *Templariorum ordo fuerat* principibus duobus *Vgone Pagano* ac *Gothofredo à Fano Odemari* frequenti clientium comitatu caſtitate, atque obedientiâ apud Patriarcham ritè votâ, eò conſiliô vt piis peregrè illuc euntibus iter à latrociniis impiorum tutum præſtarent; Area, vbi arma caperent, quo ſe reciperent ad primas ædes extruendas pro templo attributa Templariis nomen indiderat. Nihil eo tempore aduerſus Barbarorum incurſus certius, nihil inuictum magis, nihil exutis armis, quæ induiſſet pietas ad omnem morum honeſtatem, ſuauitatémque procliuius, In Francia Patrum Concilio in *Triccaſſibus* habito, Epiſcopo *Albano* præſide, *Honorij Papæ* Legato A.C.1128. decimo ſcilicet poſt auſpicia ipſa approbatus ordo ſolemniter, rubriſque crucibus, quæ càdidiſſimas veſtes notarent inſignitus, ita breui excreuit, vt nihil Galliâ, Europâque totâ celebrius, nihil tractu hoc toto ditius; adeò vt Cadurci etiam *ædem* S. *Mariæ*, prouentúſque illic immenſos nacti forent, ad robur hominum, pietatémque alendam, contribuentibus noſtratibus. At dehinc commutatis moribus, iis orbe Catholico iure eiectis, *Hoſpitalium D. Ioannis* familia bonis quæ ſolo continerentur donata omnibus, illis etiam Cadurcenſibus ædibus locupletata, eas tandem Ioannis noſtri ſuaſu, emptionéque Carthuſienſibus côceſſit Patribus. Sic nimirum res habet ex fidis annalibus eruta. Templarii ineunte hoc ſæculo decimo quarto ab inſtitutis primæuis alieni, cum Saracenis, atque Turcis ſentire, Chriſtianam rem prodere, aliis etiam criminibus atrocioribus etiam illis, priſtinam laudem omnem traducere: Chriſtum Dominum eiurare, Idolum humano tectum corio colere, infantúmque aſſorum ſanguine ac liquore linire, cruces ſacras quibus olim ceu inſignibus vſi ſputis fœdare, nefariam impunè profiteri libidinem, Hieroſolymorum Patriarchæ, cui ſe toti mancipauerant detrectare imperium. Regis Philippi Pulchri comprehenſi imperio Galliâ tota, grauiſſimorum comperti ſcelerum, damnati paſſim, extinctique: déque *Concilij Viennenſis* ſententia, ac *Clementis*, cui *Ioannes* ſuffectus placito, totus extinctus ordo, abradendæ omni memoriæ, ſic vt eorum bona mouentia regio fiſco ceſſerint; quæ ſolo continentur D. *Ioannis hoſpitalarijs* decreto Pontificis ſint attributa, quæ inter Cadurcenſia illa bona non exigua certè numerabantur.

Templariorum initia & progreſſus etiam Cadurci fœliciſſimi.
Guill. Tyr. lib.12, de bello ſacro c.7
Aud. ber. c.4. de origin. milit. Aemil. Baro A.C.1118. n.21

Templariis ob ſcelera deletis ſuffecti hoſpitalarij.
Trateol. V. Templaris, Genebr. chron. haud b.157.
Concil. *To. 3. in* Concil. *Vienn.*
Aemil. in Philippo Val.

214 Hic *Ioannis* ſolertia, ſapientiáque enituit. Cadurco *Carthuſienſes* hoſpitalariis vtiliores ratus, horum bona coemit vniuerſa, ad illos ritè transferenda. Extant in Cadurcenſi Carthuſienſium cœnobio tabulæ publicæ à me perlectæ, quarum prolixitate deterritus ſingulos mitto exhibere articulos, paucis hiſce contentus quibus de pretio, de pacto, de ipſis paciſcentibus, déque ipſo tempore conſtet ſatis. ſic enim habent, *Venditio*

Ioannes XXII. emit ab Hoſpitalariis domum ſanctæ Mariæ Cadur.

ctoritate Apoſtolica erigimus, & quam Monaſterium eiuſdem Ordinis volumus, & decernimus de cætero nuncupari, ac omnibus aliis ædificijs. bonis, & iuribus prædictis vbicunque ſint, & quocunque nomine cenſeantur. ad opus eiuſdem Monaſterij vobis & eidem ordini veſtro, habenda, tenenda, & poſſidenda perpetuò eadem auctoritate Apoſtolica, de fratrum noſtrorum conſilio concedimus & donamus, volentes, ac etiam decernentes quòd amodò Monaſterium prædictis omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, vobis & eidem ordini, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate conceſſis plenè, ac liberè gaudeat, ac ſi de Monaſterio ipſo in eiſdem priuilegijs plenè & expreſſe mentio haberetur. Nulli ergo, &c. Datum Auenione decimo quarto kalend. Ianuarij, *Pontificatus noſtri Anno decimo tertio.*

216 Iubetur & circa eadem tempora, Maior Carthuſienſium prior Religioſos viros tredecim è quorum numero præficiatur cæteris vnus, deſtinare Cadurcum nouæ Domus primordiis ritè, ſanctéque ineundis. Gauberti camerarii litteras, Ioannis nomine, eóque fine ſcriptas, animus eſt attexere, tum ad ſacræ hiſtoriæ ſeriem confirmandam, tum vt ex ſapientis Archiepiſcopi verbis addiſcant ij quorum eſt ad ſimilia exordia delegare, viros inſignes, ſolidáque virtute claros ſubmittendos tum maximè, ſiue vt maiorem concilient opinionem ſanctitatis, Religioſis domibus, quæ exemplo docendum habent cæteros, perneceſſariam, ſiue vt in illis auſpiciis, quibus conſtituta nondum ſunt ſingula, ſed vero ob locorum, rerumque id genus incommoda, nequit ita rigidè, exactéque Religioſæ vitæ mos obſeruari vti ſucceſſu temporis, rebus iam videlicet conſtitutis, pèrque ſeipſas fœliciter cadentibus, vti in illa rerum, negotiorúmque incurſantium turba, nihil de ſtudio virtutis, nihil de animi tranquillitate, nihil de pio animi affectu pereat; quod certè non eſt omnium, nec inexercitati cuiuſque, ſummè tamen eſt neceſſarium (nam ſecus, dum accedunt Religioſis Domus nouæ familiis, fit maior vitiorum acceſſio, multóque grauius emergit emolumentis omnibus detrimentum) ſiue tandem, quod caput eſt, vt rebus quæ pietatem, quæ ſtatas leges, aliáve attingunt ad Dei cultum facientia, ſanctè, ſynceréque ſtatutis ab principio: ſequantur pari curſu cetera, & nouis accrementis aſſurgant, ruitura profectò, atque peſſum itura, (tanti intereſt quorum exemplis, veſtigiiſque inſiſtas) ni cœpta ſanctè, exque Religionis præſcripto forent. En ergo ipſas tabulas, quarum apices etiam attendant velim illi, quos negotium attingit propius. *RELIGIOSO viro Domino Fratri* Aymoni *Priori Maiori Ordinis Carthuſienſis, amicè cariſſimo*, Gaubertus *permiſſione diuinâ Arelatenſis Archiepiſcopus* Dom. Papæ *camerarius ſal. & ſynceram in* Dom. *charitatem*

Iubetur Prior Carthuſien, mittere Cadurcū Religioſos 13 eoſq; lectiores.

Cur non niſi viri ſanctiores ad hæc auſpicia mittendi

Cœnobij Prior Ioannes, obtemperaturus Pontifici, cum bene lecto fratrum numero: quos vnà pro ſuo affectu totis amplexatus animis Pontifex poſt felices precationes, benedictionémque ſolemnem, Cadurcum mittit diplomate munitos Pontificio, quo *Guillellmus de la Capella Bertrandi de Cardaillaco Cadurcenſis Antiſtitis generalis Vicarius*, iubetur eos in eorum bonorum quæ iam ceſſerat Pontifex, poſſeſſionem ritè immittere. Verba hæc ſunt diplomatis tota ad familiæ *Carthuſienſium* ſanctiſſimæ commendationem haud parum facientia. *IOANNES Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto fil. Mag.* Guillelmo la Capella *Præpoſito de Nauis in Eccleſia Tutellenſi, Venerabilis Fratris noſtri Bertrandi Epiſcopi Cadurcenſis Vicario ſal. & Apoſt. Bened.* Gratum *altiſſimo qui non ceſſat à benedictionibus gratiarum, cuique nunquam ſine remuneratione ſeruitur, præſtare obſequium probabiliter arbitramur, ſi Carthuſienſem ordinem cuius ſynceritas in ſui ſimplicitate non deficit, ſed quaſi lux ſplendens vſque ad diem perfectum creſcit* Domino *promouente, opportunis proſequamur fauoribus, ipſiuſque plantationem & cultum ampliare ad diuini nominis & animarum ſalutem fidelium, ſtudio paternæ ſollicitudinis procuremus. Nuper ſiquidem domum quæ fuit olim Ordinis militiæ Templi (ante ſublationem eiuſdem) ſitam in ſuburbijs Ciuitatis Cadurc. cum Capella, ædificijs, domibus, vineis, &c. quam domum cum omnibus præd. à dilectis filijs Mag. & FF Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, ad quos poſt ſublationem prædictam ex conceſſione, ac incorporatione bonorum templi facta per ſedem Apoſt deuenerat, emi noſtro, & Eccleſiæ Rom. nom. ne fecimus, & acquiri præfato Carthuſienſi ordini, ac dilectis filijs Priori, & FF. Ordinis eiuſdem duximus auctoritate Apoſt. in perpetuum concedendam. Volentes, ac etiam decernentes, quòd Eccleſia ſeu* Capella *B. Mariæ dictæ domus, deinceps Monaſterium Carthuſienſis ordinis nuncupetur. Sane cum dilectus filius Ioannes Fanij dicti Carthuſienſis Ord. Monachus & Prior Monaſterij præhbati accedat illuc de noſtro beneplacito, cum certis ſuis Ordinis FF. in eodem monaſterio moraturus, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus eundem Priorem in poſſeſſionem corporalem Monaſterij, domorum, ædificiorum, vinearum, terrarum, hortorum, gerdinorum, redditũum, iurium, prouentuum, & bonorum quorumcunque ad dictum Monaſterium ſpectantium, ſicut ad prædictam domum antea pertinebant, inducens auctoritate noſtra, & defendens inductum, eidem de iuribus, prouentibus, redditibus, fructibus & obuentionibus ſupradictis integrè facias reſponderi. Et nihilominus de redditibus, fructibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis quæ obuenerint toto tempore quo ſub manu noſtra extitit dictus locus, à quibuſcunque illorum receptoribus ſeu adminiſtratoribus, rationes audire, & recipere legitimas ſtudeas diligenter, faciendo tibi noſtro nomine reſidua integraliter aſſignari, eaque conſeruando fideliter & ſolerter, donec à nobis aliud receperis, ſuper hoc*

Iubet Ioannes XXII. vt Guillelmus Vicarius Bertrandi noſtri eos in poſſeſſionem inducat.

in mandatis,ſuper quibus omnibusnec non contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, plenam tibi tenore præſentium concedimus facultatem. D*atum Auenione kalend. Januar. Pontif. noſtri anno* 13. Extant in Carthuſienſium Archiuo tabulæ fuſiores illæ, Guillelmi Vicarij (quibus & hæ Pontificiæ inſeruntur) horum omnium teſtes; illius inſuper anno 1328. die Mercurij poſt feſtum Epiphaniæ vndecima hæc erat Ianuarij ritè, legitimè, ſolemnitérque admiſſos in eorum dominium quæ ſedes Apoſtolica diplomatis ampliſſimis toties conceſſiſſet.

A. C. 1328. 11 Januar. Carthuſiẽſes Cadurcenſi domo admiſſi.

Ioannes XXII. ad Coſſ. Cadurc. in fauorem Carthuſienſiũ ſcribit.

Nec ſeſe Ioannis Papæ pietas ijs teſtificationis indiciis, beneuolentiæque in ſacrum ordinem colendum nunquam ſatis, documentis continuit. Propriis litteris Cadurcenſes hortatur conſules negotium vti promoueant in hæc verba, quorum non niſi fragmentum datur exſcribere, cæteris vetuſtate abraſis. *Joannes, &c. Dilectis filijs* Coſſ. *Cadurc. ſal. & Apoſt. bened. Noſtis filij, quod ad cultum diuinum in ciuitate* Cadurc. *loco vtique noſtræ originis, ampliandum: animarúmque ſalutem, & conſolationem fidelium, ſacram & exemplarem religionem fratrum ordinis* Carthuſienſis *dudum inibi propagandam, locum olim Templi, ſitum in ſuburbijs ciuitatis eiuſdem in Monaſterium prælibati* Ordinis *auctoritate Apoſtolica ereximus. Magiſtro & fratribus ipſius* Ordinis *perpetuò concedentes, ac ſtatuentes, & ordinantes auctoritate præd. quod* 12. *Fratres cum* 4. *Conuerſis prædicti ordinis, ſub cura Prioris ibidem moraturi, perpetuis temporibus Domino famulentur. Sanè, &c.* 219

Philippi Valeſij Regis Chriſtianiſſ. in Carthuſiẽſes noſtros gratia. A. C. 1329.

Ipſe Galliæ Rex *Philippus Valeſius* vixdum dignitatem Regiam auſpicatus, ſuo tectam voluit noſtram hanc Carthuſienſium domum, primum vbi legitimè Pontificiis tabulis eſt conſtituta. Legant, & vel inuiti diſcant noſtro æuo, noſtráque Galliâ lucifugæ, quibus Religioſi ordines non cultum ac venerationem, ſed ſtomachum ac bilem commouent, adeò ſunt ab Religione omni remoti, addiſcant inquam ex Philippi Regiis litteris, quanti Religioſos ordines Galliâ dudum faciat: has exſcribo ex antigrapho ipſo, *PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex NOTVM facimus Uniuerſis tam præſentibus, quàm futuris, quod inter curas & ingentes ſollicitudines quibus in regendis noſtris plebibus frequenter diſtrahimur, & animus noſter afficitur; ad ea præcipuè noſtræ mentis aſpirat affectus per quæ ſtatus Eccleſiaſticus, & Religionis, noſtris temporibus, ſub commiſſo nobis regimine in tranquillitate manuteneatur & pace; & ipſius regni Eccleſiæ, & Monaſteria, quorum ſeruitores diuinis nocte, dieque inſiſtunt obſequijs, ſub protectione regia, à ſuis releuentur preſſuris, & per regalem potentiam à noxijs defendantur: vt eo liberius circa diuina vacare valeant, quo abundantius curâ præmiſſa ſenſerint ſe adiutos. SANE cum ex parte Religioſorum virorum Prioris &* Conuentus Monaſterii B. 220

Regis in Religioſos Ordines pietas.

Mariæ *Cadurci Ordinis Carthuſienſium per Sanctiſſ. Patrem in Domino Joannem Papam XXII nouiter fundati, nobis fuit humiliter ſupplicatum vt eos, eorum ſingulos, & Monaſterium vna cum familiaribus rebus & bonis ſuis omnibus, in noſtra ſpeciali gratia ſuſcipere dignaremur. Nos ipſorum ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, & ad ipſorum Monaſterium compaſſionis oculos dirigentes, ipſos Priorem & Conuentum & ſingulos monachos eiuſdem. eorumque Monaſterium & eorum membra quatenus vobis ſunt ſubiecta, vna cum ſuis iuriſdictionibus, redditibus, prouentibus, rebus, poſſeſſionibus, bonis familiaribus & iuribus vniuerſis eorundem, in noſtra protectione, ſaluaque ſpeciali gratia regia, & ſucceſſorum noſtrorum regum Franciæ ſuſcipimus per præſentes, in eiſdem protectione & ſpeciali gratia perpetuo remanſuros. Dantes Petracorenſi & Cadurc. Seneſcallo ceteriſque iuſtitiæ miniſtris, & eorum cuilibet prout ad eum pertinet, præſentibus in mandatis, quatenus dictos Priorem, & Conuentum, & ſingulos Monachos dicti Conuentus, ac Monaſterium prædictum, & eorum membra, & familiares eorum in ſuis iuſtis poſſeſſionibus, ſaiſinis, iuribus, franchiſiis, vſibus, & libertatibus; ſub dicta ſalua & ſpeciali gratia regia, manuteneant, & conſeruent ipſoſque Priorem, Conuentum, & Monaſterium, eorumque familiares, ab omnibus iniuriis, violentiis, oppreſſionibus, grauationibus, & nouitatibus indebitis quibuſcumque ex parte noſtra defendant, vi armorum & potentiæ Laicorum, ſibique non permittant aliquas fieri indebitas nouitates, & ſi quæ factæ fuerint, eas ad ſtatum priſtinum, & debitum indilate reducant, ipſiſque quoties ſuper hoc requiſiti fuerint, ſpecialem gardiatorem, vnum, vel plures concedant, qui tamen de his quæ cauſæ cognitionem exigunt, ſeu iudicialem requirant indaginem ſe nullatenus intromittant: quod vt firmum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum, noſtro & cuiuslibet alterius iure ſaluo. Datum Belluaci Anno Dom. milleſimo trecenteſimo, vigeſimo nono. menſe Iunij.*

In tutelam admittit Carthuſienſes Cadurc. coſúque bona ſingula.

221 Voluit & *Pontifex Joannes* ſplendidioribus Priuilegiis prouehere *Cadurcenſe Cœnobium*, ceu ſtimulis virtutis nec ſuperiora contuliſſe contentus, Priori Maiori Carthuſiæ, Grationopalitanóque Epiſcopo vti gratiarum earum omnium quas in totum hactenus Ordinem plena manu contulerant hactenus Pontifices Max. Cadurcenſibus Cœnobitis quibus eaſdem indulgeret pleniſſimè, authenticas mitteret tabulas, ſic habent Bullatæ Chartæ Pontificię verba. Ioannes *&c. Dilectis Filiis Priori, & Conuentui Monaſterij Carthuſienſis Gratianopolitanæ Diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem Dudum Dilectis Filijs Priori & Conuentui Beatæ MARIÆ Carthuſienſis Ordinis veſtri per ſpeciale priuilegium duximus concedendum, vt ipſi, eorumque Monaſterium omnibus & ſingulis priuilegijs Apoſtolicis Ordinis præd. ſub quacumque*

Ioannes XXII omnia priuilegia Carthuſienſium, Cadurcenſi cœnobio largitur.

forma vel expreſſione verborum conceſſis vti & gaudere plenariè valeant, ac ſi eis prædictóque eorum Monaſterio conceſſa ſpecialiter extitiſſent, ſicut in litteris noſtris inde confectis plenius continetur. SANE quia ipſis Priori, & Conuentui habere copiam, & tranſſumptum prædictorum Priuilegiorum expedit, vt de eis docere valeant quoties eis extiterit opportunum. Nos Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Gratianopolitano per alias litteras noſtras madamus, vt alia priuilegia ſibi pro parte veſtra exhibendi tranſcribi per Notarium publicum fideliter, de verbo ad verbum faciat, & tranſumpta inde faciendo diligenter auſcultata cum ſuis Originalibus, ſuoque ſigillo munita, & ſigno eiuſdem Notarij roborata, nobis fideliter mittere, vt eiſdem Priori & Conuentui prouidere opportuné valeamus ſuper his. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenus ad requiſitionem dicti Prioris exbibere præfato Epiſcopo eadem Priuilegia, pro faciendis huiuſmodi tranſumptis, ſtudeatis. Datum Auenione 5 Kal. Non. Pontific. *noſtri an. 15.* Attexenda hic forent ea Priuilegia vnà miſſa, ni & ab inſtituto noſtro remotiora paulò forent, neque iam *Renatus* Chopinus Docti Monaſticon voluminis altero libro doctiſſimè pro more collegiſſet, ſuiſque annotaſſet temporibus: Quo loci inſuper Carthuſienſium Cœnobia totô ſparſa orbe recenſet, atque hoc Cadurcenſe noſtrum, cætera inter *ab Ioanne XXII.* vti ipſe etiam annotat erectum dotatúmque: quamquam illud ferre non poſſum quod *numero 42. extremo*, inſerere margini voluit ex *Fontano* depromptum, Ioannem hunc noſtrum cui *Jacobo Oſſa* fuiſſet olim nomen, Epiſcopatu Cadurcenſi perfunctum. Enimuerò decepit hominem tantum, Cadurcum Patria, quaſi vero non alibi præfuiſſe Præſul potuerit quā ſuos inter, decepit inquā ſiue hiſtoriæ ſcriptores Pontificiæ Auctores cōſulas recentiores etiā, atque exactiores illos, quos ego Cadurcenſi neutiquā ſed alijs Epiſcopatibus *Jacobū Oſſa* affigere iā cōperi, ſiue quod caput eſt noſtras euoluas tabulas, *atque Archiua* incorrupta. Certo quippe certiús conſtat ex haccé noſtra ſerie ab A. C. 1244. quo natus Pontifex ſedente tum Cadurci *Geraldo IV.* ad annum 1334. quo nonagenarius eſt vitâ functus, *Geraldum*, *Bartholomæum*, *Raimundum Sicardum*, *Raimundum alterum*, *Petrum*, *Hugonem*, *Bertrandum*, interiecto alio nullo, ita continenter ſediſſe, vt ſi Actorum ordinem conſulas; eorúmque annorum ineas rationem quibus ſedem vacaſſe certis cōſtat ex tabulis, nullus Iacobo Oſſæ locus, nulla totius ſeculi quod pene ſolidum eſt emenſus, relinqui poſſit pars, niſi duos vna ſediſſe velis Iacobo intrudendo: adeo: intereſt populorum de quibus ſcribas *conſultis Tabularijs* fidem dare. Atenim iis tacitis quæ Carthuſienſi familiæ ſunt in commune olim indulta, reticeri certè non poteſt *Decimarum immunitas*, quam Cadurcenſi Monaſterio priuatim Ioannes noſter permiſit his Pontificiis Codicillis A. C. 1333. *IOANNES &c.*

Chop. mon. lib. 2. tit. 1. n. 40. & ſeqq.

Chopinus malè Ioannem XXII. Cadurcen. Epiſcopum facit.

A. C. 1333. Carthuſienſes Cad. liberati onere decimarum.

Dilectis Filiis, Prioris & Conuentui Monaſterij S. MARIAE de Templo Cadurcenſi, per Priorem ſoliti gubernari ſal. & Ap. Ben. SANCTI veſtri Ordinis, in quo cum vita munditia innocentis, & ſobrietate parſimonia corporalis, ſaluatori noſtro deuotum, & ſedulum famulatum impenditis, apud nos & Romanã Eccleſ. exemplaris honeſtas rationabiliter promeretur; mentique noſtræ ſynceræ deuotionis, & interna charitatis affectus, quem ad Ordinem ipſum ac, perſonas, ac Monaſterium (cuius quidem Monaſterij Domino cooperante nobiſcum inſtitutores exiſtimus) iamdudum habuimus, & habemus, merito perſuadet, vt vos idemq́; Monaſterium præcipui attollamus prærogatiua fauoris, & conceſſione perpetî ſpecialis gratiæ proſequamur. Vt igitur libertatis, & quietis commodis perfrui valeatis, vos & monaſterium præfatum, à præſtatione decimarum de terris & poſſeſſionibus, aliiſque bonis quæ in ciuitate ac diœceſi Cadurc obtinetis auctoritate Apoſtolica penitus liberamus & eximimus perpetuò, de ſolita munificentia dictæ ſedis, & ne quis decimas ipſas à vobis aut ſucceſſoribus veſtris exigere vel extorquere præſumat, diſtrictius inhibemus. Nulli ergo, &c. Datum Auen. 7. Nouemb. Pont. noſt. ann. 17.

222 Hæc de fœlicibus familiæ Carthuſienſis vrbe noſtra auſpiciis, quam Ioanni PP. patrij ſoli quàm amanti debemus gratiam, vt & aliam illam non mediocrem ſanè inſtitutæ ſcientiarum omnium Academiæ. Ad quam enarrandam accingo ſtylum, ſi modo præmonuero iam trecentos circiter annos ab auſpiciis illis, tantâ conſtantiæ, ac ſanctitatis laude, floruiſſe Cadurci Carthuſienſem ordinem, ita Primariæ illius ſanctimoniæ inhæſiſſe veſtigiis: vt nihil de priſtina obſeruantia, nihil de vitæ ſeuerioris rigore imminutum, nihil de ſeueriſſima ſilentij atque receſſus lege deperditum, immutatúmque videatur, quaſi hic vnus ordo ſenium neſciat. Prodidit ſe virtus præſertim *Petri de Stanno*, *Ioanniſque de Libra* eô cœnobio ſuperiore proximè ſæculo (qui ambo cæteris eadem domo præfuere ſanctiſſimè) inuidiámque omnem peruicit. Euocati ſiquidem Romam à *Pio IV.* de eorum dogmatis inquiſituro, quòd in ſuſpicionem ea aliorum improbitas, & licentia reuocaſſet apud Pontificem, tanta diuinitus afflati tamque præſenti ope numinis viſi ſunt Pontifici maximo, vt nullo de abſoluendis (in tam fauorabili, tutâque cauſſa) conſilio amplius habito, in Galliam remiſerit extemplò hæreſeon flammis incenſam, quò præter ordinem, prætérque inſtituta in extraordinario periculo, cohortanda, docendáque propalam plebe, conuincendis hæreticis, labantem Religionem fulcirent, manaturáſque latius ſopirent flammas. Vidit Cadurcum, videre Aquitani contermini Petrum quinquennio de ſuggeſto docentem, Ioannem vicenos ipſos annos eodem munere religioſiſſimè, ſanctiſſiméque perfunctum, luſtrandis inſuper oppidis, atque vicis plebeculam familiaribus, & ad captum populi factis orationibus commouere; tantâ laborum, vigiliarum, æſtus & id genus

A primis auſpiciis ſemper conſtans Carthuſienſiũ ſanctitas.

Duo Carthuſienſes priores ſanctiſſimi contra Caluiniſtas palam concionati & quo exitu.

incommodorum tolerantiâ ipſis vt luminibus orbaretur: nec ideò à cœpto deſiſteret, tantæ diuinum pectus accenderat animarum pereuntium amor Pontificiæ ſedis calculo, & adhortatione concitatus, adeò verum ſcilicet arbitrabantur viri eximij,nihil ad Dei vota cadere, poſſe gratius, laboribus in proximi promouenda ſalute,quando iam conclamatum eſt, enixius ſubeundis.

Ioãnes XXII Academiæ Cadurc. inſtitutor. A. C. 1331.

Vix de Carthuſienſium vrbe patriâ,ſtatuendo,dotando,amplificandóque cœnobio concepta dudum vota, expleta vidit Ioannes Pontifex; 223
cum mox de ornamento altero hoc eſt Academia,vti nos deinceps vocabimus vſum ſecuti politioris ſermonis,ſeu vt ipſe appellat,*de generali ſtudio Albiæ Cadurcorum* inſtituendo ſeriò cogitat;Ratus nimirum quod tes erat,ſapientiæ documentis,humanarum,diuinarúmque rerum peritia & pios priuatorum mores, & in primis publica iura quà Eccleſiaſtica, qua politica contineri; vtque nihil eſt ad væſana quæuis perſuadenda, inſcitia potentius,ſic verò nihil eſſe validius,fortiuſque ad vitiorum omnium fibras altius euellendas vera ac ſolida litterarum ſcientia,quæ artium omnium circulo;atque ἐγκυκλοπαιδεια claudatur. Erant dudum Cadurci litteraturæ nobilioris inſignia non pauca, vt vel ex eo colligas quod A.C.1212 .Bartholomæi præſulis tempore inter Perſonatus, dignitatéſque Capituli,Magiſtri ſcholarum munus accenſeretur, penes quem & facultas eſſet id temporis infetiores alios, Proſcholos dicas, ad Grammatices documenta docenda deligendi,approbandique: vt ſileam quod recentius eſt trigeſimo ſexto poſt anno collatum ab Raimundo I. Epiſcopo,nouum Eccleſiaſticum cenſum, Cadurcenſi ſcholaſtico, ſic quippe ex antiquorum more, quibus altior ſapientia ſcholæ Eccleſiaſticæ finibus maximè claudebatur Præfectum ſcholis,vti & paſſim Clericum (ſi quem eruditum innueret)nuncupant. Hanc gratiam expetiuere Conſules Cadurc.quibus ideò debetur maximè, nec impetraſſe ab Pontifice arduum fuit,in tanto,támque ſolido ac conſtanti patriæ ſtudio. Nec mirere,non Regem,ſed Pontificem inclamatum:Cum enim Academiæ noſtræ Iuris diuini capita tractent, ſacras litteras explicent, Theologicas quæſtiones decidant, fidei Chriſtianæ enucleant articulos nobiliore ſui parte; alia verò ſtudia ab Eccleſiaſtico foro remotiora licet, humanique ingenii definienda viribus,fidei habeant ancillari, atque illic hærere, vbi & ſacri fori leges, & Eccleſiæ ſanctiones hærendum imperauerint, tam conſtat in hocce negotio, ſacroſanctum Eccleſiæ ius attendendum, primáſque deferendas Pontifici, quàm ab acephalis hæreticis ſibi vnis,ſuóque ſenſui vanè præfiſis ,Catholicorum ſcholæ diſcriminantur. Enimuerò Gymnaſiarchæ gentium non niſi ſacerdotes fuerint, & nos hunc deferre honorem ſacerdoti omnium Max. Chriſtiani etiam dubitemus? Cohoneſtantis patriam honore tanto,& Cadurcenſem ad inſtar Tholoſanæ Academiæ conſtituentis Ioannis, hæc ſunt diplomate ſacro con-

Cadurci olim Academię quędam ſemina Scholaſticus etiam inter Cleri Dignitates *ſuprà num.* 118. & 138.

Academiæ Inſtitutio iuris eſt Pōtificii & cur. id.

Iſoc. in Buſiride Tertullia. cõtra Iudæos.

cepta verba A.C milieſimo trecenteſimo trigeſimo primo.

224 Ioannes Epiſc. ſer. ſer. D. *Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſollicitę conſiderationis indagine perſcrutamur, & ſtudio diligentię paternę diſcutimus, quàm ſit donum ſapientię, & ſcientia pretioſum, quámque illarum deſiderabilis & pretioſa poſſeſſio, per quam ignorantię tenebrę profugantur, ac errorum funditus eliminata caligine, mortalium curioſa ſolertia ſuos actus, ſuáque opera (illo largiente, à quo procedit omne datum optimum, omnéque donum deſurſum ſcientię deriuatur) diſponit & ordinat in lumine veritatis; magno vtique deſiderio ducimur, & cordialis intentionis affectu ſolliciti reddimur, vt litterarum ſtudia, in quibus per exercitium lectionis cum vehementi applicatione animorum, ac diuinâ cooperante gratiâ acquiritur ſcientia margarita laudanda, vbilibet incrementa ſuſcipiant; & fortius inualeſcant: in illis præſertim locis, quę ad iactanda, irriganda, & multiplicanda doctrinæ ſemina & germina fructuoſa & ſalutaria producenda, idonea, & accommoda dignoſcantur. Cùm igitur Ciuitas Cadurc. quam excellentię diuinę bonitas multiplicium gratiarum donis & dotibus decorauit, propter ipſius commoditates, & conditiones quamplurimas apta non modicum generali ſtudio cenſeatur. Nos Reipublicę multipliciter expedire credentes, quod in ciuitate prędicta fiat, & emanet fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſi litteralibus cupientes imbui documentis, & etiam cultores ſapientię inſerantur, & prouehantur diuerſarum facultatum dogmatibus eruditi, facundi, & vndique illuſtrati, fructum vberem largiente domino ſuo tempore producturi, attendentes quoque ſyncera fidei puritatem, ac eximia deuotionis affectum, quos dilecti filij Conſules, & Vniuerſitas eiuſdem Ciuitatis ad nos & Romanam Eccleſiam habere noſcuntur: Ex prędictis cauſis porrectis etiam nobis pro parte Conſulum & Vniuerſitatis prędictę humilibus & deuotis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, quod in ciuitate prędicta perpetuis futuris temporibus GENERALE STVDIVM habeatur & vigeat in QVALIBET LICITA FACVLTATE: quodque præfatum ſtudium, ac eius Vniuerſitas, ac Doctores Magiſtri, Licentiati, Bachallarij & Scholares pro tempore commorantes cauſa ſtudiorum, ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus conceſſis STVDIO THOLOSANENSI, ac vniuerſitati eius, ac Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Bachallarijs & Scholaribus in dicto Tholoſanenſi ſtudio commorantibus, plenè ac liberè gaudeant & vtantur. Nulli ergo omninò hominum, &c. Datum Auenione 7. Idus Iunij Pontificatus noſtri anno 16.*

Ioannis Diploma generali ſtudio Cadurci inſtituendo. *Iaco. 1. v. 17.*

Coſſ. Cadurc. Academiam impetrarunt.

Ea donata omnibus Toloſanæ Academiæ priuilegiis.

225 Hoc ipſo anno quo maior, & frequentior ſtudioſorum numerus ad nouum Athenæum cohoneſtandum, ádque animum ſapientiæ radiis illuſtrandum confeſtim aduolet, Eccleſiáſticos etiam quoſuis (exceptis pauculis) eos etiam quos officii ratio coram adeſſe, atque affigi vult certis ſedibus, ad decennium abeſſe permittit Pontifex, (ſi modo

Ioannes XXII. priuilegia iis cõcedit qui Acade. miã Cadurc. frequentarẽt primo decennio.

nouam frequentent Academiam)his Pontificij priuilegij tabulis IOANNES &c. DILECTIS *filijs vniuerſis Doctoribus Magiſtris & ſcholaribus ſtudij Cadurc.ſalutem, & Apoſt.Bened.Attendentes prouidè, &c* Omitto quædam quia ſtudij generalis recens erecti commemorationem tantum continent iam deſcriptam) *Hinc eſt quod nos perſonas Eccleſiaſticas vniuerſitatis noſtræ,vt eò libentius dicto ſtudio inſiſtant, quo noſtram, & ſedis Apoſtolicæ gratiam ſibi cenſebunt fructuoſam, volentes vberiori gratia confouere, eiſdem omnibus,& ſingulis perſonis* Eccleſiaſticis *in dicta ciuitate, in quacunque facultate infra decennium à datis præſentium computandum, ſtudentibus,ſeu legentibus, auctoritate præſentium indulgemus, vt fructus & redditus, & prouentus omnium beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum quæ nunc obtinent, vel in poſterum obtinebunt, etiamſi dignitates vel perſonatus aut officia exiſtant,& curam habeant animarum, dummodo in cathedralibus maiores poſt Epiſcopales,& in collegiatis Eccleſiis principales huiuſmodi dignitates non exiſtant,vſque ad decennium præd.duntaxat cum ea integritate percipere valeant (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) cum qua illos perciperent,ſi in Eccleſijs in quibus beneficia ipſa exiſtunt, perſonaliter reſiderent; Et ad reſidendum interim minimè teneantur, neque ad id à quoquam inuiti valeant coarctari;Non obſtantibus ſi in dictis Eccleſijs non fecerint primam, vel ſecundam reſidentiam perſonalem conſuetam: & quibuſcumque conſtitutionibus,tam Apoſtolicis, quam prouincialibus & ſynodalibus, ac quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus contrarijs, ipſarum Eccleſiarum, iuramento,confirmatione Apoſtolica,ſeu quacunque alia firmitate vallatis,etiamſi præd. perſonæ de illis ſeruandis & non impetrandis litteris Apoſtol.contra ea,& ipſis litteris non vtendo etiam ab alio impetratis, per ſe vel procuratores ſuos præſtiterint, vel eos in poſterum præſtare forſitan contigerit iuramenta* (Mitto aliquas eiuſdem generis formulas, cauteláſque fuſiores illas,cum ex his conſtet ſatis quàm altè inhæſiſſet Pontificis animo iſthæc cura)*Prouiſo tamen quod interim beneficia ipſa debitis obſequijs non fraudentur, & animarum cura in iis quibus ea imminet, nullatenus negligatur,ſed per bonos & ſufficientes Vicarios quibus de beneficiorum ipſorum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceatur,& deſeruiatur inibi in diuinis.Nulli ergo,&c.Datum Auenione* 10. *Kal.Aug.Pont.noſtri ann.*16.*Qua ipſa die Pontifex, ne res contemni forte* poſſet,aut abſente procul Pontifice minoris fieri deligit viros gnauos, ac ſtrenuos auctoritate etiam Eccleſiaſtica armatos, quibus negotii committit exitum, *Ioannes,&c.Dilect.filijs Abbati Monaſterij de Marſilli,co Cadurc.Diœc. & Archidiacono de Montepenſato, ac ſcholaſtico Eccleſiæ Cadurc.ſal. & Apoſt. bened. Attendentes prouidè.* (Numerat Pontifex à ſe hactenus acta inſtituenda Cadurci Academiæ, & nominatim omnes particulas proximè iam exſcripti diplomatis ſcrupuloſè inculcat, tum negotij promouendi demandat verbis hiſce prouinciam)

Fructus percipiant beneficiorum etiam abſentes.

Ioannes conſtituit qui ea priuilegia tueantur, & quos il.os.

QVOCIRCA diſcretioni veſtræ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrûm, per vos vel alium ſeu alios faciatis auctoritate noſtra eiſdem perſonis fructus, redditus, & prouentus eoſdem, per idem decennium iuxta conceſſionis noſtræ tenorem integrè miniſtrari, non obſtantibus omnibus ſupradictis; etiamſi eiſdem dioceſanis, & Capitulis communiter vel diuiſim à præfata ſede indultum exiſtat, quòd interdici, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtol. non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, contradictores, auctoritate noſtrâ appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Datum Auen. 10. Kal. Auguſt. Pontific. noſtri an. 16.

224 ATENIM nondum Academia plenè fuerat conſtituta, iacta licet iam forent exigua fundamẽta. Deerat videlicet coporis caput, hoc eſt litterariæ rei omni præfectus, qui *Cancellarij*, vt fit munere, Academiam adminiſtrandi ex officio curam ſuſciperet, qui legibus ſanctè ſtatutis, etiam obſeruandis ſanctiùs, qui legitimis nihilque à vera doctrina aberrantibus dogmatis defendendis, alijs auerſandis eliminandiſque, inſiſteret, qui demum ſcholæ an oculus, an cor, an ipſa mens, membra corporis ſingula ad officium applicaret. Facit ergo ſequenti anno de *ſcholaſtico illo Cadurci tum florente*, & Academiæ ſpeciem aliquam vti ex diplomatis verbis erit eruere, tum moderante; *Cancellarium* hoc eſt Academiæ toti Præfectum, iiſdem *quibus Toloſæ legibus*, gratijs, priuilegijs, immunitatibus, iuribus potiturum. *IOANNES Ep. ſer. ſer. Dei ad perpe. rei mem. SEDES Apoſtolica in ſuis actibus circumſpecta, Dignitates, Perſonatus, & officia Eccleſiarum quarum omnium curam gerit, diſponente Domino generalem, honeſtè ac vtiliter conſtituit, ordinat, ac diſponit; illaſque honoribus & profectibus ampliat, & interdum eorum nomina variat, & immutat, prout attentis circunſtantijs vniuerſis conſpicit rationabiliter expedire. SANE pridem. &c.* (numerat Pontifex denuò, quæ nos iàm recenſuimus de Generali ſtudio ſingula, iureque pari prorſus Academiam Cadurcenſem cum Toloſana potituram, ſiue de Profeſſoribus, ſeu de ipſis agas diſcipulis, tum ſubdit ad rem noſtram) *CVM itaquè in Eccleſia Toloſanenſi ſit dignitas Cancellariæ, ipſiuſque Eccleſiæ Cancellarius, qui eſt pro tempore, dictam Cancellariam obtinens, habeat poteſtatem in dicto ſtudio Toloſanenſi ſcholares ad hoc idoneos ſub certa forma licentiandi & licentiatos etiam Magiſtrandi, & doctorandi, ſeu illos ad doctoratus, ſeu magiſtratus præeminentiam aſſumendi; eiſdem impartiendi liberam facultatem legendi, diſputandi, determinandi in ipſo ſtudio, & alib. vbicunque, ac alia faciendi quæ ad hæc in ſtudijs generalibus pertinere noſcuntur. Nos proinde attendentes quod in Eccleſia Cadurc.* eſt & fuit ab antiquo ſcholaſtica, quæ dignitas ſeu perſonatus exiſtit; *quodque ſicut accepimus dilectus fil.* Petrus Andreæ *qui nunc eſt ſcholaſticus ipſius Eccleſiæ Cadurc. & eius prædeceſſores ſcholaſtici eiuſ-*

Cancellarius e: ſcholaſtico Cadurc. A. C. 1332

Cãcellarij iur

dem Eccleſiæ, qui fuerunt pro tempore, conſueuerunt hactenus in Ciuitate Cadurc. ſcholas conferre, & ibi legere volentibus legendi licentiam impartire, Bidellos creare, & multa alia præmiſſa tangentia facere & exercere. *Ex his & alijs rationalibus cauſſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, dictam ſcholaſtriam Cadurc. ex nunc in anteà perpetuo Cancellariam fore auctoritate præd. volumus, conſtituimus, & ordinamus, & ipſius Cancellariæ vocabulo in perpetuum nuncupandam: quoq; dictus ſcholaſticus, ſeu Magiſter ſcholarum qui nunc eſt, & eius ſucceſſores, qui dictam olim ſcholaſtriam, nunc Cancellariam, obtinebunt, Cancellarij Eccleſiæ Cadurc. perpetuò ſint, & etiam nuncupentur; & vnà cum ijs quæ hactenus dicti ſcholaſtici conſueuerunt facere habeant poteſtatem auctoritate prædicta, & ad eos pertineat perpetua poteſtas in ſtudio Cadurc. ſcholares ad hoc idoneos licentiandi, ac etiam doctorandi, ſeu eos ad magiſtratus & doctoratus præeminentiam aſſumendi, per ſe vel alium, ſeu per alios, nunc & in poſterum, & alia faciendi quæ Cancellarius dictæ Toloſanenſis Eccleſiæ in eodem ſtudio Toloſanenſi conſueuit facere & exercere, iuxta tamen limitationem & ordinationem per nos auctore domino faciendas pro ſtatu ſalubri & proſpero Cadurc. ſtudij memorati. Nulli ergo omnino hominum &c. datum Auenione 8. Kal. Nouemb, Pontific. noſtri anno 17.*

Iam ante Cadur. Academiæ ſpecies aliqua.

Iura Cancellarij limitantur per leges Pontificias, *exſcribendas, num.* 228. & ſeqq.

ERECTA inſtitutaque Academiâ ſuperat id vnum ſanctis vt legibus, 227
inſtitutiſque regeretur; ne quem ipſis auſpiciis ſplendorem liberalitate Põtificis nacta erat, incompoſitis moribus, & ad cuiuſuis placitum temerè ac fortuitò natis, breui detereret atque traduceret. Suſcipit id oneris etiam *Ioannes* noſter extremis etiam ſenij annis, vt quam ex patria hauſerat vitam, eandem patriâ illuſtrandâ, æquiſſimiſque ſanctionibus inſtituẽdâ terminaret; & quã debebat inſtitutori Academia gratiã, vberiorẽ ac cumulatiorem æquiſſimo legum latori acceptam ferret. Permagni ſiquidem ad Chriſtianæ rei vtilitatẽ referre Pontifex arbitratus, futuri vt poſthac *Cancellarij Doctoreſque*, non immeritis indigniſque, literariæ laureæ gloriam communicarent; vt ne res tãta priuatis amicitijs aut turpi quæſtu ageretur, vt inſtituendis diſcipulis certæ leges, certæ vt docendi vacationes, litterariaque iuſtitia indicerentur, ne fortè pro cuiuſuis placito atque arbitrio re ſubinde murata conſenſum atque ordinem omnem breui peſſum ire contingeret tanto maiore Cadurcenſium probro, quanto ignobilius eſt ſemel parto decori tuendo eſſe imparem, quàm eo penitus caruiſſe, atque vt vno verbo dicam ne Academiæ Cadurcenſis maieſtas laberetur, quædam impoſterum obſeruanda decernit, non alia conditione Cancellario doctoribuſque permiſſa Academiæ poteſtate, quàm ſi hæc ſtatuta vigerent. Primum igitur ſtatuit, creandus vti Cancellarius Profeſſoribus binis adſtantibus, coràm Epiſcopo Cadurc. indignos prohibiturum Theologiæ, decretorum, legum ac Phyſices magiſterio, iuret ſolemniter; quod enim tenacius vinculum cõminiſci Pontifex poterat

Ioannes leges Academiæ Cadurc. ſancit

Iuris iurãdi Religione ſacroſancta?iubet trimeſtris inquiſitio quà de moribus quade parta ſciẽtia eorũ merita inquirat, qui ambiuerint gradus illos deinceps,nec niſi à iuratis Profeſſoribus de horũ dignitate ſentẽtia rogetur,quo in negotio,ne à ſuffragij libertate quis arceatur,odij incurrendi metu,ſeueriſſimis ſilentij legibus res committitur tota, ipſe in primis Cancellarius cuius eſt rogare ſententias, iubetur quid à quo iudicatum fuit ſeueriſſimè reticere. Iuramenti religione etiam obligat eos quos litterariâ laureâ donarit vniuerſitas, tum ad leges Academiæ obſeruandas vindicandaſque, tum ad fidem ita ſeruandam Academiæ, nullis vt vnquam molitionibus eam violent,nullis vt eam, ipſumue Cancellarium nominatim, machinationibus impetant, ſiue clam occultis inſidijs ſiue propalam atque apertâ vi. Eximit & docendi onere Doctores menſem vnum æſtiuum tantum, quamquam ſi quid in Academiam grauius acerbiuſuè peccaretur, quod diſſimularent etiam ij quibus iura ea commiſſa, permittit vt in pœnam publicè indicantur feriæ quo diſcat mulcta litterariâ Ciuitas Academiæ ſplendori conſulere, ſaluti, immunitatique proſpicere. Tanti videlicet tum fiebant Doctorum noſtrorum oracula,vt inter grauiſſimas pœnas,nec niſi in grauiſſimis probroſiſſimiſque iniurijs Academiæ iuſtitium cenſeretur. Carceris ius in diſcipulos ipſos ſi quid acerbius peccarent,Epiſcopo vni committit permiſſum neutiquã Cancellario,penes quem tamen, ac penes Academiam ius eſſe vult ſua diſcipulis domicilia deſignandi, vt de quolibet certiùs inquiri poſſit. Edicit nominatim Theologiæ Profeſſoribus,ne ſe philoſophicis tricis ne profanis quæſtiunculis illis ſcrupuloſius, ac minutius, eoque vaniùs, ac inutilius, decidendis,occupari permittant,ſed,verò ijs quarum ex ſacris literis primorũque Patrũ,atque Catholicæ antiquitatis ſenſu explicatio pendeat: quod ſi conſilium orbe toto Doctores Theologi ſequerentur, næ ſolidioris ſapientiæ imbutos altè ſucco non paucos, ſophiſtas & puerilibus diſſeptationibus mancipatos pauciores nanciſceremur, immenſo quanto rei Catholicę emolumento. Quæſtorem eligendi, eiuſque examinandi tabulas,poteſtatem permittit Cancellario totique Academiæ Cãtoque in primis vt nullo munere Doctorum fidelitas, integritaſque aut tentetur aut corrumpatur,ſed verò gratis,mercede nulla, pretio nullo litteraria laurea de Cancellarij Doctorumque arbitrio, nec niſi merentibus permittatur, Cadurcenſis Academię calculo ad magiſterij gradum promotis vbiuis docendi ius permittit, ac poteſtatem facit, vna Pariſienſi Academia dempta, cuius videlicet eo ſeculo gloria ac maieſtas, non niſi eximios aliquos,& ſupra vulgarem omnem captum ſapientiâ ſummâ imbutos docere de ſuggeſto ſpectare poſſet. Verùm quas noſtris verbis enumerare ſtrictim leges voluimus, animis ad earum excipiendam maieſtatem concitandis, comparandiſque, ex ſummi Pontificis, hoc eſt Eccleſiæ totius ore, minore fidei periculo addiſcamus.

Earumlegum diuinarum certè ſumma.

Nec enim occultari addecet eas leges, quarum præſidio & Academia noſtra diu ſtetit, & vti mox docebimus, ad ſummam gloriam eſt euecta Habetur ex duplici Academię libro cuius mihi poteſtas facta, altero Cãcellarij, Rectoris altero ſcrinijs aſſeruato.

Legum ipſa verba.

IOANNES *Ep. ſer. ſer. Dei DILECTIS Filijs Vniuerſitatis Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Bacallariorum, & ſcholarum ſtudij Cadurcen. ſal. Ap. Ben. SVPER ſpecula militantis Eccleſiæ diſpoſitione diuina conſtituti &c.* (Sileo quæ initio recenſet Pontifex de Academia deque Cancellaria inſtituta, deque iuribus ijs omnibus queis Toloſana vniuerſitas potiretur Cadurcenſi conceſſis, iam enim ſuperioribus diplomatis exſcripta ſunt; ſubiungo quæ de nouo ſtatuta) *STATVIMVS vt Cãcellarij, vnà cum ijs quæ hactenus ſcholaſtici conſueuerant facere & exercere, haberent poteſtatem auctoritatem præd. & ad eos pertineret perpetua poteſtas in ſtudio Cadurc. ſcholares ad hoc idoneos licentiandi, & etiam Doctorandi, ſeu eos ad magiſtratus, & Doctoratus præeminentiam aſſumendi per ſe, vel per alium, ſeu alios, tunc & impoſterum, & alia faciendi quæ Cancellarius dictæ Toloſanenſis Eccleſiæ in eodem ſtudio Toloſ. conſueuerat facere, & etiam exercere, iuxta tamen limitationem per nos auctore Domino faciendam pro ſtatu ſalubri & proſpero Cadurcenſis ſtudij memorati, prout in diuerſis noſtris inde confectis litteris plenius cõtinetur.* 228

Cancellarij ius.

Nos itaque cupientes huiuſmodi *ſtudium, Apoſtol. Sedis auxilijs robur accipiat, & profectum, & de bona ſemper in melius auctore Domino proſperetur, circa ſtatum ſcholarium, & ſcholarum præfati ſtudij, auctoritate Apoſtol. hæc obſeruanda ibi ſtatuimus & etiam ordinamus, Videlicet, QVOD quilibet Cancellarius Eccleſ. Cadurc. deinceps creandus, coram Epiſcopo Cadurc. vel alio de ipſius mandato, in Capitulo Eccleſ. Cadurc. vocatis ad hoc & præſentibus, pro Vniuerſitate ipſius ſtudij duobus Magiſtris, in ſua inſtitutione iurabit, quod ad regimen Theologiæ, & decretorum, bona fide, ſecundum conſcientiam ſuam, loco & tempore, ſecundũ ſtatũ Ciuitatis, & honorem ac honeſtatem facultatum ipſarum, non niſi dignis licentiam largietur, nec admittetur indignus, perſonarum & nationum acceptione reiectâ: quæ etiam circa legiſtas, & Phyſicos licentiandos ibidem per dictum Cancellarium decernimus obſeruanda.*

Cancellarius iurat ſe non collaturum licentiam indignis.

ANTE verò quàm quemquam licentiet, infra tres menſes à tempore petitæ licentiæ, tàm ab omnibus Magiſtris Theologis in Ciuitate præſentibus quàm alijs viris honeſtis & literatis per quos veritas ſciri poſſit, de vita, ſciẽtia, & facundia, necnon & propoſito ac ſpe proficiendi, & alijs quæ ſunt in talibus requirenda, diligenter inquirat; & inquiſitione ſic facta, quid deceat, bona fide & vel neget ſecundùm conſcientiam ſuam petenti licentiam poſtulatã. MAGISTRI verò Theologiæ, ac decretorum, ac etiam legum, quando incipient legere, præſtabunt publicè iuramentum, quod ſuper præmiſſis fidele teſtimonium perhibebunt. CANCELLARIVS quoque præfatus in- 229

Inquirat 3. menſes antequam conferat. Iurent & Profeſſores. Quid quis cenſuerit de admittendo ne euulgetur.

rabit quod conſilium Magiſtrorum, in malum eorum nullatenus reuelabit. De artibus autem, & alijs, Cācellarius bona fide promittet examinare Magiſtros, & non niſi dignos admittens, repellet indignos.

230 *PRÆTEREA volumus & auctoritate prædicta concedimus, quod quicunque in Theologia, vel alia qualibet licita facultate licentiabuntur, cum impendetur ijs licentia & omnes illi etiam qui in prædictis facultatibus & earum qualibet, ad Doctoratus, Magiſtratus honorem ibidem aſſumentur, & etiam alibi aſſumpti ibi legere volentes, antequam ſuas incohent lectiones, iurent, & iurare teneantur in manibus dicti Cancellarij & Rectoris vniuerſitatis eiuſdem ſtudij prout in dicto ſtudio Toloſano eſt fieri conſuetum quòd iura, ſtatuta, & priuilegia dictæ Cancellariæ ac vniuerſitatis eiuſdem ſtudij inuiolabiliter obſeruabunt, & quòd contra ipſum Cancellarium, & vniuerſitatem ſtudii ſupradicti non dabunt conſilium, auxilium, vel fauorem publicè, vel occultè, Quodque ſuper iſtis Cancellarius non valeat diſpenſare, nec gratiam facere.*

Licentiandi iurent ſe non acuerſaturos Academię.

Doctorum iuramentum.

231 *IN Bachallariis verò tàm in iure Canonico, quàm Ciuili, ordinamus quod Doctor ſub quo Bachalarius intendit, ipſum habeat dicto Cancellario præſentare; & quòd in eius manibus Doctor ille, ſine iuramento bona fide, deponat ſe credere, præſentatum fore ſufficientem ad Bachalariatus honorem: & quod tunc Bachalariandus à dicto Cancellario, de præſentatione & admiſſione accipiat ſchedulam ſigillatam, quam* Cancellarius gratis concedere *teneatur. Ante vero quàm Bachalarius cum ſchedula publice vt eſt moris inducatur in ſcholis, primo in manibus prædicti Rectoris proprio iuramento promittat ſtatuta ſtudii obſeruare, & ſe habere omnes libros ordinarios. VOLVMVS etiam quod quicunque in Theologia vel quacunque alia licita facultate, ibi Magiſtratus, vel Doctoratus honore fuerint honorati, poſſint in quocunque alio, præterquam in Pariſienſi ſtudio generali legere & lecturam, & alia quæ ad Doctoratus, & Magiſtratus honorem pertinent, liberi exercere, abſque aliqua noua examinatione ſeu licentia, aut Magiſtratus vel Doctoratus honorum acceſſionibus, non obſtantibus quibuſcunque Priuilegiis ſtatutis, conſuetudinibus contrariis, iuramento, confirmatione Apoſtol. vel alia firmitate vallatis. IN Baccalariandi vero in Theologia illam ſolum ſolemnitatem volumus obſeruari, quæ in Pariſienſi ſtudio fuit diu laudabiliter obſeruata.*

Quid erga *Bachalarios* agendū

Litteræ *gratis*

Cadurci promoti, alibi admittēdi.

322 *CÆTERVM quia vbi non eſt ordo, facile reperitur error, conſtitutiones ſeu ordinationes promulgandas faciendi de modo, & hora legendi & diſputādi, & habitu ordinato; necnon & de Bachallariis, qui & qua hora, vbi & quid legere debeant, ac hoſpitiorum taxatione, & rebelles ipſis conſtitutionibus vel ordinationibus per ſubſtractionem Societatis congrua caſtigandi, vobis concedimus facultatem. Etſi forte vobis ſubſtrahatur hoſpitiorum taxatio, aut quod abſit vobis vel alicui veſtrûm iniuria vel exceſſus inferatur enormis, vt pote mortis, vel membri mutilationis, niſi monitione præmiſſa infra quinde-*

Si quid grauius in Academiam peccetur, poſſint indici vacationes in pœnam.

cim dies fuerint ſatisfacere, liceat vobis vſque ad ſatisfactionẽ condignam ſu-
ſpendere lectiones, & ſi aliquem veſtrùm indebitè incarcerari contingerit
fas ſit vobis, niſi monitione prahabita ceſſet iniuria ſtatim à lectione ceſſare,
ſi tamen id videritis expedire.

Ius Epiſcopi Cadurc. coërciuũ ad vitia caſtiganda.

PRÆCIPIMVS *autem vt Cadurc. Epiſcopus, ſic delinquentium caſtiget* 233.
exceſſus, quòd ſcholarum ſeruetur honeſtas, ac maleficia non remaneant impu-
nita, ſed occaſione delinquentium non capiantur vllatenùs innocentes. Imo ſi
contra quemcumque ſuſpicio fuerit orta probabilis, honeſte, decenter, idonea
cautione praſtita, ceſſantibus carcerariorum exactionibus dimittatur.
Quod ſi forte tale crimen commiſerit quòd incarceratione ſit opus, dictus
Epiſcopus in carcere culpabilem detinebit, Cancellario habere proprium car-
cerem penitus interdicto. Prohibemus inſuper ne ſcholaris pro contracto de-
bito de catero capiatur, cum hoc ſic canonicis & legitimis ſanctionibus in-
terdictum, ſed nec Epiſcopus, vel officialis eius, ſeu Cancellarius pœnam pecu-
niariam pro excommunicatione emenda vel alia qualibet cenſura requirant:

Laurea licentiatorum *gratis* conferenda.

NEC Cancellarius licentiandis magiſtris niſi vt pramittitur iuramentum,
vel obedientiam, ſeu aliam exigat cautionem; neque aliquod emolumentum
ſeu promiſſionem recipiat pro licentia concedenda.

Vacationes ne menſe lõgiores: coërcẽdi diſcipuli.

PORRO *Vacationes aſtiua non extendantur aliquatenus vltra menſem* 234.
ſed tamen vacationum tempore Bachalarij ſi voluerint ſuas continuẽt lectio-
nes. Inhibemus autem expreſſius vt ſcholares per ciuitatem armati non va-
dant; & turbatores pacis, & vniuerſitatis ſtudij non defendant; & illi qui
ſimulant ſe ſcholares nec tamẽ ſcholas frequẽtãt, nec magiſtrũ aliquẽ profi-
tentur nequaquã ſcholarũ gaudeant libertate. AD hac iubemus vt magiſtri

Magiſtri Artium & Theologiæ quid legant.

Artiũ vnam lectionẽ de Priſciano, & vnus poſt alium ordinariè ſemper legẽt
& quòd libris prohibitis non vtantur. MAGISTRI *verò & ſcholares Theo-*
logia in facultate quam profitentur, ſe ſtudeant laudabiliter exercere, nec phi-
loſophos ſe oſtentent, ſed ſatagant fieri Theodocti, nec loquantur in lingua po-
pulari, & populi, linguã Hebream cum Azotica confundentes. Sed de illis
tantùm, in ſcholis, quaſtionibus diſputent, qua per libros Theologos, & SS.
Patrum tractatus valeant terminari. 235.

Epiſcopus proſpiciat bonis ſcholarium defunctorum & funeri.

PRÆTEREA *de bonis ſcholarium cùm inteſtati decedunt, vel rerum*
ſuarum ordinationem alijs non cõmitunt, ſic duximus prouidendum, videlicet
vt prafatus Epiſcopus, & vnus de magiſtris, quem ad hoc vniuerſitas ordi-
nauerit, recipiant omnia bona defuncti, & in loco tuto & idoneo deponentes
ſtatuant certum diem, quo illius obitus in patria ſua valeat nuntiari, & illis
ad quos bonorum eius eſt ſucceſſio deuoluta, poſſint Cadurcum accedere, vel
idoneum nuntium deſtinare, & ſi venerint, vel miſerint, reſtituantur eis
bona cum cautela qua fuerit adhibenda: ſi vero non comparuerit aliquis, ex-
tunc Epiſcopus, & Magiſter pradicti, bona ipſa pro anima defuncti, prout
expedire viderint, erogabunt; niſi forſan ex aliqua iuſta cauſa venire ne-
quiuerint ſucceſſores; & tunc erogatio in tempus congruum differatur.

ITEM *quod pecunia quæ de collectis faciendis pro negotijs vniuerſitatis & pro banchis, vel alijs, nomine vniuerſitatis, deponat ur penes aliquem bonum virum per Rectorem & Cancellarium, ac Conſiliarios ſtudij eligendum, qui pecuniam illam vtilitatibus, neceſſitatibus, ac negotijs vniuerſitatis, & ſtudij prædictorum, miniſtrare teneatur, & de receptis & traditis teneatur in fine anni bonam, veram, & integrã reddere rationem, & reliqua præſtare: & dum ad hæc aſſumetur, iuret ad ſancta Dei Euangelia, ſuper his bene & fideliter ſe habere, & ſuper hoc obliget ſe & ſua & ſi expediat fidei iuſſores præſtare ſufficiẽtes & idoneos teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Datum Auenione ij Nouembris. Pontificatus noſtri anno 17. hoc eſt Chriſti* 1332. — Quæſtoris officium.

Hęc ſunt *Ioannis* XXII. in patriam præclara merita, quæ quia communne ciuium attingant & ad totam publicam rem diffundantur, ingrati animi vitio deuitando viſa ſunt paulò fuſius explicanda. Quid enim attinet memorare minora illa? Extructum Cadurci *Palatium* cujus reliquiæ viſantur adhuc, illa in primis turris, cui *Deiſſa* nomen adhæſerit, nimirum à familia *Ioannis* ſumptum, cuius cæteroqui nulla veſtigia apud noſtrates: adeo collabuntur ſenio humana omnia, Palatio vicina Aedes *Apoſtolo Bartholomeo ſacra*, Ioannis etiam opus ſupremâ vrbis parte hodieque conſpicitur, aliud non ignobile tanti Pontificis monumentum. Creauit & de Cadurcenſium numero *purpuratos Patres* nonnullos, *Iacobum de via* ſororis filium ex Auenionenſi Antiſtite, *Gaucelinum Ioannem de Oſſa* fratris filium cognominemque *Bertrandum de Podieto*, *Bertrandum de Montefauentio* oriundos ambos ex Caſtronouo Rhaterii Diœceſeos Cadurc; *Bertrandum de Turre de Cambolico, Petrum de Prato, Petrum Textoris, Rainerium Rufi*, quorũ Acta Ciaconius explicat, recenti illo, curioſoque de Pontificibus max. opere; vbi & Ioannem noſtrum nonagenarium, maximo etiam illa ætate pietatis ac litterarum ſtudio, facit adeò vt, quia oculorum infirmitas lectione arceret, audiendis lectoribus, & voluminum immenſorum compendiis quæ aſtringi in epitomas *Val. max. lib.* 8 *cap.* 7. iuſſiſſet anteà, addiſcendis? (vt etiam cum *Solone diſceret moriens*) totus continenter incumberet. Vitam eripuit tantus *Auenione* calor id temporis, vt nudos vmbilico tenus nullo ſexus diſcrimine paſſim incedere, intendens ſe calor coëgerit. A. C. 1334. & ad Beatam vti merita hominis ſpondent vitam, fruendam aliquando tandem tranſmiſit, tot ſcilicet in commodum rei Catholicæ exantlatis laboribus.

Ioannis XXII priuata alia in ſuos beneficia.

Ioannis XXII. obitus.

IAM Academiam Cadurcenſem iis quos vidimus conditionibus inſtitutam, aſtrictam legibus, gratiis auctam, ditatamque, captâ, non ita multò poſt vrbe A. C. 1367. (vti extremis *Bernardi* noſtri Actis, *Begoniſque ſucceſſoris* auſpiciis differendum incumbet) inuaſâ Aquitania vniuerſâ, ne ſuis ab hoſtibus etiã ſplẽdor deeſſet priuilegiis noui locuple-

Eduardus Anglus capta Cadurco Academiam gratijs ſuis auget. A D. 1367.

tatá *Anglus* voluit; Auditores nimirum Athenæi publici omnes, ſuo fauore tectos, exemptos omnibus fori coactionibus quibus ob infinita nomina diſtrahi ab officio poſſent; immunes ab ijs oneribus quæ in publicæ rei commodum quibuſlibet priuatis imponuntur; Ædium partes aſſignandi arbitrium eſſe voluit quà penes Academicos binos, quà penes ciues totidem, vel ſi in ſuarum Ædium dominio, atque vt dicitur in ſuo regno, priuati ciues reclamarẽt. En ipſa principis, Academię fauentis, verba, EDVARDVS *Regis Angliæ primogenitus, princeps Aquitaniæ & Vualiæ, Dux Cornertæ, Comes Ceſtriæ, Dominus Biſcaiæ, & Caſtri de ordialibus. Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſal. Illos decet noſtræ magnificentiæ præmiis extollere, & priuilegijs confouere, per quos æquum ab iniquo diſcernitur, ac bonorũ operum prouenit incremẽtum, vt ipſi noſtræ magnificentiæ gratia circumſcripti, in proſperitate floreant, & ſuo tempore fructus vberes afferre valeant, noſtraque Reſp. melius exinde proſperetur, & margaritæ ſcientiæ facilius acquiratur. AD ſupplicationem igitur dilectæ nobis Vniuerſitatis generalis ſtudij Ciuitatis noſtræ Cadur. nouiter reparati, de qua fiduciam gerimus, quòd velut arbor in horto plantata iuſtitiæ, germinabit, & producet ſucceſſibus temporis, fructus multos; Eidem vniuerſit. de noſtra certa ſcientia & ſpeciali gratia, infra ſcripta priuilegia (quæ perpetua eſſe ſancimus) concedimus, & conceſſimus, per præſentes, videlicet, quod omnes & ſinguli ſtudentes in dicto ſtudio, qui nunc ſunt, vel erunt pro tempore & ſeruitores ac familiares eorum cuiuſque conditionis, cum eorum bonis, Eccleſiaſticis, & patrimonialibus, ſeu aliis ad eos ſpectantibus, quoquo modo, & deferentes eis victualia etiam eundo, quam ſpeciali, in quam in eos ſuſcipimus per præſentes. ITEM, quod ſtudentes qui nunc vel erunt pro tempore in dicto ſtudio, vel aliquis ipſorum, ratione contractus, vel quaſi, in quacunque parte vel loco principatus noſtri, actione perſonali nequeant extra Ciuitatem prædictam trahi nec alibi conueniri. Sed quoſcunque, ex contractu, vel quaſi delicto, vel quaſi, vel aliqua ex cauſa ſtudentibus ſeu alicui ipſorum ſine fraude tamen obligatos, vbicunque in noſtro principatu obligatio ſit contracta, vel ſolutio debiti facienda, perſonali actione, de quacunque parte, vel loco noſtri principatus, coram conſeruatore, & iudice priuilegiorum huiuſmodi infra per nos deputando, in dicta Ciuitate Cad. valeant conuenire, & ibidem trahere noſtros ſubditos ex cauſis prædictis ſine exceptione fori quacunque, non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque, alicui Ciuitati, Caſtro, villa, loco ſeu perſona in contrarium per nos conceſſis, quibus derogamus & derogari volumus per præſentes, perinde ac ſi de ipſis priuilegijs in indulto ſerenitatis noſtræ humanitatis, de verbo ad verbum mentio plenaria facta fuiſſet.*

Academię alumni ſint ſub priui fauore Principis & quæ illorum ſunt.

Ius fori valde nobile.

ITEM, quòd pro quibuſcunque rebus ſibi neceſſarijs ad victum, vel veſti- 239
tum, vel alia cauſa ſtudiorum (fraude & dolo ceſſantibus) non poſſint eis vel alicui ipſorum, directè vel indirectè, imponi, vel leuari, collecta, impoſitio, vel redibentia qualiſcunque. ITEM quod quatuor taxatores qui annis ſingulis

Exemptio ab intributionibus.

buntur, videlicet pro parte ſtudij duo, & pro parte ciuium alij duo, ad taxanda hoſpitia neceſſaria ipſis ſtudentibus, vel alicui ipſorum. vel tres, ex taxatoribus prædictis, compellſ faciant per Conſeruatorē & iudicem infra ſcriptum, quoſcunque ciues dictæ ciuitatis ad locandum hoſpitia ſua, quæ ipſis ciuibus non erunt neceſſaria pro ſuis habitationibus, vel conſeruatione bonorum ſuorum: Et quod ipſi quatuor, vel maior pars neceſſitatem ipſam valeat arbitrari. ITEM quòd ipſi ſtudentes, aut aliquis ex ipſis, pro rebus ſuis patrimonialibus non poſſint per aliquos Officiales, Cōſulatus, Communitates, vel ſingulares perſonas noſtri principatus, occaſione munerum perſonalium quæ perſonis principaliter indicuntur, aliqualiter compelli, ſed omnino à talibus ſint immunes. VOLUMUS autem quòd propter dicta priuilegia vel alterum ipſorum, in his quæ dictis ſtudentibus, vel alijs ad quos dicta priuilegia, vel alterum ipſorum ſe extendunt, de iure communi, vel alijs ex priuilegijs competunt, nullum præiudiciū generetur. Et quia parum prodeſſent dicta priuilegia præfatæ Uniuerſitatis, niſi eſſet qui ea tueretur, & faceret obſeruari, deputamus dictorum Priuilegiorum conſeruatorem, & iudicem, Seneſcallum noſtrum Cadurcen. *qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit. Cui committimus & mandamus, dicta Priuilegia, in omnibus; & ſingulis eorum articulis, totiens quotiēs opus erit, in quacunque parte noſtri principatus, publicari faciat, & ea & quodlibet ipſorum per pœnarum inianctiones, & alia remedia, auctoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari. Datum in Caſtro noſtro Engoliſmæ die 4. menſis Februarij anno Domino* 1367.

Ius ad conducēda ſibi hoſpitia vel inuitis ciuibus.

Exemptio à perſonali munere,

Conſeruator & Iudex horum priuilegiorum eſto Seneſcallus Cad.

240 ACCESSIT pauculis poſt annis Galliarum Regis *Caroli* V. (*Sapienti* cognomen erat) Codicillus ampliſſimus Cadurcenſi Academiæ nobilitandæ, ne ad Anglum principem ynum, confeſtim Aquitaniæ finibus Cadurcorum machinatione depulſum, fautorem quæſitura Academia noſtra reſpiceret. *Ludouici* nimirum Andegauenſis Ducis, fratris germani tabulas probat regiâque auctoritate ſancit *Carolus*, quibus ab *Eduardo Anglo* permiſſa iura, aliaque *Academiæ Toloſanæ* indulta hactenùs, ad *Cadurcenſe Athenæum* transfert in ſolidum. Inſeram vnis literis vtriuſque Principis gratiam. CAROLVS *Dei gratia Franc. Rex.* NOTVM *facimus vniuerſis tam præſ. quàm fut. Nos literas Cariſſimi germani & locum-tenentis noſtri in partibus Occitanis, Ducis Andegauenſis, & Comitis Cœnomanenſis, ſub magno ſigillo in cera viridi & filo ſerico ſigillatas, vidiſſe formam quæ ſequitur continentes.* LVDOVICVS *Regis quondam Francorum Filius, Domini noſtri Regis germanus, eiuſque locum-tenens in partibus Occitanis, Andegauenſis Dux & Comes Cœnom. RATIONI conſonum arbitramur, illorum qui non ſolum pro iure & conſeruatione Regni Franciæ corpora ſua exponere imo totalem eorum ſuſtantiam,*

A.C. 1370. *Carolus Sapiens* Rex Galliæ iura omnia Academiæ *Toloſanæ*, Cadurcenſi concedit: confirmat quippe tabulas *Ludouici* fratris A. 1369 datas eâ fine.

*vxores, ac liberos, pro iure eodem periculis irreparabilibus ſubijcere non for-
midant, petitionibus, & requeſtis acquieſcere, & ea exaudire, cum effectu.
Recolentes igitur firmam, atque veram obedientiam quam dilecti noſtri Con-*

Cadurcenſium in Regem fides.

*ſules, ſingulares & habitatores ciuitatis Cadurci, dicto domino noſtro, tempo-
ribus retro lapſis habuerunt, ac de nouo exhibuerunt, & adhuc perſeuerando
in eiſdem exhibent, & oſtendunt, notum facimus vniuerſis tam præſentibus,
quàm futuris, quod nos ad ipſorum Conſulum, ſingularium, ac habitatorum
ipſius ciuitatis, humilem & inſtantem ſupplicationem, & requeſtam,
omnia & ſingula priuilegia, libertates, & francheſias per Ducem A-
quitaniæ nuper Rectoribus, & Doctoribus Licentiatis, & Bachalla-
rijs ac vniuerſis, & ſingulis habitatoribus, ipſius villæ, quarumcunque par-
tium exiſtant, legentibus, ſtudentibus, & audientibus in dicta ciuitate, in*

Confirmantur priuilegia Academiæ Cadurc. ab Aquitano Duce conceſſa.

*quacunque facultate Artium conceſſas, confirmamus & tenore præſentium
de noſtrâ certâ ſcientiâ, authoritateque Regia quâ fungimur in hac parte, &
gratias ſpeciales confirmamus per præſentes, nec non dictam noſtram gratiam
ampliando, vt ſicut dicta ciuitas caput eſt Seneſcalliæ Cadurcēſis, & de domi-
nio proprio dicti Domini mei, ita præ cæteris villis eiuſdem Seneſchalliæ, pri-
uilegijs & honoribus gaudeat, & vtatur; & etiam Rectores, Magiſtri, Licen-
tiati Bachalarij, ac vniuerſi & ſinguli Vniuerſitatis ipſius ſtudij & ciuitatis,*

Cadurci priuilegia.

*eiſdem priuilegijs, & honoribus cenſeant ſe aditos; & ſingula priuilegia, li-
bertates, & francheſias, hactenus per liberaliſſimos dominos noſtros Franco-
rum Reges, Comites Tholoſanos, aut alios quoſcunque ad hoc poteſtatem ha-
bentes conceſſas Vniuerſitati ſtudij ciuitatis Toloſæ, de quibus tamen liquebit
per copiam, ſub ſigillo Regio, quòd vſi ſunt ac vtantur prædicti, Vniuerſitati
ſtudij dictæ ciuitatis Cadurci dedimus, & conceſſimus, damusq́; & concedi-
mus per præſentem, authoritate, ſcientia, & gratia, quibus ſupra; eaque omnia
& ſingula priuilegia, tantam roboris firmitatem volumus obtinere, & perpe-
tuò obſeruare, ac ſi in præſentibus articulatim & expreſſè forēt deſcripta. Se-*

Executio committitur.

*neſcallo igitur Cadurcenſi cæteriſque Miniſtris & Officiariis Regiis, moder-
nis, & futuris, & eorum cuilibet, vt ad eum pertinuerit, aut loca tenenti eo-
rundem dantes tenore præſentium in mandatis, quatenus prædictos Rectores,
Magiſtros, Licentiatos, Bacchallarios, & alios quoſcunque vniuerſaliter,
& particulariter, Vniuerſitatis prædicti ſtudii Cadurci has noſtra præſenti
gratia vti & gaudere pacificè, & quietè, perpetuo faciant, & permittant, ni-
hil in contrariū attentando, aut à quoquam tentari modo quolibet permitten-
do, quod ſi forſan factum fuerit attentatum id ad ſtatum priſtinum, ac debi-
tum, reducant indilatè. Quod vt firmum & ſtabile perpetuò perſeueret has
noſtras præſentes literas ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari, ſaluo in
aliis iure regio & in omnibus quolibet alieno. Datum & actum* Tholoſæ
*anno Domini 1369. menſe Ianuarij. Quas quidem literas ſuprà ſcriptas ra-
tas habentes, & gratas, eas, & omnia, & ſingula in eiſdem contenta lauda-
mus, approbamus ratificamus ac ex noſtra certa ſcientia authoritateque*

regia ſpeciali gratia confirmamus, per præſentes mandãtes Seneſcallo Cadurcenſi cæteriſque miniſtris & officiariis noſtris qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, aut eorum loca tenentibus & cuilibet eorundem, prout ad eum pertinuerit, quatenus, prædictos Rectores, Magiſtros, Licentiatos, Bachalarios & alios quoſcunque vniuerſaliter & particulariter Vniuerſitatis prædicti ſtudii Cadurcenſis, noſtris præſentibus, gratia & confirmatione iuxta ipſarum ac ſupra ſcriptarum literarum ſeries & tenores, vti, & gaudere faciant, & permittant, abſque impedimento quocunque, quod vt ſtabile & fixum perpetuò perſeueret, noſtrum præſentibus literis fecimus apponi ſigillum, ſaluo in aliis iure noſtro, & in omnibus quolibet alieno. Datum Pariſiis anno Domini 1370. regni vero noſtri ſeptimo. Per Regem in ſuis requeſtis.

241 PIACVLARIS planè ſim, ſi *Caroli Aquitaniæ Ducis* retinuero tabulas inferiori licèt atrio conſcriptas fauorabiles adeò Academiæ Cadurcenſi, itaque ad ſplendorem & gloriam facturas, nihil vt vberius poſſit, luculentius nihil conferri. Donat quippe priuilegiis omnibus, atque immunitatibus, quibus *Pariſienſe Athenæum* locupletatũ hactenus fuerat, bona inſuper omnia, vel quæ patrimonii nomine, Academiæ profeſſoribus vllo ſunt vnquam tempore obuentura, cunctis nummorum inrributionibus libera ſancit, quocunque nomine, aut bellorum occaſione, populo imponantur. Effuſâ item benignitate gratias hactenus tributas, nouo iure confirmat, nummariis in fiſcum collationibus, mercium quarumuis portoriis, plebeiis indictionibus, aliiſque id genus exemptos Academicos omnes quàm diſertè pronuntians. Priuilegii hæc eſt formula, *CAROLVS Filius, Fraterque Francorum Regum, Dux Aquitaniæ, Comes Xanctoniæ, Dominuſque Rupellæ, vniuerſis &c.* RATIONI *congruum arbitrantes ſi inter ſollicitudines, atque curas, quibus in & pro noſtris regendis ſubditis noſter pulſatur animus ad hoc precipuè aſpiremus vt Ducatus noſtræ Vniuerſitatis, & ſtudia noſtris temporibus ſub commiſſo nobis regimine in pacis amœnitate manu teneri valeant, & tueri, ac Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalarij, ſtudentes, ſcholares, & cætera vniuerſitatum dictarum & ſtudiorum ſuppoſita qui diu noctuque circa ſcientiarum theſauros quibus vniuerſus orbis conſpicitur illuſtrari, inuigilant, præattentè immenſis ſubeſſe laboribus non ceſſantes ſub noſtræ protectionis clypeo à ſuis liberentur preſſuris, & à nexijs defendantur, vt eò libentius intendere velint & valeant ad præmiſſa quò liberalius & ſpecialius per Ducalem potentiam ſenſerint ſe adiutos, nos dilectos noſtros Cãcellarium Rectorem Magiſtros, Doctores Licentiatos, Baccalarios, ſtudentes, ſcholares, & reliqua ſuppoſita dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Cadurci, qui nunc ſunt, & pro tempore futuro erunt, in & ſub manu Ducis, ac tuitione protectionis, & ſaluagardia ſpeciali exiſtentes ab antiquo, vnà cum eorum ſeruitoribus & familijs, domibus*

A. C. 1469. Ca-
rolus Aquitani.
Dux inſignibu
gratijs Academ-
iam ditat.

Ducis amor
litteratos.

Academiæ Cadurcen. protectio Seneſcallo commiſſa.

grangijs, maneriis hæreditatibus & cæteris bonis ſuis, tam Eccleſiaſticis quàm mundanis vbicunque in ducatu noſtro Aquitaniæ exiſtant, de nouo, in & ſub, noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum Ducum Aquitaniæ manu, tuitione, protectione, & ſaluagardia, ſpeciali ſuſcipimus, & ponimus per præſentes; Seneſcallum noſtrum Cadurci, & eius loca tenentem præſentes, & poſteros, infra dictam ciuitatem Cadurci, & non alibi, habitantes, perpetuos & ſpeciales gardiatores, & conſeruatores, nec non iudicem ordinarium prædictæ ciuitatis Cadurci, & eius loca tenentem, ſubgardiatores, & conſeruatores eidem, tenore præſentium deputantes, quibus, & eorum cuilibet, harum ſerie, committendo mandamus quatenus iam dictos Rectorem, Cancellarium, Magiſtros, Doctores, Licentiatos, Baccalarios ſtudentes ſcholares, & alia ſuppoſita Vniuerſitatis prædictæ, ſeruitoreſque, & familiares, eorundem tam ad prælibatam Vniuerſitatem Cadurci veniendo, ſtandoque, ac morando ibidem, quâm exinde recedendo, & abeundo, vnà cum quibuſlibet bonis ſuis prædictis tueantur, & defendant, ſiue tueri, Seneſcallus noſter, gardiator pariter & iudex ordinarius Cadurci, ſubgardiator prædicti, vel ipſorum loca tenentes, faciant, & defendant, ab omnibus iniurijs, violentijs, grauaminibus, vel armorum potentia Laicorum, ac inquietationibus, & alijs nouitatibus indebitis, atque in

Confirmantur antiqua priuilegia Academiæ.

ſuis iuſtis poſſeſſionibus, ſaiſinis, iuribus, vſibus francheſijs, libertatibus & immunitatibus, in quibus ipſos & eorum ſingulos ſuoſque prædeceſſores fuiſſe pacifice, ab antiquo, inuenerunt, ſub prætactis noſtris manu, protectione, tuitione, & ſaluagardia ſpeciali manu teneant, & conſeruent, non permittentes in perſonis eorum, aut familiis, rebuſque, & bonis ſuis aliquas fieri vel inferri iniurias, aut indebitas nouitates; Quinimò ſi quas repererunt eſſe vel fuiſſe factas prædictis Cancellario, Rectori, Mageſtris, Doctoribus, Licentiatis, ſtudentibus, ſcholaribus, ſuppoſitiſque prælibatis dictæ Vniuerſitatis, virtute noſtræ præſentis ſaluagardiæ, ad ſtatum priſtinum & debitum reducant, ſiue per iudicem, aut iudices, competentem, ſeu competentes, indilate reduci, & nobis, ac parti emendam condignam propter hoc fieri & præſtari faciant, & procurent huiuſmodi noſtram ſaluagardiam, Cadurci, & vbi expediens & opportunum extiterit notificando, ſeu faciendo ſolemniter publicari, nec non in ſignum eiuſdem, penuncellos Ducales, in, & ſuper iam dictis domibus, manerijs, grangijs, hæreditatibus, rebus, & bonis ipſorum, & cuiuſlibet eorundem, in terra quæ iure ſcripto regitur ſituatis, & alibi, in caſu periculi imminentis duntaxat apponant, faciantúe apponi, ne quis exinde valeat ſe per ignorantiam excuſare, inhibendo prætérea, ſeu inhiberi faciendo, noſtra, & dictorum noſtrorum ſucceſſorum exparte, omnibus & ſingulis de quib. fuerint requiſiti, ſub certis & magnis pœnis nobis applicandis, ſupradictis Cancellario, Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Baccalarijs, ſtudentibus, ſcholaribus, & ſuppoſitis dictæ Vniuerſitatis, aut eorum famulis, & ſeruitoribus ſiue in eorum bonis quibuſcunque intra Ducatum noſtrum exiſtentibus, fore faciant vel præſumant fore facere, quouis modo; Et in caſu nouitatis, ſi

Digitized by Google

inter ipſos Cancellarium, Rectorem, Doctores, Magiſtros Licentiatos Baccalarios, ſtudentes, & ſuppoſita, familiamque ipſorum, & ſeruitores, bonorum ſuorum quorum iam ratione per aliquos eorum aduerſarios oriatur controuerſia lis ſeu, debatum, huiuſmodi debatum & rē cōtentioſum ad manū noſtrā & dictorum ſucceſſorum noſtrorum tanquam ſuperiorem, ponant, ſeu poni faciant & per eandem manum, per iudicem, ad quem, vel ad quos pertinuerit, recredentiam fieri, vbi & prout fuerit faciendum, faciant; partes debatum huiuſmodi facientes ac etiam noſtræ præſentis ſaluagardiæ infractores & contemptores, aut cum in contemptum eiuſdem prædictis gardiatoribus ſeu eorum alteri gardiatoris vel ſubgardiatoris officium exercendo iniuriam fecerint, vel offenſam, ſiue cum eis, vel eorum alteri, ſuper hoc inobedientes fuerint, aut rebelles coram iudicibus, ad quos huiuſmodi cognitio pertinere debuerit adiornando vel adiornari faciendo, proceſſuri ſuper hoc vt fuerit rationis. Et ſi quis ex præmentionatis, Cancellario, Doctoribus, Rectore, Magiſtris, Licentiatis, Baccalariis & ſtudentibus, ſcholaribus, & ſuppoſitis, aut famulis, & ſeruitoribus eorundem, ab aliquo aſſecuramentum habere voluerit, ipſi adiornent ſeu faciant adiornari coram dicto Seneſcallo, gardiatore, vel iudice ordinario ſubgardiatore ſeu ſuis loca tenentibus, aut iudicibus, ad quos, pertinet, daturis aſſecuramentum huiuſmodi. bonum & legitimum, iuxta patriæ conſuetudinem, aut prout fuerit rationabile faciendum. Ac generale faciant & facere poſſint gardiator, vel ſubgardiator prædicti, vel eorum loca tenentes, præſentes & futuri, quæ ad gardiatoris & ſubgardiatoris officium ſpectant. & poſſunt ac debent quonis modo pertinere, & nos damus his præſentibus in mandatis, omnibus & ſingulis, miniſtris & ſubditis noſtri Ducatus, quatenus ſæpe dicto gardiatori, & ſubgardiatori, & eorum loca tenentibus, ac cuilibet eorundem atque deputando & committendo ſuper hoc, ab eiſdem, in omnibus, & ſingulis, ſuper & infra ſcriptis intendant in hac parte, & pareant diligenter, præſtentque auxilium, fauorem, conſilium, & iuuamen, ſi de hoc fuerint requiſiti. Vlterius quieti prædictorum Cancellarii, Rectoris, Vniuerſitatis prædictorum, & aliorum prænominatorum prouidere cupientes, volumus & ordinamus, atque declaramus, quòd noſtra eſt intentio quod nonobſtantibus quibuſcunque priuilegiis, & literis, ciuitatibus, villis caſtris, & locis, per prædeceſſores noſtros ac Reges francorum & nos conceſſis cuiuſcunque tenoris exiſtant, quas hic pro inſertis haberi volumus, dicti Cancellarius, Rector Vniuerſitatis prædictæ, & alii ſuperius nominati eoſdē offenſores, violatores, debitores, vbicunque infra Ducatum noſtrum exiſtant & morentur coram nobis & Seneſcallo noſtro Caturci, gardiatore aut iudice ordinario dictæ ciuitatis ſubgardiatore, aut loca tenentibus, eiuſdem Vniuerſitatis Caturci & intra muros eiuſdem tantum, ſutentare poſſint, & valeant, nec non de cauſis, & actionibus perſonalibus quibuſcunque eorundem de cætero agnoſcant, parteſque debite vocatas coram ipſis aut altero ipſorum in cauſis prædictis audiant, & prouidere faciant ſummarie & de plano, & ſine

Protectio bon um q ę ad Ac miæ Doctores alumnos spect

Protectio perſonarum.

Quibus iudicibus vti permiſſum.

longo ſtrepitu iudicij, ipſiſque partibus ſic auditis exhibeant celeris Iuſtitiæ complementum, ipſis priuilegijs, & libertatibus, ac vſu, & obſeruantia quibuscunque ciuitatum, villarum, caſtrorum, & locorum quorumcunque non obſtantibus, niſi de noſtris præſentibus litteris, aliis priuilegiis, eidẽ Vniuerſitati per prædeceſſores noſtros (quæ tenore præſentiũ innouamus & confirmamus) conceſſis, plenã & expreſſam de verbo ad verbum facerent mentionem: non permittentes eoſdem Cancellarium Rectorem, Scholares, & alios ſupra nominatos eiuſdem Vniuerſitatis Cadurcenſis, ab aliquibus extra muros prædicta ciuitatis Cadurcenſis moleſtari; dummodo idem Cancellarius, & alii prænominati intra dictam ciuitatem Cadurcenſem parati ſint coram competenti iudice legitime ſtare iuri, moleſtatores huiuſmodi & contradictores quoſlibet, rebelles, per pœnarum impoſitionem, bonorumque captionem venditionem, & ſubhaſtationem ipſorum, perſonarumque ſi opus fuerit captionem, areſtationem, & ipſarum detentionem appellationeque poſtpoſita compeſcendo.

Pariſienſis Academiæ libertas communicatur Cadurcenſi.

PARITER *volumus & vobis concedimus quod vos omnes & qui vobis ſucceſſerint in hac parte, perpetuo gaudeatis eadem libertate, qua gaudent* Pariſienſes, & Toloſani ſtudentes, & ſcholares, *nihilominus volumus* 242
vt ciues Cad. domos vacantes, ad habitandũ, vobis & ſcholaribus prædictis, ſub cõpetenti pretio, taxãdo à duobus clericis, & totidem laicis viris diſcretis, catholicis, & iuratis, cõmuniter electis à vobis, locare cogantur, & per prædictum veſtrum gardiatorem, vel ſubgardiatorem, vel ſuos loca tenentes ad hoc cõpellantur. Nec nõ volumus & ordinamus quòd dicti Cãcellarius, Rector, & Vniuerſitas ſupradicta & veri ſcholares eiuſdẽ, pariter duo Bedelli, duo Syndici, duo notarij, duo ſtationarij, ſiue librarij, duo pergamenarii, Banquerius maior ſiue theſaurarius dictæ vniuerſitatis, de cætero, de ſuis bonis propriis vinis, granis, leguminibus, & aliis rebus quibuſcunque quæ ex patrimoniis vel beneficiis ipſorum prouenient, ac etiam de rebus omnibus, pro ſuis ſingularibus neceſſitatibus emptis vel habitis, & quæ per ſe vel alium vẽditorem tam in groſſo, quàm minuto exponent ſine fraude, ex nunc, in perpetuum quitti ſint & immunes ab omnibus impoſitionibus, ſubſidiis, oneribus, taliis, denariis & redebentiis quibuſcunque, pro facto guerræ & defenſionis Ducatus noſtri, ſeu Regni Franciæ, aut alia quacunque cauſa impoſitis, aut etiam imponendis, & vnà cum hoc ipſos Cancellarium, Rectorem & Vniuerſitatem, ſcholares, Bedellos, Syndicos, Notarios, ſtationarios, ſiue librarios, pergamenarios, & Banquerium ſeu Theſaurarium ſupradictos priuilegiis immunitatibus, & libertatibus prædictis volumus deinceps perpetuis temporibus gaudere, mandantes & iniungentes dilectis & fidelibus noſtris generalibus, conſiliariis ſeu theſaurariis ſuper facto iuſtitiæ Aidarum, ſubſidiorum per guerras, & alia onera & ſubſidia impoſita, vel imponenda ordinatis, ſeu ordinandis, & commiſſariis ad ipſa ſubſidia imponenda deputatis, vel deputandis, ac electis Theſaurariis & Receptoribus ſuper facto ipſorũ ſubſidio-

Teneantur ciues locare ſcholaſticis domos, & qua cautela.

Immunitas ab intributionibus publicis.

ruin,neenon Seneſcallo noſtro Cadurcenſi, gardiatori Iudici Ordinario prædictæ ciuitatis,ſubgardiatori prædictis, & loca tenētibus ſuis,nec non Seneſcallo noſtro Cadurcenſi, gardiatori, ad iudici ordinario, cæteriſque omnibus & ſingulis Iuſticiariis, & officiariis noſtris, vel eorum loca tenentibus præſentibus,& futuris, vel eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit,quatenus ſupradictum *Cancellarium, Rectorem, ac alios ſupra nominatos, eorumque ſeruitores, ac officiarios ſupra expreſſos, & declaratos, & ipſorum quemlibet noſtra præſenti conceſſione, & gratia, ac prædicto priuilegio, & vti, & gaudere libere, plenariè, & pacificè perpetuò faciant, & permittāt atque eis à quoquam verbum in contrarium inferri, ſiue fieri turbam, moleſtiam, aut impedimentum, non ſinant ſed ſecus illata, ſiue facta, tollant, & reparari faciant indilatè præſentibus. Et quia horum præſentium productione dicta Vniuerſitas pluribus in locis egere poſſet, nos harum tenore, volumus quòd earū Vidimus, ſiue extractū, ſigillo dictorū gardiatorū, vel ſubgardiatorū ſigillato, tāta fides adhibeatur, ſicut & proprio Originali & vt hæc omnia perpetuò fruātur valida firmitate, noſtrum iis præſentibus, iuſſimus apponi ſigillū ſaluô tamen in aliis iure noſtro, & in omnibus aliis, quolibet alieno. Datum in præfata vrbe Cad. vigeſima ſexta menſis Februarij, Anno Incar. 1469.*

Tranſumptis habeatur fides.

Clarioribus illis *Albia Cad.* ac nobilioribus ornamentis, *Carthuſiam Academiamque* intelligo, ab ipſis auſpiciis explicandis occupati hactenus fuimus. *Bertrādi* noſtri præſulis obliti interim in ſpeciem, aliiſque intēti altiùs, quàm inſtituti noſtri ratio flagitaret. At enim iſthæc ipſa, *Bertrādū*, non parum attingebant, ſiue quod Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Cad. pars ſint nō ignobilior; ſiue quia Carthuſienſium prima in vrbe inſtitutio inductioque, Bertrando (eius certè Vicario *Guillelmo de la Capella*) eſt proprio diplomate permiſſa à Pontifice maximo; Academiæque mores ac inſtituta promouēdi ſontibus etiam plectendis, eſt ab inſtitutore ipſo; Cadurcenſi id temporis Antiſtiti, eiuſque ſucceſſoribus ſequenti æuo, poteſtas haud mediocris tradita, ſicut Academiæ legibus recenſendis ſupra iam annotauimus. Nunc quæ *Bertrandum* attingant propiùs, ſeriem temporum ipſam ſequentes, ſuo vt par eſt ordine attexamus. Anno Chriſti trecenteſimo trigeſimo ſecundo ſupra milleſimum, Eccleſiam attributam olim Templariis, iam ad Hoſpitalariorum iura delatā, inductis ſcilicet atque abrogatis Tēplariis ab alieno Rectore gubernari, ac per inuaſionē occupationēque eripi ſibi, *Præceptor domus de Caſnaco* Hoſpitalariis accenſitæ, apud Bertrādū querebatur; iamque poſtliminii iure tandem ſuis reddendā dominis, maxime cùm ipſius Rector Eccleſiæ, ſeculi ſpreta vanitate, de ſeſe adiungēdo ſacro illi Ordini cogitaret. Bertrādus, ne quid temere, re minùs cōpertā decerneret, negotiū examinandi altiùs, atque omnes litis articulos perpēdēdi exactiùs, officiali, hoc eſt ab ſeſe delegato Eccleſiaſticarū cauſſarū iudici cōmittit curā, quod leges æquitatis vellēt cōſtituturo. Verba hæc ſunt diplomatis Bertrandus *miſeratione diuina Cadurc. Epiſc.*

Cur ſub Ber[trando] actu[m] fuſius de Car[thuſien.] & Aca[demia?]

A.C. 1332. *Aue[nione]* iubet Offi[ciali] ſuo *Bertrandus* ſtatuat ſuper Beneficio de *Caſnaco*.

Diſcreto viro M. Pontio Molinerij Legum Doctori, Officiali noſtro *ſal. in Dom.* PRO *parte Præceptoris* Domus de Caſnaco Ordinis Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani noſtræ Diœceſis, *fuimus cum inſtantia requiſiti, quod, cum cura & regimen Eccleſiæ de Caſnaco dictæ noſtræ Diœceſis per Religioſos quondam ordinis Templi tum extantis conſueuerit gubernari, & ad Fratres dicti ordinis Templi, cui poſt deſtructionem eiuſdem, Ordo Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani in omnibus reddiſibus, & bonis ſucceſſit, gubernatio & cura ipſius Eccleſiæ, ab antiquo vt aſſerit, pertineret; licet ordine ipſo deſtructo, antequam ad manus ipſius Ordinis S. Joannis prædicti perueniſſet, & poſt aliqua tempora (licet non tanta quod fuerit contra eos præſcriptum) dicta cura ipſius Eccleſiæ per ſeculares præsbyteros, ſeu Rectores fuerit gubernata; Rectorq; ſeu Capellanus perpetuus Eccleſiæ qui nunc eſt ſecularis exiſtens, velit vt dicitur ad ordinem prædictum S. Joannis Hieroſol. liberaliter ſe transferre, & Frater effici S. Ioannis prædicti, dicto Rectori ſeu Capellano perpetuo Eccleſiæ præd. de Caſnaco, poſtquam trãslatus fuerit ad ordinem prædictũ, curam permitteremus dictæ Eccleſiæ, regimenque; vel ſi neceſſe foret ipſum de nouo inſtituere, & de eo, & alijs dicto Præceptori ſuper promiſſis iuſtitiam faceremus. Nos autem de præmiſſis plenam notitiam non habentes, volentes vnicuique ſubditorum noſtrorum iuſtitiam miniſtrare, vobis de cuius diſcretione confidimus, committimus tenore præſentium & mandamus, quatenus vocato Procuratore noſtro, & alijs quorum intereſt, viſis & diligenter inſpectis priuilegijs, & alijs iuribus, & munimentis Præceptoris prædicti; nec non & quadam informatione ſuper hoc de mandato noſtro factâ, de & ſuper præmiſſis, & ea tangentibus dicto Præceptori iuſtitiam faciatis. Super præmiſſis enim & ea tangentibus vobis committimus vices noſtras, mandantes omnibus noſtris ſubditis, vt vobis pareant, & intendant. In quorum teſtimonium &c. Datum Auenione die* 28 *Iulij A. D.* 1332. Ex qua ſubnotatione interim diſce euocatum id temporis *Auenionem* ad Pontificem max. Præſulem noſtrum; vbi *Carthuſienſis Cœnobij, Academiæque leges ac Priuilegia*, circa hæc ipſa tempora, indulta, promouiſſe, nemo ſanus iure ambegerit. 244

A. 1336. adeſt Bertrandus Synodo Bituricen. A. 1337. vnit Archidiaconatui de Montpez. Eccleſiam de Auiols A. 1340. auget cenſus Vicarij, obnitente Cardinali A. 1342. impetrat Indulgẽtias Ca-

A.C. 1336. adeſt Bituricenſi Synodo cui tum *Fulcrandus* Archiepiſcopus, Aquitaniæque Primas præeſſet: quod me Synodi ſubſcriptiones docent. Anno ſequenti proximè, ius in Eccleſiam *de Auiols* Diœceſeos ſuæ, ad Archidiaconum de Montepenſato tranſlatum, eiuſque dignitati iure attributum perpetuo, confirmat in Vicanenſi oppido Bertrandus noſter, ſeptimo Kal. Sextiles. ANNO 1340. perpetuum Vicarium *S. Dionyſij* Ædi præfectum, cui Bertrandus purpuratis allectus Patribus anguſtiora ſacræ militiæ ſtipendia, tenuioremque cenſum præſcripſerat, nihil veritus *Cardinalis* auctoritatem, nihil de ſuo deque ſuorum iure paſſus imminui, generoſus ac fortis Antiſtes, vberiores multò prouentus, qui nimirum ſufficerent alendo homini, adque Paſtoris labores tantos com-

modius vt par eſt ſubeundos iure æquiſſimo aſſignauit. Anno 1342. ab *Clemente VI.* electo recens in Pontificem max. *Bullatam chartam impetrat* quâ peccatorum ante hac Indulgentiam, condonationemque liberalem, Ædem Protomartyris Stephani piè riteque frequentaturis *Inuentionis ipſius die, ſextilis menſis tertia*, de ſacro Eccleſiæ Chriſtique Domini Ærario impartiretur. Impetrat & hoc ipſo anno Sacræ *Auguſtinianorum* familiæ, ab *Clemente* Pontifice facultatem aliò tranſmigrandi, & quòd priora domicilia Ciuitati incommodarent non parum, ipſiſque Religioſis viris minus ad Dei Optimi cultum opportuna experimentis didiciſſent non paucis, commodiora quæ ab Conſulibus offerrentur, ritè ac legitime occupandi. Docent rem omnem fuſiùs clariuſque Pontificiæ literæ, quas ideo libentiùs attexam quod grauem atque luculentam Ordinis ſacri commendationem contineant. *CLEMENS Epiſc. ſer. ſer. D. Dilectis Filijs Priori & Fratribus Domus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Cadurcenſis, ſal. & Ap. Ben. SACRÆ veſtræ Religionis ſynceritas, in qua ſub voluntaria paupertatis habitu militantes, in humilitatis ſpiritu ſedulum impenditis Altiſſimo famulatum, ac vitæ regularis honeſtas meritò nos inducunt, vt petitionibus veſtris quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nuper nobis veſtra petitionis ſeries continebat, quod cum locus veſter quem in Ciuitate Cadurc. habetis, pro cuſtodia & clauſura dicta Ciuitatis ſit neceſſarius, in eo propterea diuino cultus deſeruire ad votum commodè non poteſtis. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt vobis recipiendi alibi in Ciuitate præd. vel eius pertinentijs alium locum congruum, illumque ædificandi, & vos transferendi ad illum licentiam concedere de benignitate Apoſtol. dignaremur; Maximè cùm* Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Cadurc. & dilecti filij Coſſ. Ciuitatis eiuſdem, *ſuper hoc nobis humiliter ſupplicarint: Nos igitur ob eiuſdē Religionis merita, votis veſtris in hac parte benignè annuere intēdentes, veſtris in hac parte deuotis ſupplicationibus inclinati, vt prædictum locum congruum liberè recipere, illumque ædificare & conſtruere cum Eccleſia, ſeu Oratorio, Domibus, & alijs neceſſarijs ac congruentibus officinis, voſque ad præfatum locum alium transferre, perpetuò inibi Domino ſeruituri, licitè valeatis, iure tantum Parochialis Eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius, in omnibus ſemper ſaluis, quibuſlibet Priuilegijs, Indulgentijs, & literis, monialibus ſeu ſororibus Ordinis S. Claræ, etiam ſuper diſtantia cannarum ab alijs Religioſorum mendicantium locis, vel quibuſuis alijs ab Apoſtol. ſede conceſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ* VIII. *Prædeceſſoris noſtri mandato prohibente Domos, vel loca quæcunque à Religioſis mendicantibus de nouo recipi, ſeu recepta mutari, abſque ſedis Apoſt. licentia faciente plenam & expreſſam de prohibitione huiuſmodi mentionem; ac alijs conſtitutionibus Apoſtol. contrarijs nequaquā obſtantibus, plenam & liberam tenore præſentium licentiam impertimur, prouiſo quòd Eccleſia & Cœmeterium eiuſdem veſtri prioris loci (in qua quidem Eccleſia, pro diuinis ce-*

Cathedraliædi, ad inuentionem S. Stephani.

A. 1342 impetrat à Clemente VI. *Auguſtiniani* tranſmigrandi ius, & quorſum.

Conſulum pietas.

Derogatur oppoſitis iuribus.

Cauetur ne priorÆdes ſacra profanetur.

lebrandis officijs vnus Presbyter deputetur) ad Clericos ſeu laicos, ſicut hæreditas minime transferatur. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum apud Villanouam Auenionenſis Diœc. ij. Idus Martii, Pontif. noſtri anno primo.

ANNO 1345. ab ipſis etiam Clericis diuino cultui mancipatis, ciuilium negotiorum nomine, vectigalem nouum cenſum exigere; aggreſſos. 245
Cadurcenſes Conſules haud tulit *Bertrandus Antiſtes*; ipſam videlicet auctoritatem Pontificiam appellauit, in openi inque Societatem vacationum exemptionumque huiuſmodi aſſertarum iam dudum clero; in præſenti periculo confirmandarum, & pro ſummo iure vindicandarum, continuò vocatam. Aſſenſit Antiſtiti Pontifex anathematis etiam fulmine contumaces in cœpto feriendi; iure nouo delato, Reſcripti Pontificij quod *Septembris* ſequentis ſeptima die publicauit, ſeu vt loquimur Fulminauit *Bertrandus* formulam hic omitere nequaquam fuerit è re Catholica. CLEMENS &c. *Epiſcop. Cadurc. ſal. & Ap. Ben.* SIGNIFICAVERVNT *nobis Dilecti Filii, Clerus Ciuitatis Cad. quòd Conſules & Vniuerſitas Ciuitatis præd. ac Collectores deputati ab eis ad exigendum tallias, & collectas quæ Ciuibus Cadurcen. pro tempore imponuntur (non attendentes quod Laicis in Clericos, & perſonas Eccleſ. nulla eſt attributa poteſtas) eundem Clerum, & ſingulas perſonas ipſius, ad contribuendum in iiſdem talliis, & collectis compellere propria auctoritate præſumunt; in Cleri & perſonarum ipſius præiudicium, & grauamen, & derogationem Eccleſiaſticæ libertatis. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita præd. Coſſ. & Vniuerſitatem, & collectores, quod ab huiuſmodi præſumptione omnino deſiſtant, monitione præmiſſa per cenſurā Eccleſ. appellatione remota, prauia ratione compellas: Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint; cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Auen. 4. Kal. Nou, Pontific. noſtri an.* 4. Quam ipſam Eccleſiaſticam vacationem munerum Fiſcalis indictionis, Tributorumque rei nummariæ, quàm pijs quamque frequentibus Codicillis Reges Galliæ, pientiſſimi illi, reſeruarint, iam non attinet recenſere.

A. 1345. Anathema Pontificium in eos qui à Clero intributiones exigerent.

A. 1350. Bertrandus explicatus ius de Annata fabricæ applicāda.

ANNO 1350. conceſſum dudùm ab Deceſſoribus, in fabricæ ſacræ ſubſidia, cēſum dimidium, qui primo anno poſſeſſoribus nouis, de beneficiorum prouentibus obueniret, ſic eſt interpretatus *Bertrandus*, rogatam priùs Capituli ſententiam ſequendam ratus, vt comprehenderet ea lex eos vnos qui in demortuorum locum ſufficerentur, non verò alios qui permutationis alioué ſimili nomine, ea ritè quęſita, ſanctè ac legitimè poſſiderent; in quos nullum ius ſacris Ædilibus fore, ſicut nec in familiares domeſticoſque ſuos exemptos pariter, Antiſtes cordatiſſimus diſertè cauit. Sic enim ipſe, BERTRANDVS *miſeratione diuina Epiſcopus Cadurc. Vniuerſis &c.* RECOLENTES, *dudùm per noſtros, qui fuerunt dicta no-*

Digitized by Google

ſtræ Eccleſiæ prædeceſſores Epiſcopos, vnà cum Ven. Capitulo Cadurcenſi, ex certis cauſſis inter cætera ſtatuiſſe, quòd medietas fructuum Eccleſiarum, & Capellaniarum vacantium in Ciuitate, & Diœceſi Cadurc. illius anni, quo vacarent impoſterum, cedentibus, vel decedentibus Rectoribus & Capellanis, ſeu perpetuis Vicarijs Eccleſiarum earundem, cederent vtilitati dictæ Eccleſiæ, cui tàm in capite quàm in membris zelauerunt prouidere; & hoc modo leuarentur, & in certos vſus conuerterētur pios. Noſque eorum inhærentes veſtigijs, & affectantes dictam noſtram Eccleſiam de bono in melius proſperari dicta Statuta ſub certa forma in his literis comprehenſa duximus approbanda, quòd tam ex verbis ipſius conceſſionis & approbationis, an ad permutationes Beneficiorum, & Capellaniarum huiuſmodi quæ ſæpe fiunt purè & liberè, dicta cōceſſio ſe extendat, ſeu ſub intelligatur, frequenter requiſiti fuimus vt noſtram ſuper hoc intentionem dignaremur declarare: præſertim cum multi Beneficiati, & Capellani, metu dictorum verborum, abſtinuerint ſe & abſtineant à dictis puris, & ſimplicibus permutationibus faciendis; propter quod, ſi facta forent, fructus & melioramenta, dicta Beneficia fuiſſent ea affectione pia permutationum aſſecuta. Cum ab eo dictum Capitulum ſuam declaraſſet intentionem, videlicet non eſſe intentionis ſuæ, quòd fructus alicuius Beneficij, niſi per mortem vacaret naturalem, nos ſeu prædeceſſores noſtri exigeremus; Idcirco parem intentionem noſtram fore debere dicebatur, vt perceptio fructuū, ex permutatione in tali caſu non haberet locum, & in talibus eſſet ad intentionem concedentis recurrendum. Nos igitur viſis & attentis litteris conceſſionis & ſtatutorū huiuſmodi, & primæua conceſſionis perpenſo & examinato tenore, dictiq; Capituli intentionis declaratione conſideratâ, quæ ſi fuit ab initio, comprehendi debuit ſub illis verbis quòd à permutantibus, fructus illius anni exigerentur; & à priori diſcrepat tenore, & fauorabiliùs ob augmētum dictarum Eccleſiarum venit interpretandum; DECLARAMVS noſtræ non eſſe nec fuiſſe intentionis, quòd à dictis permutantibus, eorumque Beneficijs ſeu Capellanijs, dummodo in eo fraus, vel dolus non interueniat, fructus huiuſmodi exigantur, ſeu percipiantur. Imo exigi & leuari, tenore præſentium prohibemus, niſi quando contigerit per mortem naturalem vacare. Rurſus quia in tali conceſſione, ſocios familiareſque noſtros comprehendere non intelleximus, etiam in caſu quo per mortem naturalem Beneficia ſua vacarent, quæ ad eos & eorum quemlibet pertinerent, cùm eos fauore præcipuo in hoc caſu proſequi debeamus, declaramus dictam conceſſionem ad ipſos nullo caſu extendi; ſicut nec nos, nec familiares noſtros, ſub tali conceſſione intelleximus, nec intēdimus comprehendi vel aſtringi. Datum &c. Cadurci die 7. Auguſt. A. D. 1350.

Eximuntur a ea intributione qui Beneficia permutant.

Eximitur Epiſcopi fam lia.

246 DEBET & Bertrando Ciuitas noſtra conuentionis illius omnis articulos, quâ populata dudum vrbē, Epiſcopū, Capitulum, Conſuleſque inter diſſidia, tanto exhauſto ære, tot tumultibus excitatis iam centum & quinquaginta ipſos annos, tādē aliquādo ſopita, atque æternùm vt ſpe-

A 1351. celebe rima conuen inter Bertran & Coſſ. Cadu ſopiendis litib omnibus.

ramus extincta ſunt. Digladiabantur videlicet de iure deque dominio in Ciuitatem, de fori vtriuſque limitibus,& quod deploiandum profectò fuerat, veniebatur olim ad manus, dum neutra pars cedendum alteri arbitraretur, Componendi rem totam *Compromiſſarijs quatuor*, ex Capituli albo ritè delectis, *Canonicis cæteris* annuentibus ratúmque habituros ſpondẽtibus, quidquid hi ſtatuiſſent; cura eſt demandata anno 1352. Permiſſa multa ſunt Conſulibus; atque Epiſcopi munificentiâ ſuffragante, tota rei ciuilis adminiſtratio illis penè commiſſa, cautelis ſuis tamen adhibitis; Iurati etiam Conſules ſpopondere centum annui cenſus libras pendendas Caduſtcenſi Præſuli, gratiâ vt rependerent gratiæ; cauto tamen vtrinque irrita fore omnia, ni & *Pontifex max.* & *Galliarum Rex* confirmaſſet; quorum impetrato aſſenſu pacti omnes particulas obſeruaturos fideliſſimè ſolennis iuramenti religione ſpoponderunt. Acceſſerunt Regij aſſenſus teſtes literæ, ſigillo regio munitæ fideliſſimè, *Ioannis Regis* nomine miſſæ eodem anno, ſextili menſe: Acceſſerunt *Innocentij VI. Pontificis* ſequenti anno, quibus vnum aut alterum tantùm caput, non tam mutauit quam explicauit, cautô ne quid Clericorũm immunitatibus detraheretur dubijs aliquot pactorum verbis: quando in eo genere præcauendis maturè, enaſcituris poſt hac diſſidijs, nulla diligentia nimia nullæ ſunt cautelæ ſuperfluæ.

Papæ & Regis Galliæ aſſenſus.

Huius ab *Innocentio* Reſcripti miſſum exemplar ab *Vrbano* V. in Pontificem proximè poſt electo ad Cadurcens. Coſſ. queſtos ſibi vnis deeſſe, fidem omnium faciet locupletiſſimam, nec enim tã nobiles tabulas, quæ omnes poſt hac lites earũque capita omnia in ſemine eliſerint, quibus parta ſit quies vrbi noſtræ, quibus annui cenſus Epiſopo pendendi ab Conſulibus, ni ſe iurium parte optima exutos velint, tam honorifica fiat mentio, ſine religione ſubticere quis valeat.

Exemplar tabularum ex vrbis armario.

Vrbanus V. Innocentij VI. Diploma mittit Con[...]ulibus.

Promo ex fideliſſimo Tabulario VRBANVS *Epiſco. ſer. ſer. Dei ad perp.* 247
rei memo. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur: hinc eſt quòd nos tenorem quarundam literarum fœlicis recordationis Innocentij Papæ ſexti Prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius repertum, de regiſtro ipſo verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilectorum filiorum Conſulum, & Vniuerſitatis Cadurc. aſſerentium ſe tenore huiuſmodi litterarum quas nondum habuerunt, indigere, ſupplicationis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt, INNOCENTIVS *Epiſcopus ſer. ſer. &c. Romana Eccleſia tanquam mater diligens, & attenta, Eccleſiarum profectibus ſemper inuigilat aliarum, & ſi quoquo modo ad ſopiendas controuerſias in earum diſpendium agitatas aliqua prouidè ordinantur, vt illa perpetuâ firmitate conſiſtant, ipſæq; Eccleſiæ, pacis tranquillitate gaudentes, deuotiùs domino famulentur, opportuna remedia interponit cùm itaque ſicut pro parte Ven. Fratris noſtri Bertrandi Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Cadurc. Conſulum & Vniuerſitatis Ciuitatis Cadurc. propoſitum extitit coram nobis, ſuper Conſulatu Ciuitatis eiuſdem, dictique Conſulatus iuribus, quæ idem Ber-*

Innocentij Diploma ipſum.

trandus Epiſcopus, ac prædeceſſores ſui Epiſcopi Cadurc. qui fuerunt pro tempore, ad eos pertinere, ipſosque Conſules, Conſulatum & iura prædicta ab Epiſcopo Cadurc qui fuit & eſt pro tempore, tenere & recognoſcere debere & debuiſſe dicebant; Conſulibus verò prædictis contrarium aſſerentibus, lites, quæſtiones, & iurgia, non abſque laboribus, & periculis, ac expenſarum profluuijs fuiſſent inter partes ipſas, ab eo tempore cuius contrarij memoria non exiſtit, coram diuerſis Iudicibus agitata. Demum partes ipſæ prouidè attendentes quòd ex huiuſmodi litibus, quæſtionibus, & iurgijs: & præſertim ex ipſorum diſpendioſa protractione, damna, pericula, & incommoda plurima inſurgebant: ac propterea eis finem imponi ſalubriter cupientes, in ſex Canonicos ipſius Eccleſiæ per dictos Capitulum ad hoc de ipſarum partium communi voluntate electos, ſuper præmiſſis omnibus, & nonnullis alijs articulis, etiā litem & controuerſiam inter partes ipſas ingerentibus: ſub certis pœnis & iuramentis hinc inde præſtitis eo modo compromittere curauerunt, vt ijdem Canonici ſic electi, inueſtigarent, & examinarent diligenter, iura vtriuſque partis ac etiam tractatus ſuper ijs inter partes ipſas habitos; ac eis perquiſitis, viſis, & examinatis ſuper ijs pronunciarent, & arbitrium proferrent prout eis æquum videretur, & iuſtum, reſeruato expreſſè per dominum Epiſcopum in præmiſſis omnibus noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ beneplacito voluntatis. Qui quidem ſex Canonici, huiuſmodi compromiſſo ſuſcepto, eiuſque forma ſeruata, ſuper iis certam poſtquam pronuntiationem protulerunt Epiſcopus *cum Capitulo, & Conſules, ſequentem concordiam, feciſſe noſcuntur, prout in inſtrumento publico inde confecto, cuius tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Cùm autem ſicut eadem petitio ſubiungebat huiuſmodi pronunciatio eiſdem litibus, quæſtionibus & controuerſiis finem ponat, pacem & quietem vtrique parti præparet, & in ipſius Eccleſiæ* Cadurc. *non modicam vtilitatem redundet, pro parte Epiſcopi, Capituli, & Cōſulum præd nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſa omnia & ſingula ex certa ſcientia confirmare, ac defectus ſi qui in præmiſſis interuenerint ſupplere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

Litigia diutin inter Epiſcop & Conſules ſu per horum iu bus.

Sex Canonic electi litium fi bris auellendi pactione perpe tua.

Recurſum ad ſedem Apoſtol. quæ & approba ſed cum cautione.

248 NOS *itaque ipſorum Epiſcopi, Capituli, & Conſulum ſupplicationes, ad exauditionis gratiam fauorabiliter admittentes, ad pronunciationem huiuſmodi, & omnia, & ſingula contenta in ea rata habentes & grata, illa (cum infra ſcriptis tamen declarationibus) authoritate Apoſtolicâ, ex certa ſcientiâ de ſpeciali gratiâ, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Volumus enim, & etiam declaramus, quod ea quæ in dicta concordia continentur, in ea videlicet vbi ſic dicitur.* Præſtito priùs per ipſos ciues, & alios quoſcunque, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, in manibus Conſulum abſque fraude ad ſancta Dei Euangelia iuramento, quòd ipſi dicta vina ad opus ſui & familiæ ſuæ, apportare facient ad clericos vel Eccleſiaſticas perſonas, ſeculares & regulares, cuiuſcunque

Cautio Papæ ſuper iuramento per Conſules exigendo.

Cautio ſimilis ſuper condonatione iniuriarũ pũtorum tantũ.

etiam dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſtant & quocunque nomine nuncupẽtur: *prout etiam ad eos de iure extendi non poſſunt nullatenus ſe exſẽdant. Et in ea etiam parte, vbi ſic cauetur.* Itẽ quod in Conſulatu & nunc aliquo actu abuſi fuerint quouis modo, & in quocunque crimine etiam exceptato, quod abſit, per quem aut quos abuſus poſſent dicti Conſules, ſeu eorum officiales, & Vniuerſitas, per aliquem, vel aliquos, modo aliquo accuſari aut aliqualiter reprehendi, aut inſequi per dictum dominum Epiſcopum, ſeu Eccleſiam ſuam, vel etiam condemnari; id & quodcunque poſſet conſequi ex eo, vel ob id, dictis Conſulibus Vniuerſitati, & populo, & prædeceſſoribus eorum communiter vel diuiſim: eſt concordatum quod per eundem Epiſcopum remittatur & indulgeatur, quantum ad illos pertinet: *ad illos duntaxat qui hactenus abuſi fuiſſent, & non ad eos qui abuterentur in poſterum, ſe referant, & in, & de præterito tantum; intelligatur tempore, non futuro.*

Tabulæ pactionis inter Bertrãdum & Conſules.

Tenor verò dicti inſtrumenti talis eſt. In nomine domini, amen. Anno ab incarnatione eiuſdem 1351. die 15. menſis Maij, *regnante excellentiſſimo* 249
Principe Domino Ioanne Dei gratia Francorum Rege illuſtri. *Nouerint Vniuerſi, & ſinguli hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, & audituri: quod apud Cadurcum, in Camera Domus Epiſcopalis ſancti Vrciſſini, in præſentia noſtrorum notariorum publicorum, & infra ſcriptorum teſtium: Reuerendus in Chriſto pater Dominus* Bertrandus *Dei gratia Epiſcopus Cadurc. pro ſe, & nomine dictæ ſuæ Eccleſiæ*, & Ioannes de Mauſo, Arnaldus Bernardi de Carinento, Aymericus Lhauterii, Iacobus Domellei, Bernardus Lobo, Bernardus Raimundi, Iacobus Lauergna, Ioan. Arnaldi, & Ioann. del Proieg, *Conſules Ciuitatis Cadurc. pro ſe & eorum Conſulatu & Vniuerſitate, dictæ villæ ſibi ad inuicẽ dicti dom. Epiſc. & Coſſ. recognouerũt, & confeſſi fuerunt, quod & de ſuper nonnullis debatis, controuerſys, & quæſtionibus retro temporibus habitis, & motis, & quæ moueri ſperabantur inter eos, certum accordium prolocutum fuerat, certaque compoſitio, & tranſactio amicabilis, cum ſaluitatibus, & proteſtationibus infra ſcriptis, videlicet quod ante dictum accordium, compoſitionem ſeu tranſactionem, in & ipſis, & poſt, vtraque partium ſuis & quibus ſuprà nominibus, expreſsè retinuerat ex mutuo conſenſu, fueratque proteſtata, & proteſtabatur, & reſeruabunt: videlcet dicti Dom. Epiſcopus & Coſſ. in ys omnibus quæ concernunt Dominum noſtrum Franciæ Regem, eiuſdem Domini noſtri Regis; & dictus Dominus Epiſcopus, in omnibus Domini noſtri Papæ aſſenſum, voluntatem, licentiam, beneuolentiam, auctoritatem, & confirmationem, ita quod vbi ipſorum Dominorum, & cuiuſlibet eorundem, quatenus per modum ſupradictum eos, concernere poteſt, aſſenſus, voluntas, licentia, & confirmatio accordy, compoſitionis, & tranſactionis huiuſmodi non*

Conſulum nomina.

Cautio de aſſenſu Papæ & Regis.

interuenirent quod ex nunc, prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc prolocuta huiuſmodi, conuenta, & promiſſa non valerent, imo proinde haberentur ac ſi nunquã tractata fuiſſent. quia ſic in quolibet actum fuit, & fuerat; inter partes, bonâ fide: Quæ quidem compoſitio, & tranſactio, & accordium ſequitur ſub his verbis.

250 *PRIMO videlicet concordatum eſt, quòd dicti Conſules, Ciues, municipes, incolæ, & habitatores habeant perpetuò, & eis liceat habere Vniuerſitatem, & iura Vniuerſitatis, Conſulatum duodecim Conſulum, Domum Conſulatus, & Arcam communes, & ſigillum authenticũ, & ius indicendi, & leuandi tallias, & quaſcunque alias præſtationes, ſubſidia, impoſitiones, & munera, & cõpellendi per ſe, & alios, ab eis circa hoc deputandos: ciues, & alios habitatores, & alios quibus collectas indicere poſſint; ad ſolutionem eorundem, captis pignoribus, per diſtractionem pignorum, & aliis remediis opportunis prout hactenus eſt fieri conſuetum.*

Articuli pacti-onis.

Duodecim Co[...] cũ iuribus Co[...]ſulatus.

ITEM viſa quadam clauſula contenta in communione, ſiue Pariatgio dudum inito inter quondam inclytæ recordationis Dom. Philippum pro tempore Franciæ Regem, & tunc Epiſcopum Cadurc. cuius tenor talis eſt, Et vice verſa, ex cauſa arbitrii noſtri, tranſactionis, communionis, & permutationis huiuſmodi, Nos quicquid iuris in præmiſſis vel ea tangentibus habemus, vel aliis rebus quibuſlibet in Ciuitate prædicta, & eius territorio, vel diſtrictu ad nos pertinere poterat quoquo modo, id cõmutamus Epiſcopo ſuprad. ſuæque Eccleſiæ, modo & forma prædictis, *licet & alias tenore dicti Pariatgii ſeu communionis perpenſo, fuit concordatum, quòd dicti Coſſ. & eorum ſucceſſores, recognoſcent, & confitebuntur ſe tenere à prædicto Domino noſtro Francorum Rege, & dicto Epiſcopo, Conſulatum, & iura Conſulatus prædicta, liberè & omni contradictione ſemotâ. Per hoc tamen nec per aliqua in præſenti accordio contenta, non eſt intentionis partium, dictum Conſulatum, nec Conſules, nec alios Officiales dicti conſulatus, videlicet vſque ad numerum quatuor Aſſeſſorum, quatuor Notariorum, & duodecim tam ſeruientium, quàm tubicinatorum, quàm vigilum ſiue Gachas, per modum Conſulatus, vel Conſulum, vel Officialium, ſubiici curiæ Pariatgii prædicti; ſed Seneſcallo Regio, & Epiſcopo, vel Vicario Epiſcopi cum Seneſcallo prædicto, remanebunt eorundem iuriſdictioni ſubiecti, niſi prout per modum appellationis, reclamationis, aut recurſus eſt inferius ordinatum. Sed per modum ſingularium, ſeu priuatorum, in iis quæ extra Officium Conſulatus facerent, dicerent, & exercerent, remaneant ſicut cæteri populares.*

Eximũtur Co[...] & Officiales, [...] Curia Pariat.

Pariatgium hab[...] tur ſupra n. 160

Coſſ. & Officia[...]les Epiſcopo ſu[...]iecti.

ITEM quod dicti Coſſ. pro ſe & iure ſuo poſſint, & eis liceat, an. quolibet perpetuò creare nouos Cõſules ad regendũ populũ, & Ciuitatẽ prad. & Cõſules ip-

Ius ſibi ſufficien di nouos Conſules.

ſos præſente populo dicta Ciuitatis publicare: Qui noui creati Coſſ. iurent populo ſub hac forma. Que vn an eſtaran Coſſouls,ol mens,ou,may ſi era viſt que proſiech fous de la villo,& que nou yſſiran,entro que agiou fach autres Coſſouls,& que las frãqueſas,& las couſtumas,els vſatges de la Ciutat,gardaran,& deffendran à lour pouder,& de bonne fé, & loyalómen ſe portaran els affairés de la villo ,vas lo maiour,& vas lo minour,& vas toutz,communalmen,& à bono fé,& que amiſtat no y tendra, ny enemeſtat. *Et populus iuret poſtmodum ibidem eiſdem Conſulibus, ſub hac forma,* Que am lo Coſſolat ſe tendran, daquo que lys Coſſouls faran per lour profech & de la villo,ou entendian, à far,& contro los ſtabilimens nou irã,per lor,ny autre ,que lour aiudaram & lor valdran, com ſio gardatz & tengutz,à lor poder,& à lour ſemonſa vendran ſenes tots teyna, quand auſiram lour ſen, & lour crida, o auſiram lour meſſatgé, à bonne fé ſi iuſte excuſation nou auia. Et contrà lou Communal non iram, ny ſagramen, ny amiſtanſes,ny negunes alianſes non faran an negum homé ,ſens conſeilh,& ſens volontat delz Coſſouls & del Coſſoulat.Et ſi els maleuaſian per deudé que la villo deurio,o permetio que els lour ſio bõs yſchiadors & bons pagadous. Et ſi an negun hommé ſi troubauo contract, que am lor ſen,tenqueſſo daquello deſtreſſa,quels Coſſouls fal volriam. 252

Iuramentum Conſulum, annuum, quo fidelitatem promittit.

Iurat populus obedientiam & fidelitatem Cõſulibus.

Conſulum officiales,ius ad vigilias collocandas.

Exceptio Epiſcopatus, & Canonicatuum.

ITEM quòd dicti Cõſules habeãt perpetuò libros & notarios ſuos iuratos, ad ſcribendum Acta,Ordinationes,& iudicia eorum,& poſſint, & eis liceat creare,& inſtituere,& deſtituere ſeruientes,& gubernatores, & tubicinatores & alios officiales,& ſeruientes eis neceſſarios,& vigiles in Cõſulatu & fortalicijs,& aliis locis neceſſariis dicta Ciuitatis, exceptis hoſpitijs dom.Epiſc.& Eccleſiæ ſuæ,quæ pro ſua habitatione habet in dicta Ciuitate, & habebit & exceptis hoſpitiis in quibus Canonici Cadurcen.reſidebunt. *Qui quidem dicti ſeruientes poſſint, & eis liceat ac debeant portare arma, & baculos pictos* ſigno regio & Epiſcopali, & dicti Conſulatus ſignatos, *palam & publicè;& poſſint etiam executiones facere,Ordinationem, & Iudicatorum, Conſulum prædictorum, & mandata & ordinationes ipſorum Conſulum in citationibus,& alijs tangentibus,& incumbentibus exequi, & etiam leuare, & percipere,& exigere,cenſus, redditus & prouentus, & alia debita, & deneria dicti Conſulatus, & Conſulum præd. & aliorum quæ ſunt in & de patronatu & iure Conſulatus prædicti,debitores inquilinos, & feudatorios ſeu emphyteotas huiuſmodi gagiando, & aliàs exequendo prout erit neceſſe,& expediens pro præmiſſis.*

Inſignia quę miniſtrorum.

Ius exactionum.

Ius in cauſas ciuiles tantùm de libero conſenſu partium gratis omnia.

ITEM quòd dicti Coſſ.habeant cognitionem cauſſarum ciuilium inter 253 *volentes,& conſentientes, ſiue ſint ſubditi aut forenſes,& de ijs nullas ſportulas exigent,aut clamores ſic tamen quòd tales perſonæ,vi,dolo,metu, aut fraude ad volendum vel conſentiendum non inducantur directè,vel indirectè, ſed bona fide ſe habeant circa iſta. Cum hoc etiam, quòd in caſu huiuſmodi articuli,nullam perſonam poſſint citare,ſeu citari facere per viam alicuius iuriſdi-*

ctionis

ctionis, ſed ſi aliquam perſonam ſua mera, & propria voluntate ad eos venire contingat ad finem pacificandi cum altera, quòd eo caſu poſſint mandare illi ſeu alteri perſonæ, quòd veniat locutum cum eis, & ſi velit venire, quòd veniat; Et alias, non poſſint aliquo modo ad veniendum compelli; & ſi venire contingat ſic mandatas, & ambæ perſonæ concorditer velint, quòd dicti Coſſ. tractent pacem, quòd hoc facere poſſint ſummariè & de plano: Et ſi contingat quòd partes gratis & liberè velint ſe ſubmittere ordinationi dictorũ Conſulum, modo & forma ſuprad. de aliquo debato, mediante pœna, & iuramento, vel vna ipſarum abſque ſpecie alicuius alterius iuriſdictionis; & aliqua partium contra eorum ordinationem veniat, quòd ipſi Conſules directè, vel indirectè petere vel exigere quouis modo poſſint ab eadem, ratione alterius pœnæ vel alias.

254 *ITEM quod poſſint ordinare, ſtatuere, & imponere dicti Coſſ. ſoli, & in ſolidum, & eis liceat per ſe, ſtatuta, pechas, pœnas, & preconiʒationes quæ fiunt in dicta Ciuitate ſiue ſint pœnales, aut ſimplices, pro regimine, & bono ſtatu dictæ Ciuitatis, & pertinentiarum eiuſdem, plenam efficaciam obtinentes: Quòd poſſint etiam & eis liceat ea per trompatores ſuos portantes tubas cum vexillis, ſigno ſignatas, facere præconizari publicè per totam Ciuitatem, ex parte videlicet* Domini Regis, & Epiſcopi, & Conſulum, *ſeu proborum hominum dictæ Ciuitatis, & interdum etiam ex parte dictorum Conſulum, pro negotijs, & iuribus tangentibus dictum Conſulatum, & poſſint etiam dictas pechas pœnales & ſimplices, & ſtatuta, & pœnas, tollere, mutare, modificare, moderari arbitrio eorundem: ſed pœnas quæ committuntur exinde vſque ad dimidiam partem ſolum poterunt moderari bona fide, & non voluntariè, infra tempus quindecim dierum, poſtquam Viguerius ſolutionem voluerit dictarum pecharum quæ committentur ſub iuramento in officio tunc praſtito iuxta facti & perſonæ quæ incidiſſet, qualitatem, ſe habendo. ſed emolumenta quæ exinde venient ad Dominum pertinebunt. Propter hoc autem non excluditur quin gentes domini ſtatuere, & edicere valeant circa regimen curiæ, & alia quæ non repugnarent conceſſioni & ordinationi ſeu ſtatutis Coſſ. prad.*

Ius ſtatuta condendi Ciuitati, & ea publicandi.

Quorum nomine publicatio.

255 *ITEM vt damna quæ in hortis, vineis, terris, & pradijs ſituatis infra pertinentias dictæ Ciuitatis inferuntur, diuerſimodè euitentur, & tollantur, fuit concordatum inter partes prad. quòd pro cuſtodia dictarum terrarum, hortorum & vinearum, & prædiorum, certi & idonei Coterij, ſeu Viguerij, per dictos Coſſ. quoties eis videbitur neceſſe, inſtituantur, ad & per tempus de quo eis videbitur expedire qui in manibus Viguerij, & Baiulorum Capituli Eccleſiæ Cadurc. & Conſulum iurent, ad ſancta Dei Euangelia, & coram ipſis caueant, ſi ſit opus, in dicto officio ſibi commiſſo quandiu erunt, fideliter ſe habere, & media pars pecharum exinde prouenientium quæ per dictos Coſſ. imponentur, erit dictorum dominorum Regis & Epiſcopi, & quarta pars erit Capituli dicti, & alia quarta pars erit Conſulum prad. Sed dicti Conſules poterunt eas mitigare, vt ſupra.*

Ius damna prædijs inferenda prohibendi.

Multa quæ, & in quorum commodum.

Lex quoad cibos venales.

ITEM poterunt prædicti Coſſ. & eis licebit, dum & quoties eis videbitur, 256
ſtatuere, & ordinare, ne aliquis, vel aliqua, ſit auſus vel auſa, infra Ciuitatem Cadurc. ſeu eius pertinentias emere pro reuendendo, quouſque meridies fuerit elapſus, aliquas res comeſtibiles, & etiam ne aliquis, vel aliqua, ſit auſus, vel auſa, vendere piſces recentes, niſi ille cuius erunt dicti piſces, & aliàs, ſuper ipſis rebus comeſtibilibus & etiam ſuper ipſis quæ concernent decoramentum, ſeu mundificationem Ciuitatis ordinare, prout & ad tempus de quo eis videbitur faciendum, & etiam certas pechas, ſeu pœnas contra illos qui contrarium facerent imponere, quas ipſi Conſules poterunt mitigare vt ſupra: & duæ partes dictarum pecharum ſuper hoc committendarum, erunt dictorum Regis & Epiſcopi, & tertia pars erit Conſulum prædictorum: Item præfati Conſules in ſui nouitate creare poterunt certos Cōſiliarios de ciuibus prædictis qui iurabunt eiſdem Conſulibus quod bonū Conſilium eis dabunt, & ſecreta tenebunt.

Ius Conſiliarios creandi.

Ius exigendi iuramentum licitū, à populo & medicis.

ITEM dicti Conſules poterunt, & eis licebit quandocunque voluerint 257
conuocare cum tubis, vel aliàs, pro ſuo libito voluntatis, populum dictæ Ciuitatis, & ab eis iuramenta recipere, ſuper iis quæ eidem populo per ipſos Conſules iniunguntur: & etiam à Medicis in dicta Ciuitate reſidentibus exigere iuramentum, quod bene & fideliter ſe habeant in ſuo officio: ita tamen quod a dictis popularibus non exigatur illicitum iuramentum,

Ius creandi Procuratores, & ad loca varia mittendi.

ITEM poterunt dicti Conſules per ſe & abſque requiſitione cuiuſcunque, creare procuratores ſuos, Syndicos, vel actores, ad procurandum & proſequendum cauſas, & negotia Conſulatus prædicti, & Vniuerſitatis eiuſdem, & eligere certas perſonas vnam vel plures, & electas compellere ad eundum ſi & quando opus eſt, & ſibi placebit, & ad mittendū eas ad maieſtatē regiam & ad alias partes extrinſecas, propinquas, & remotas, pro cauſis & negotiis incumbētibus, & aliis tāgētibus dictum Conſulatum, aut Vniuerſit. vel eiuſdem Ciues.

ITEM habebunt & habere poterunt Adſeſſorem ſuum vnum vel plures, & poterunt conſtituere, ſeptimanarium, aliquos ex ſeipſis vel aliis Ciuibus ad expediendum cauſas, & negotia in Conſulatu præd.

Aſſeſſores & Ædiles creandi.

ITEM dicti Conſules ſoli, & in ſolidum poterunt, creare Curatores ſeu Gardiatores operum, & ædificiorum parietum & vanellarum, aygueriarum, ſtillicidiorum, & aliorum ad vſus quoruncunque ædificiorum & carreriarum incumbentium dictæ Ciuitati, & pertinentiis eiuſdem, ad quorum relationes ipſi Conſules cognoſcere, & pronuntiare poterunt, & iudicare ſuper litibus & cōtrouerſiis emergentibus ſuper ædificiis, & operibus, & aliis prædictis, & ſuas cognitiones ſuper iis exequentur: hoc tamen acto quod de ædificiis Epiſcopi & eius Eccleſiæ, habitis & habendis, & Capituli Cadurcenſis, dum tamen dicta ædificia ſint de proprietate dicti Capituli, quæ ad ſuam manum, & pro ſua habitatione tenent & tenebunt, ſe non intromittant: neque per hoc Capitulo Cad. quoad cognitionē quam habet de ſuis feudis extra Ciuitatē conſtitutis per ſe, vel per gentes ſuas, aliquod præiudiciū paretur: Et quòd ſi feudū erat dicti Capituli, quod eſſet infra dictam Ciuitatem de, ſeu pro quo eſſet talis cognitio facienda, quod vocetur aliquis de Capituli gentibus ad cognitionem cum dictis curatoribus; ſed per hoc ille vocatus, partem non habeat in dicta iuridiſctione

ITEM poterunt, & eis licebit, ſoli, & in ſolidū creare curatores ſeu gardia-

Ius in Opifices

tores pannorũ,qui fient in dicta Ciuitate & eius pertinentijs, & artificiis textorũ,& paratorũ,& tendariorum in pannis faciendis,& carnificum, ſeu macellariorũ,piſcatorum:& ne carnes ſeu piſces infectos, ſeu vitioſos vendant: & piſtorum,aurifabrorum,& ſtãnifabrorum,molendinariorum,ſutorum,affachatorũ,& candelas, & alia luminaria operantium & vendentium, & aliorum opera mechanica exercentiũ,& aliarum mercaturarum in ſufficientiã in dicta Ciuitate & eius pertinentijs:& iuramenta recipiant ab eiſdẽ. Ad quorũ curatorum & garderiorũ relationes Cõſules poterunt cognoſcere,iudicare, punire & corrigere,de,& ſuper artificiis prædictis,& de defectibus,fraudibus & exceſſibus circà hoc cõmiſſis,dictis artificibus ſuũ artificiũ interdicendo,in perpetuũ,& interdum ad tẽpus,alias arbitrio eorundẽ. Et nihilominus ſignã & gardiatores ſignorum,& ſignare facient cum dictis ſignis,vaſa argẽtea,aurea,plũbea,& ſtãnea,& alia area: Et pãnos qui fient,& coria quæ parabuntur in Ciuitate prædicta,& exinde certũ quid recipere poterũt,pro laboribus,bono arbitrio Coſſ. præd. Et quod recipietur de defectu ponderum,pannorum; tertia pars attribuatur Viguerio,& alia tertia pars Conſulibus,& alia tertia pars gardiatoribus ſuper ijs laborantibus: Et gardiatores dictã pœnã leuabunt,& Viguerio, & Conſulibus ſuam partem legaliter reddent: Et quod ſic facient in ſui creatione,prædicto domino & Conſulibus iuramenta præſtabunt.

Ius in vias,& ędificia.

259 *ITEM poterunt cognoſcere dicti Conſules ſoli & in ſolidum, & diſcernere, & iudicare de plateis & carreriis publicis,& eorũ pertinẽtiis,protectis ædificiis ſtillicidiis,cloacis,ſeu aygueriis,& vanellis,& paſſibus molẽdinorũ & paxeciarum: Et ne quis indebitè ædificetur,ſeu fiat in eiſdem,& quòd circa hoc iudicatum fuerit vel ordinatum per ſe, vel ſeruientes ſuos, & alios deputandos per ipſos,exequentur. Sic tamen quod de ijs quæ Epiſcopi eſſent, & ad manum ſuã teneret,ſe intromittere non valeant: Et quod Capitulo per hoc, præiudicium in iis quæ tenet ad manum ſuam,vel in iis quæ tenentur ab eo quantum ad iura dicti Capituli non paretur. Et quod ſi feudum erat dicti Capituli: quòd eſſet intrà Ciuitatem,de,ſeu pro quo eſſet talis cognitio facienda, quòd vocetur aliquis de gentibus Capituli,ad cognitionem cum dictis curatoribus, ſed per hoc ille vocatus,vt dictum eſt,partem non haberet in iuriſdictione.*

Exemptio Epiſcopi & Capituli.

Ius in menſuras & pondera.

260 *Itẽ habebunt,& habere poterunt,nihilominus ſoli & in ſolidum cognitionẽ,& correctionẽ:& punitionem vlnarum & ponderum,& perticarum ad perticãdum terras,& menſuras,& molles ad menſurandum blada,vinũ,oleum,ſal,calcem & lateres,& alia menſurabilia,& rerum menſurabilium,& rerum ponderabilium earundem,& dependentium ex præmiſſis,& delinquẽtiũ in eiſdem. Quæ quidẽ menſura,molles,& pondera ſignabuntur,& ſignari debebunt ſigno Conſulatus prædicti,& limitari ſeu candilbari per Conſ. præd. ſeu deputatos ab eiſdem:& habebunt põdera,& ſtatuent loca certa ad põderandum quaſcunq; res in põdere exiſtẽtes,& certũ quid recipient inde,& recipere poterunt ſuo bono arbitrio.*

Ius in claues ciuitatis & turriũ, ac pontium, & in excubias.

261 *Item habebunt dicti Cõſules: integrã cuſtodiã clauium,& portarum,pontiũ, turriũ,& fortalitiorũ dictæ ciuitatis,exceptã* turre media põtis veteris *& cuſtodia eiuſdẽ,quæ ſpectat,& pertinet ad Capitulũ & eius gẽtes;& turri exiſtenti in flumine Olti quæ vocatur* turris Can.. *& exceptis fortalitiis,quæ in manũ*

Exemptio Epiſcopi & Capituli.

*ſuam tenet Epiſcopus vel Capitulum ſuum Cadurc. Necnon habebũt, dicti
Conſules, eiuſdem Ciuitatis cuſtodiam, & excubias de die & de nocte, cum ar-
mis, & ſine armis per ſe & ſeruientes ſuos, aut alios deputandos ab eis, & quos
ſecũ adhibuerunt. Et cum maleficos repererint, vel ſuſpectos, ipſos poterunt
capere, & incarcerare in Domo Conſulatus, & poſt in craſtinum infra ter-
tiam, ille captus reddatur Viguerio, ſeu alias iudici ſuo, vel eorum locum te-
nenti abſque requiſitione: Et ſi fuerint requiſiti quandocunque, quod ſtatim
reddere habeant. Qui Viguerius habet tales maleficos nomine ſuo, ac dicto-
rum Conſulum incarceratos tenere, pro faciendo per ipſum & dictos Coſſ. iu-
ſtitiæ complementum. Propter hoc autem non excludatur quin Viguerius
poſſit de die aut de nocte, excubias facere, per ſe vel gentes ſuas, vel cum Con-
ſulibus ſupradictis, vel gentibus eorundem: Et ſi inſimul aliquem capiant, quod
Viguerius vel eius gentes, habeant illum captum ducere ad carcerem Viguerij
indilate: ſic tamen quod Viguerius cum gentibus ſuis poſſit maleficos capere
& incarcerare; & in caſu quod de die gentes Conſulum aliquem caperent,
Viguerio reddant, ſtatim, abſque aliqua requiſitione.*

Ius Viguerij & Coſſ. in maleficos.

Ius in ædificia publica.

ITEM poterunt etiam dicti Conſules, & ad ipſos ſpectat conſtruere, ædi- 262
*ficare, & reparare muros, barbacanas, pontes, plateas, vacuas & alia fortali-
tia dictæ Ciuitatis,* ſaluo iure Epiſcopi & Capituli, *ſuperius exceptato &
reparare vallata, & anteuallata eiuſdem Ciuitatis & de nouo facere: Ipſaque
prout ipſis Conſulibus placebit accenſare, ſeu arrendare perpetuò & ad tem-
pus: Et redditus & cenſus & obuentiones inde percipere: facereque carrerias &
plateas nouas pro vtilitate Reipublicæ, arbitrio Coſſ. præd.*

Ius in plateam Conſulatus.

*ITEM habent & obtinent, & habebunt, & obtinebunt ſoli & in ſoli-
dum dicti Conſules, in dicta Ciuitate* domum communẽ *vocatam* Labladaria,
*& plateam ante dictam domum, exiſtentem ad vendendum blada, nuces,
nucleos, legumina atque glandes & alia ſemina quæcunque, & ibidem men-
ſurandum cum menſuris dictorum Conſulum, per bladerios iuratos, & nuntios
Conſulum prædictorum: Ipſique Conſules pro dicta menſuratione & reſtitu-
tione damni ſi quod detur, certum quid recipient, & eiſdem ſolis ſuper hoc re-
ſpondebitur: Saluo iure Dominorum, Regis & Epiſcopi ſuper leuda debita &
conſueta, & Capituli Cadurcenſis ſi quod habet in domo Conſulatus & alijs
domibus contiguis platea prædicta.*

In Domum publicam.

*ITEM habent, & ad eos in ſolidum pertinet, & de cætero pertinebit
habere domos communes in dicta Ciuitate, vbi ponderatur & ponderari con-
ſueuit, bladum paratum ad triticandum per miniſtros iuratos ipſorum Conſu-
lum deputatos ab eis, & ipſi Conſules ſoli certum quid exinde recipient.*

In pontem de Valantré.

ITEM habent ipſi Conſules quandam domum communem vocatam Ca-
meram d'Amour *& inde logueria, ſeu prouentus percipiunt à perſonis ibi
tenentibus res venales: & habent aliam domum communem vocatam* de la
Roda *necnon & portum, & aquam* de Valantre in *flumine Olti, ex quibus
emolumenta ſoli percipiunt & prouentus, per hoc tamen non intendunt præiu-*

dicare Capitulo Cadurcenſi in ſuo cenſu, & redditu vel alio iure quod habet vel haberet ex vſu antiquo: Et ea præmiſſa habebunt Conſules & tenebunt deinceps perpetuò,& eis vtentur vt conſueuerunt.

263 *ITEM ad dictos Conſules ſolos & in ſolidum pertinet & pertinēt patronatus,regimen, cuſtodia,& adminiſtratio hoſpitalis Carreriæ maioris Cadurci, & leproſaria de vltrà pontem veterem; & charitatis Pentecoſtes, & reddituum, bonorum & emolumentorum eorundem: & Gardatores, & lenatores & Miniſtros Iuratos in eis deputabunt,& mutabunt, & reſtituent: Qui de perceptis & expenſis reddent ipſis Conſulibus rationem & reliqua præſtabunt: & inſtituent, & deſtituent pro libito voluntatis fratres, ſorores & donatos ad ſeruiendū pauperibus ipſius hoſpitalis & leproſariæ memoratæ: Et de perſonis infectis dictæ Ciuitatis, poterunt cognoſcere & ordinare, & ipſis locum aſſignare in leproſaria prædicta. Quæ permiſſa deinceps habeant & teneant,& eis vt conſueuerunt valeant vti, promiſſo quod domus prædicta, modo antiquo & conſueto, leproſis reſtituatur, & paretur, ſeu alia conſtruatur,& eis aſſignetur ita condecens, cum emolumentis, eo modo quo fuit conſuetum,Saluo iure Patronatus Conſulum prædictorum.* Ius in Prochotrophia.

ITEM quod poſſint dicti Conſules deputare,& inſtituere, & deſtituere in dicta Ciuitate publicos incantatores, ſeu licitatores, & proxenetas ſibi iuratos ad vendendum,locandum,licitandum ſeu aliàs publicè quaſcunque venales res, & exinde emolumenta percipere, & iuramenta & cautiones recipere,& exigere ab eiſdem, & quod non poſſint nec debeant dicta officia per alios exercere. In licitatores

264 *ITEM à cætero habebunt vexillum cum ſigno prout ſuprà ſignatum, quod ciues prædicti ſequi habebunt,cum dictis Conſulibus placebit, & eis percipient:necnō habebunt publicè cōpedes ligneas, ferreas,& aream ad incarcerandum maleficos, & ſaccos, ad ſubmergendum: Et poterunt conſtituere, mutare,& reparare ſpillorium, & furcas patibulares ad puniendum maleficos delinquentes in dicta Ciuitate & eius pertinentiis, & alibi: Quæ pertinentiæ ſunt & protenduntur à Ciuitate Cadurci vſque ad furcas rupis arcuum excluſiuè,cum territoriis in medio adiacentibus & flumine Olti: Et à prædictis furcis prout protenditur verſus Eccleſiam de monte Ariuo incluſiuè, & territoria in medio adiacentia vſque ad dictam ciuitatem; Et de dicta Eccleſia de monte Ariuo incluſiuè, prout protenditur ad locum dictum de Leſpinaſſa, & territoria adiacentia dictorum locorum, de Monte Ariuo incluſiuè vſque ad dictam Ciuitatem Cadurci: Et à dicto loco de Leſpinaſſa incluſiuè, prout protenditur de camino per quod itur de Leſpinaſſa verſus Cadurcum: quod caminum diuidit territorium de Toloſca, & del Cauſſe,& loca adiacentia vſque ad Ciuitatem dictam: exceptis territoriis adiacentibus à parte fluminis Olti,inter dictum flumen Olti,& caminum excluſiuè per quod itur verſus Mercuſium à rupe rubea: Quæ rupes rubea cum fa-*

Ius in carcerem & pœnas capitis

Ius vexilli, & conuocationis.

Limites Iuriſdictionis Conſulum.

cto de Suberols, cum aliis territoriis adiacentibus à parte Olti vſque ad factum de Toloſca, ſequendo iter publicum per quod itur verſus Baſtidam, de Mercuſii vſque ad factum de Toloſca: Quę territoria remaneant de pertinentiis, & honore de Pradinis; & à dicta Ciuitate vſque ad molendina de Pileux, Arnaldi Beraldi incluſiuè, quę ſunt ſita in flumine Olti, & à dicto flumine Olti per iter per quod itur de dictis molendinis, verſus rupem de la Roſſilla, recte itinerando; & exinde de dicta rupe ſequendo rectà dictum iter vſque ad vineam Magiſtri Geraldi de Soʒes incluſiuè: & exinde ſequendo dictum iter a parte ſuperiori vſque ad Eremitam, ſiue peciam terrę Magiſtri Guillelmi Derlis incluſiuè & exinde ſequendo recte dictum iter, inter vineas, Petri de Fupe & vineam Stephani Dartis filii quondam Stephani Dartis vſque ad vineam, Petri de Petrilia incluſiuè; & exinde ſequendo dictum iter vſque ad coſtam vocatam de vigantis incluſiuè: & aſcendendo per dictum iter inter dictam vineam Petri de Petrilia, & vineam Laurentii de Comba habitatoris boria dicti Arnaldi Geraldi vſque ad iter publicum per quod itur de Pradinis verſus Capellam, ſequendo dictam coſtam podij de Gigantis, & intrando in podio de Corneto, ſequendo dictam coſtam & rectà dictum iter vſque ad terram hermam ſine fros, hominum de Pradinis: & exinde ſequendo dictum iter per coſtam dicti pody, vſque ad terram Hermam Geraldi del Thorō de Pradinis, & vſque ad vineam Guillelmi de Benna Trolherii: Et exinde ſequendo dictum iter per coſtam dicti podii de Corneto, vſque ad podium vocatum de Mortairols: Et exinde rectà ſequendo dictum iter per coſtam dicti podii de Mortairols, vſque ad podium vocatum de Lecalop, recte ſequendo dictum iter vſque ad vineam quondam Domini Raimundi de Caʒetis incluſiuè: & exinde ſequendo dictum iter per coſtam dicti podii vſque ad vineam Petri Reduti: & deinde dimittendo dictum iter, & vertendo verſus boriam Gancelini Ioannis; vſque ad caput cumbæ vocatæ de Pradineta, & Cumba de Melet: prout dictum iter deſcendit inter vineas Ioannis Delbac & Raimundi del Boſcueret affanatoris, & vſque ad terram Ioan. d'Alberto, & vineam Raimundi Daiceps: Et exinde ſequendo iter dictum rectà verſus boriam prædicti domini Gancelini Ioan. iuxta vineā dicti Raimundi Daiceps, vſque ad vineam hæredum Arnaldi Andoxij incluſiuè: & exinde ſequendo dictum iter iuxtà dictam vineam vſque ad iter publicum per quod itur de Cadurco verſus luſergium, vſque ad pedem coſtæ de roda limacʒ, & exinde aſcendendo verſus boriam dicti Gancelini Ioannis ad locum de Capella, & ad territoria circunquaque adiacentia vſque ad Ciuitatem Cadurci, cum alijs ſuis limitationibus & confrontationibus, à parte pontium noui & veteris de Cadurco, abſque præiudicio Epiſcopi & Capituli prædicti. Tamen fuit concordatum quod per huiuſmodi limitationes non derogetur alicui, quin territoria infrà vel extrà dictas limitationes ſituata, in tallijs & collectis contribuant, & ad vſus & con-

ſuetudines teneantur quibus contribuere & tamen hactenus conſueuerunt, nec iuri & vſui eis competentibus in aquis infrà nec extrà dictas limitationes, & ſaluo in alijs iure dicti domini Epiſcopi & Eccleſia ſua, & quod habet in vaſſallis & ſubditis, & in omnibus quolibet alieno in quibus quidem limitationibus affigendis ſeu plantandis, prout concorditer faciendum videbitur apponere poterunt ad futuram & perpetuam memoriam retinendam: Et fundus in quo dicta furca ſunt, & circumquaque dicuntur eſſe Coſſ. prad. ſaluo quod ſi furcas pro tempore vellent mutare hoc habeant facere de licentia domini: & quod aliter incarcerent, nec puniant niſi prout ſuperius vel inferius continetur.

ITEM ad dictos Coſſ. pertinebit perpetuò ſolos & in ſolidum, cognitio & executio ſuper nouis diſſenſionibus, & turbis emergentibus in dicta Ciuitate, & eius pertinentijs, & diſtrictu eiuſdem cum pertinentiis conſuetis.

265 *ITEM & vltrà hoc dicti Coſſ. habebunt, & ad dictos Coſſ. ſpectabit & pertinebit proceſſu temporis, ius in futurum informandi, inquirendi, cognoſcendi & definiendi cum vicario pariatgij, faciendo idem conſiſtorium cum eodem ſuper quibuſcunque criminibus, grauibus, & leuibus, emergentibus in dicta Ciuitate & eius. pertinentijs, & diſtrictu contra quaſcunque perſonas cum ex officio, aut ad inſtigationem, vel denuntiationem, ſeu accuſationem de crimine agitur: niſi ſolum ciuiliter de iure debet. Et ſententias ſuper his criminibus per ipſos Vicarium & Coſſ. concorditer recitari facient, vel per vnum ciuem ciuitatis prædicta, & executionem pariter ſuper ijs faciendam viguerius vnà cum ſeruientibus ſuis, & ſeruientibus dictorum Coſſ. facient ſuper dictis criminibus. Et criminoſi, vel ſuſpecti de quocunque crimine atroci vel leuiori debent cõmuni manu, & nomine ipſorum Viguerii & Coſſ. capi & arreſtari & in carceribus pariatgij Regis & Epiſc. detineri, & etiam recredi, & relaxari, banniri in perpetuum, & ad tempus reapellari: bona talium annotari ſeu adſcribi domini Regis & Epiſcopi, & ſaiſita teneri Et quacunque financia & compoſitiones, & alia exinde dependentia fieri, & communiter exerceri. Et inqueſta, informationes & appriſia, per ſcriptorem iuratum ipſorum Viguerij & Coſſ. Et communiter poſitum ſcribi, & apud ipſos Coſſ. in domo Conſulatus cuſtodiri & conſeruari: Quorum copiam habere poterit procurator communis, cum eis indigebit, & inuentarium fieri de bonis huiuſmodi annotatis, & de aliis de crimine ſuſpectis & accuſatis, Confiſcationes tamen & emolumenta pertineant ad dominium, ad Regem & Epiſcopum commune: exceptis ſcripturis, ſeu ſalariis exinde percipiendis, qua erunt communia inter Dominum & Coſſ. ſic tamen quod ſi vendebatur ſcriptura prad. quod id, quod inde reciperetur, diuideretur inter dominum, & Coſſ. & per aliquem per eos communiter recipietur, & eorum cuilibet per illum ſua portio reſtituetur.*

Ius in reos criminum quale.

Ius in ſubhaſtationes

ITEM illi qui res ement ad incantum, vel ſubhaſtationem, vel aliàs publicè in dicta Ciuitate, ſeu eius pertinentijs, tenebuntur incontinenti ſoluere 266 *quod promittitur, antequam detentionem habeant dicta rei empta, vel caueré idoneè de ſoluendo ipſa die: Et de oblatione pretij ſtabitur aſſertioni ſubhaſtatoris; & de ijs cognoſcent Coſſ. ſummariè & ſine ſtrepitu, & abſque omni genere expenſarum: Et vndecumque res ad incantum vel aliter publicè & patenter empta fuerint debent penes emptorem huiuſmodi remanere. Si quis tamen rem furtiuam vel vi ablatam, vel aliam quantumcunque in loco publico emerit, publicè & bona fide in Ciuitate præd. debet emptor petenti dictam rem ſi iurauerit, & per vnum teſtem idoneum probauerit eſſe ſuam, reſtituere eidem, ſatisfacto primitus dicto emptori de pretio quod ſibi conſtiterit, & de expenſis ſi qua ſubſecuta fuerint, bona fide: Et debet iurare ad Sancta Dei Euangelia quantum conſtitit, & quòd non credebat, nec ſciebat rem ablatam, vel furatam fuiſſe.: Et ſi iurare noluerit; vel rem emptam dum ipſam emebat furatam vel vi ablatam fuiſſe, ſe ſcire vel credere dixerit, rem amittat, & ſine ſatisfactione pretij reddatur Domino rei.*

Cautio. cúm furto ſublata væneunt.

Ius ciuium ad locationes venditiones &c.

ITEM Dominus, & quiſque alius ciuis poſſit impunè pro loquerio, 267 *vel pro mercede domus, prædij, & poſſeſſionis, ſiue pro ſuis cenſibus, acceptis, & dominijs, feudalibus, redditibus & annalibus penſionibus, per ſe vel per alium, auctoritate propria domum claudere, & aliàs in prædijs, feudis, & tenementis pignorare, & de bonis mobilibus infrà domos & prædia exiſtentibus capere, & gatgiare, & poſt duos menſes dicta pignora vendi facere ad incantum. PETITIONES, diſſenſiones, & debata quæ emerſerint in dicta Ciuit. & pertinentijs ſuis tempore vindemiarum, ratione loqueriorum, virorum, & mulierum, & animalium ad d. vindemias confluentium & aliorum ex præmiſſis dependentium, poterunt & debebunt per d. Conſules audiri, terminari, & decidi ſummariè & de plano, & ſine ſtrepitu, & eorum ordinationes circa hoc editas per ſe, & ſeruitores ſuos & nuntios exequentur.*

Ius Coſſ. ſuper vindemijs.

Cautio pro vini inuectione in vrbem.

Omnibus, & ſingulis Ciuibus liceat à principio vindemiarum vſque ad 268 *feſtum B. Martini hyemalis duntaxat, apportare vina, vndecumque voluerint, annuatim, apud Cadurcum, & elapſo dicto feſto non poſſint, nec debeant, nec liceat alicui perſonæ vina infra d. Ciuitatem & pertinentias eiuſdem, per terram, vel aquam, vel aliàs abſque licentia Coſſ. adportare, niſi in paruis vaſis ſtãneis, ſeu botis ferratis, ſeu corij; Exceptis duntaxat Religioſis mendicantibus, & Clericis ſtudentibus in Caturco, qui pro potu ſuo proprio duntaxat poſſunt adportare, & certis ciuibus qui de prædijs ſeu vineis quas habent extra territoria Ciuitatis, & erunt de eorum proprio Patrimonio, vel aqueſta, poterunt d. vina pro ſuis neceſſitatibus portare facere, præſtito prius per ipſos ciues, & alios quoſcunque, cuiuſcunque conditionis exiſtant, in manibus Coſſ. abſque fraude ad SS. Dei Euangelia, iuramento,*

Exemptio Religioſorum.

quod

quòd ipſi ad opus ſui & familiæ ſuæ, dicta vina facient adportari. Et ſi ſecus actum fuerit, dicta vina debent confiſcari, & vaſa in quibus adportari facient per d. Coſſ. ſeu eorum mandatum in communi platea frangi. Sic tamen quod D. Epiſcopus, & Canonici, & gentes eiuſdem D. Epiſcopi, videlicet Vicarius & Officialis, & iudex temporalis, ſigillator, & Theſaurarius, pro potu & vſu proprio poſſint facere aſportari, & ab iſto ſint exempti.

Exemptio Epi- ſcopi, Capituli &c.

269 *ITEM ſi in ſolutione cenſus penſionis, aut Canonis ceſſatum fuerit per triennium, ſeu vltra, ex hoc res non cadant in commiſſum, nec occaſione huiuſmodi aliquid acquiratur Domino à quo tenentur. Et ſi res cenſuales, vel emphyteuticarias, vel feudales ad aliquem ciuem, ſeu extraneū: ex inſtitutione, legato, ſeu permutatione, aut donatione, ſeu quouis alio titulo lucratiuo perueniant, dominus vendas ſeu laudimia non habebit, ſed acapitum ſine pluri. Et ſi res communes, feudatariæ, ſeu emphyteutica, ſeu cenſuales diuidantur, ſine alicuius pretij æſtimatione, Dominus vendas, ſeu laudimia, ratione diuiſionis huiuſmodi, non habebit.*

Cautio pro cen- ſibus, emphyteu- ticis &c.

270 *POTERVNT etiam dicti Ciues, res, & domos, & poſſeſſiones quaſcunque cenſuales, emphyteuticas, vel feudales, ſine conſenſu, & requiſitione Domini, liberè vendere, emere, donare, permutare, vel quocunque alio titulo acquirere vel alienare ſeu transferre; Et Dominus domus poſſeſſionis, vel alterius rei empta, vel alio titulo adquiſita, poſſeſſionem recipere, apprehendere, & in poſſeſſionem huiuſmodi realē, & corporalem propria auctoritate, & abſque Domini licentia intrare, abſque pœna aliqua vel incurſu. Saluo quod per huiuſmodi ceſſionem, ſeu accordium dicti Coſſ. Ciues & habitatores, aliquod ius nouum non habeant, ſeu acquirant, præterquam in præſenti accordio continetur. Et eſt intentio partium quòd in expreſſatis ſuperiùs in præſenti accordio quòd Coſſ. non impediantur per curiam Officialis nec curia Officialis per conceſſa impediatur, quin cognoſcat de ijs de quibus conſueuit.*

Ius Ciuium ac- emptiones cen- ſuum, feudorum &c.

ITEM nullus Ciuis ſeu habitator d. Ciuitatis Cadurc. ad inſtantiam

271 *Procuratoris Regij aut alterius priuati, poſſit ex delicto, ſeu contractu, vel quaſi, aut aliàs extra aſſiſatgium ſuum de Cadurco, conueniri, niſi extra aſſiſatgium conſtaret ipſum delictum aut contractum huiuſmodi commiſiſſe (de quibus coram ordinario d. Ciuitatis fieri debet primitus prompta fides) niſi in caſibus læſæ Maieſt. hæreſis, falſæ monetæ, vel falſificationis ſigilli Regij: Nec per hoc curiæ ſpirituali generetur præiudicium in ijs quæ conſueuit. Item quod ſi in contractu & iure aliquo, actu abuſi fuerint quouis modo, & in quocunque crimine etiam exceptato (quod abſit) per quem, aut quos abuſus poſſent dici d. Conſules, ſeu eorū Officiales, & Vniuerſit. per aliquē, vel aliquos, modo aliquo accuſari, aut aliqualiter reprehendi, aut inſequi per d. Dom. Epiſcopum ſeu Eccleſiam ſuam, vel etiam condemnari, id & quodcunque poſſet ſubſequi ex eo, vel ob id dictis Coſſ. Vniuerſitati, & populo, & prædeceſſoribus eorundem communiter vel diuiſim, eſt concordatum quod per eundem Domin. Epiſcopum remittatur, & indulgeatur, quantum ad eum pertinet.*

Ad quod forum Ciues Cadurc trahendi.

Crimina except Clericorum ex- emptio.

Hæc ſunt tempera ſuprà reſtriction Papa.

Vicarij iura Luſtrandis domibus.

VICARIVS Caturci, vel eius locumtenens, ſeu ſeruitores non intrent 272
violenter, de nocte pro aliquo crimine, in hoſpitio alicuius, niſi præſentibus
duobus Coſſ. aut duobus probis viris, bona vitæ & famæ, Ciuibus Cadurci,
nec etiam de die pro adulterio, niſi præſentibus vt ſuprà. Et ſi contrà fecerint,
quòd pœna 10. librarum turon. puniantur, & vt infames ab officio repellantur.

Iudicio de mercede, ſtipendijs damnis, ferendo.

Super ſalarÿs Aduocatorum, Procuratorum, Phyſicorum, Surgicorum,
Notariorum, ſeruitorum, Ancillarum, & nutricum, cognoſcatur ſummariè
ex officio, & de plano per Vicarium Pariatgÿ de Cadurco, ſine clamore, &
ſalario ſcriptura. Item in cenſu, credetur vni teſti bonæ famæ, vnà cũ papiris,
libris, ſeu notulis dicti cenſus medio iuramento. Item in damnis ſiue malefachis
vinearum hortorum, & prædiorum, vſque ad ſummam quinque ſolidorum
Cad. credatur damnũ paſſo cum vno teſte, & cum iuramẽto, niſi eſſet vilis per-
ſona, abſqae alÿs probationibus. Item quòd ſi appareat quòd factum de To-
loſca fuerit de feudo Eccl. agnoſcant bonam fidem, & recognoſcant ab Eccl.

Iuramenta Magiſtratuum corã Coſulibus.

Item Seneſcallus, Iudex Maior, & Procuratores Regÿ Seneſcalliæ Pe- 273
tragoren. & Cadurcen. dictorũq; Seneſcalli, & Iudicis locumtenentes, dictorum
Procuratorum ſubſtituti, & Vicarius Epiſcopi, Viguerius q; Iudices Pariat-
gÿ & appellationum d. Curiæ & procuratorum cõmunis Pariatgÿ & appella-
tionũ dictæ Curiæ, & procurationũ cõmunis pariatgÿ de Cad. moderni, & qui
pro tempore fuerint, quilibet ipſorum, & locatenentes, Viguerÿ, & Iudices, &
ſubſtituti dicti procuratoris, & ſeruientes Pariatgÿ iurabunt, & iurare tene-
buntur, ad requiſitionem, & in præſentia dictorum Conſulum, tenere
& effectualiter obſeruare, illaſè, & bonâ fide, & ſine fraude non contra
facere, vel venire, ſcienter in ſolidum, vel in parte clam vel palam,
iura, libertates, franchesias, conſuetudines, obſeruantias, & vſus prædi-
ctos in dicta Ciuitate, & eius pertinentiis, prout ad eos pertinebit, quandiu

Epiſopi etiam recens inaugurati promiſſio.

durabit officium eorundem. Epiſcopus etiam in ſua nouitate promittet præ-
miſſa tenere, & obſeruare bona fide. Item Conſules, Aſſeſſores, Notarÿ, Tubi-
cinatores, Vigiles ſiue Gachas, & ſeruientes prædicti Cõſulatus, in ſui nouita-
te, iurabunt Seneſcallo Regio prad. & dicto Epiſcopo, ſeu eius, Vicario Gene-
rali in ſpiritualibus, cum per ipſos fuerint requiſiti, ſeu eorum alterum, in ſuo
officio Conſulatus, bene & fideliter ſe habere, & iura prout ad eos pertinebit
reddere, perſonarum acceptatione non factâ, & iura domini pro poſſe illibata
ſeruare, bona fide, & quod iurent Conſules in eorum nouitate quod ita bona
fide, & ſine dolo & fraude prædictis Capitulis vtentur, prout ſunt conceſſa, & 274
quòd ſcienter vltra non exerceant, ſeu vtantur.

Cautolæ variæ & conditiones huiuſce pacti.

Prædicta verò fuerunt concordata, cum & ſub proteſtationibus, & ſalui-
tatibus, per ipſas partes ſuperius factis, & cum conditionibus, quod in præ-
miſſis caſibus duntaxat ipſi vti cognitione, ſiue iuriſdictione valeant & poſ-
ſint, prout ſuprà, & infrà eſt conceſſum & declaratũ, & quòd in alio caſu non
vtentur, & vtendo non poſſunt ius acquirere in præiudicium dominii Eccleſiæ,
etiam ſi mille annis in contrarium vſi fuerint, vel exercitaſſent, in caſibus alÿs
quàm hic expreſſis, ac quòd in conceſſis, ac in contentis hic, dictis Conſulibus

Digitized by Google

non poſſit per non vſum præiudicari, etiamſi prædictum tempus ſtarent quòd non vteretur; nec per aliqua ſuperiùs & inferiùs ordinata pareter præiudiciū curiæ Eccl. quin cognoſcat, & decidat, in omnibus, prout conſueuit facere, tēporibus retroactis. Saluo in alijs iure Dom. Epiſcopi, & Eccl. ſuæ, & quòd habet in vaſſallis & in omnibus, quôlibet alienô. Saluis tamen dictis Conſulibus, Ciuibus, & habitatoribus, ſuis bonis cōſuetudinibus, ſeu vſibus quibus præiudicare nō intēditur per prædicta, ſi tamē quod in aliquibus alijs caſibus quàm expreſſatis, Conſules prædicti non habeant cognitionē aliqualē, nempe omnes appellationes, & reclamationes, & prouocationes, ac recurſus, per viā ſimplicis querelæ vel aliàs, quæ fient & interponentur de cætero, ab audientia, & cognitionibus & ordinationibus dictorum Conſulum, ad curiam dicti Pariatgij primitus deuoluētur, & exinde ad iudicē appellationū Pariatgij memorati: ſaluis tamē dictis Cōſulibus, & eorū Officialibus, exceptionibus ſuprà cōtentis in articulo 2.

Fotum ſpiritual

Quæ ad quo forum trahenda

275 *ITEM fuit concordatum, quòd dicti Conſules, Aſſeſſores, ſcriptores, ſeruitores, ſeu alij Officiales, & ſeruientes dicti Conſulatus, non vtantur, nec vti valeant, ſeu procurent quoad dictum Dominum Epiſcopum, & Capitulum, ſeu eorum gentes conuerſales, nec Vicarios & Officiales eiuſdem domini Epiſcopi, nec Iudicem, & Viguerium Curiæ, Pariatgij de Cadurco, ſaluagardia eiſdem per Regem conceſſa, eſto quòd per dictum Regem eam confirmari contingeret, vel concedi. Item quod donec ſuper prædictis appareat de voluntate dictorum dominorum noſtrorum Papæ, & Regis, præfati Conſules, aliquibus caſibus nouis, & de quibus aliàs vſi non fuerint, medio tempore non vtantur, in præiudicium Domini Epiſcopi memorati, & Eccleſiæ ſuæ.*

Exemptio Epiſ & Capituli.

276 *Rurſus omnes & ſinguli habitatores, & incolæ dictæ Ciuit. Cad. & pertinētiarū ſuarū, & cæteri qui de vineis ſuis infra parœchias S. Laurētij, Deſiderij, Bartholomæi, Iuliani, Iacobi, Vrciſſini, Mart. Cirici, Supplicij, B. M. de Soubirous ſituatis, & de Toloſca, & alijs, de quibus vindemia deferetur Cad. ſeu deferri cōſueuit, quas tenebunt ad manū ſuā, de quibus debent decimas vindemiæ Dom. Epiſc. & Capitulo. Cad. inſimul, vel diuiſim, ſoluent, & ſoluere tenebūtur de cætero pro decimis, de ſingulis 14. ſaumatis vindemiæ, vnā, quam gentes D. Epiſc. & Capituli ad hoc deputatæ, ſeu deputandæ, maluerint, perceptis priùs per Dom. vindemiæ 6. ſaumatis, ſi in dicta vinea dicantur eſſe 14. ſaumatæ: & ſi pauciores quàm 14. fuerint teneātur ſoluere pro decima, quartā decimam partē ſine fraude in pecunia, vindemia, ſeu vino electione debitoris: quas decimas D. vindemiæ in torculari D. Epiſc. & Capituli prout ad ipſū pertinebit ſuis ſūptibus faciat aſportari: & dicta torcularia erunt & eſſe debebunt perpetuò in locis in quibus ſunt nūc, ſeu in aliis congruis quaſi in medio Ciuitatis: & quod D. vindemiæ teneatur facere iurare illi qui dictas ſaumatas faciet, quod ſint eiuſdē ponderis, & æquales, prout aptius fieri poterūt, ſine fraude; dictus vero Dom. Epiſc. ſeu Vicarius, aut Officialis eiuſdem, & Capitulum prædictum, aut præfati Conſules, & eorum ſucceſſores probos viros & idoneos, ſemel anno quolibet in vindemijs communiter eligent, qui iurabunt ad ſancta Dei Euaneglia, ſe fideliter æſtimare anno quolibet valorem*

Iura Epiſcopi & Capituli ad vin demiarum deci mas.

ſaumata vindemia in pecunia,& quòd eorum æſtimationi ſtetur. Et dictus Dominus Epiſcopus,ſeu gentes ſuæ & Capitulum prædictum, habebunt certa ſigna, quæ tradentur illis qui reddent dictas ſaumatas in dictis torcularibus. Et ſi orirerur controuerſia ſuper numero, ſeu ſolutione, ſtabitur dictis ſignis, vbi probari non poſſit iuramento. Vineæ verò quæ dare decimas non conſueuerunt, vel minus decima, non includuntur ſub ordinatione præſenti.&c.mitto hic ſimilia nonnulla prolixiora,& viliora.

Conſules quotannis pendent Epiſcopo centũ libras, & quo tempore.

VERVM præfati Conſules qui nunc ſunt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis 277
Conſulibus de Cad.& vice,& nomine Cõſulatus ſui,Vniurſitatis prædictæ debent & tenentur dare,reddere,& ſoluere dicto domino Epiſcopo,& ſucceſſoribus ſuis, & ſuæ Eccleſiæ Cadurcenſi, occaſione conceſſionis, compoſitionis, tranſactionis,& accordij præſentis, centum libras turonènſes monetæ, de annuo,& perpetuo redditu, & de annua penſione, abſque aliqua ſenboria, & dominationibus feudalibus reddendis & ſoluendis deinceps, ſemel, anno quolibet,perpetuò in futurum,apud Cadurcum,terminis qui ſequuntur: videlicet tertiam partem dictarum centum librarum in Feſto omnium Sanctorum,aliam tertiam in feſto Purificationis Beatæ Mariæ virginis, & reſiduum in feſto Aſcenſionis Domini in perpetuum annuatim. Quas centum libras turonenſes, redduales, & de annua penſione præfati Conſules pro ſe & Vniuerſitate ſua,& pro ſucceſſoribus ſuis conſulibus Cadurci, ſub expreſſa obligatione omnium bonorum,& rerum mobilium,& immobilium,præſentium & futurorum,Conſulatus prædicti,& Vniuerſitatis prædictæ, promittunt, & vellabunt dicto domino Epiſcopo nomine & vice ſuæ Eccleſiæ Cadurcenſis recipienti,& ſolemniter ſtipulanti reddere, & ſoluere ſibi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Cadurcenſibus,& ſuæ Eccleſiæ Cadurc.amodo,anno quolibet perpetuò apud Cadurcum in tribus terminis ſuperius expreſſatis,omni litigio, contradictione,& diffugio abiectis penitus & remotis.

Cautio de centum librarum ſolutione.

Item fuit concordatum quòd in eo caſu in quo dicti Coſſ aut eorum ſucceſ- 78
ſores voluerint emere,& perpetuò acquirere à nobilibus ſeu aliis, ſecularibus perſonis,decimas, bladorum,vinorum, pecuniæ, & carnalagiorum cum iuſto titulo habentibus,quòd ipſi poſſint,& ipſis liceat aſſignare,aſſidere dictas decimas ſeu alios redditus annuos decem libras Turonenſes rẽduales,& maiorem ſummam, pro & loco, & in defalcationem centum librarum Turonenſium rendualium, prædictas ipſas cẽtum libras renduales ſic particulariter & vniuerſaliter deducendo,iuxta & ſecundum valorem communem earundem, vſquequò dicta totalis ſumma dicto domino Epiſcopo ſit integrè aſſignata. Et dictus dominus Epiſcopus & ſucceſſores ſui debent, & tenentur ea percipere in ſolidum,& in parte,vt eſt dictum, & in tantum deducere de centum libris rendualibus ſupradictis:quoties & quãdo per Conſules d.vel eorum ſucceſſores ſibi,aut ſuis ſucceſſoribus vniuerſaliter vel particulariter fuerint præſentata. Quæ præſentatione,& aſſignatione realiter factis, d. Conſules pro tanta ſumma ſint liberi & ad ſoluendum deinceps non poſſint compelli.

279 *Item fuit concordatum quòd priuilegia, libertates, & francheſia eiſdem Conſulibus & habitatoribus per Regem conceſſæ, & quatenus non derogant accordio præd. & intentionem eius non lædunt, & non afferunt præiudicium domino Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionique domini Epiſcopi, vel eius Eccleſiæ, & libertatibus Eccleſiæ, quòd illa duntaxat remaneant in ſuo robore efficaci, pariatgio communi ſaluo, niſi quatenus per dictum accordium fuerit derogatum.*

Priuilegia vbi. intacta.
Cleri exemptio

Et præd. partes, videlicet dominus Epiſcopus more Epiſcopali ſupra pectus ſuum manu adpoſita, & Conſules d. ad SS. Dei Euangelia, præd. omnia & ſingula quatenus quamlibet partium tangunt, tenere, & ſeruare, & in nullo contrauenire iurauerint. Et etiam Gaucelinus de Vairols, Sicardus Ioannis, Dom. Raimundus Ioannis, Hugo Damiel, Ioan. Rufeti, Ioan. de Boſqueto, Petrus de Ripa, Ioan. Ruerij, Stepha. de Podio, Ioan. Audubert Bernar. Defore, Geral. Michaëlis *Ciues, & habitatores Cadurc. pro parte dictorum Conſulum & Vniuerſitatis Cadurci, & etiam venerabiles & diſcreti viri* Rogerius de Cambalon, Amalricius de Caraigne, Gaillardus Alquerij, Bened. Ioannis iunior, *Canonici in Eccleſia Cadurcenſi*, Domini Bernard. de Seairato, Berengarius Barrati, Petrus de Guillaco, & Hugo de Veteri monte, *Preſbyteri pro parte d. dom. Epiſcopi, ibidem præſentes iurauerunt præd. per modum præd. tenere, & in nullo contra facere, vel venire ſub proteſtationibus præd. prout pertinet ad quemlibet eorum & pro poſſe procurare, quòd præd. habeant effectum & confirmentur. Acta fuerunt hæc anno die, & loco quibus ſuprà præſentibus ad hæc vocatis diſcretis viris M. Petro Riuetti, & Alboto de Vallata Iuris peritis &c.* (hic prolixa teſtium ſubſcriptio quam breuitatis ſtudio omittimus) *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Datum Auenione 5. Kalendas Februarias Pontificatus noſtri anno 1. Cæterum vt earundem literarum tenor præd. hic inſertus omnimodam rei, & facti certitudinem faciat, Apoſtoli. authoritate decernimus vt illud idem robur, eandemque vim, eundemque vigorem tenor d. per omnia habeat vt haberent originales literæ &c. PER hoc autem nullum ius de nouo Conſulibus d. ac Vniuerſitati acquiri volumus, ſed antiquum ſi quod habent tantummodò conſeruari. Nulli ergò omnino hominum liceat &c. Datum Auenione.* Hactenus pactionis ipſos articulos placuit verbatim exſcribere, haberent vt coràm ſpectandam ceu in lucidiſſimo ſpeculo poſteri omnes maiorum noſtrorum fidem, integritatem, vigilantiam, adeò nihil modicum quod faceret ad æquitatem, nihil exile quo virtuti ſplendor accreſceret, nihil abiectum atque ſordidum quo ſe fidelitatis gloria amplificare poſſet, arbitrabantur; adeò ſingulis virtutum officijs, Ciuitatis legibus, ciuium iuribus proſpectū ſapienter volebant, nihil vt ad cumulum defuturum omnino videatur, ſi eam ſanctitatem atque integritatem, futuris poſthac ſeculis nepotes non degeneres æmulentur.

Iuramenta partium contrahentium

Teſtes.

Fides transumptis habenda.

Pontificia cautio de nouo iure, per hæc pacta, nihil acquirendo.

280 Anno Chr. 1358. die 8. Februarii (vt Capituli noſtri tabulæ docent)

Bertrandus A. 1358. Capitulo contribuit Eccl. de Cos. & Picoquos, & quorſum.

Bertrandus Eccleſias *de Coſ. & Picoquos*, Eccleſiæ Cathedrali contribuit ita nimirum afflictæ ac labefactæ, quà continuis popularium morbis quà annonæ caritate grauiſſima, quà populationibus bellicis vt niſi prouentuum nouorum adderentur ſubſidia, impar omnino foret diuino cultui; & alijs Cathedr. Eccleſiæ, principiſque Aedis muneribus, quâ decet maieſtate, cõſtantiâ, ac ſanctitate obeundis. DVOBVS ab hinc annis vir de nobili *Lentillacea* ſtirpis familia genereque *Deodatus*, *vt Ciſtercienſis Ordinis Monialibus tredecim*, Domum inſtitueret oppido *de Vico ad Capdenacum*, deque ſuo perpetuis ſumptibus aleret, patrimonii luculenti illius parte legitimè attributa; conceſſit equidem *Bertrandus* noſter, ſed iis cautionibus, quibus feliciter proſpectum foret Religioſæ rei, ac Monialium eâ Domo, tum ſecuritati, tùm ſanctitati. Sic enim perquirendi negotium cordatis duobus cõmittit, coram ſpectare ſingula atque rimari iuſſis. Codicillis anno 1360. decimâ quartâ Octobr. datis. B*ERTRANDVS miſeratione diuina Epiſcopus Cadur. Ven. & diſcretis viris* M. Rigaldo Lahugonia *Licentiato in Legibus*, & Bertrando Gaſc *Canonico de Vicano ac Rectori. Eccl. noſtra de Grealone, & cuilibet veſtrûm in ſolidum ſal. in Domino, & habere diligentiam ſollicitam in commiſſis*, CVM *nobilis vir* Deodatus de Lentillaco Domicellus, *cupiat & affectet vnam domum, tredecim Monialium, Ordinis Ciſtercienſis, quarum vna erit Abbatiſſa, cui aliæ ſubijciantur, & habeant obedire, in loco DE VICO propè Capdenacum noſtra Diœceſis fundare, & ſufficienter dotare, pro alimentis ſuis, & aliis oneribus ſupportandis; Nobiſque ſupplicauerit vt in præmiſſis agendis, noſtrũ conſenſum, & authoritatem præſtare dignaremur. Nos igitur cupientes quantum in nobis eſt, diuinum cultum augmentare, confidenteſque plenariè de veſtrûm cuiuslibet induſtria, & fidelitate, vobis committimus tenore præſentium literarum quatenus ad dictum locum de VICO perſonaliter accedentes diligenter & ſolemniter vos informetis de congruitate loci, & ædificiorum Domus pro Eccleſia ſeu oratorio deputãda, ac cæterorũ quæ ſunt neceſſaria in tali domus cõſtructione, & inſuper de redditibus aſſignandis, & amortiſatione ipſius vt dicitur per ipſum olim obtenta à D. N. Rege, ſeu eius locumtenente. Et ſi vobis apparuerit per informationem ſufficientem, quòd dictus locus vbi eam proponit fundare & inſtituere, aptus & cõgruus fuerit, & ſufficienter & honeſtè ædificatus, ſeu ibi valeant ædificari neceſſaria domibus conſeruantibus Regularem inſtitutionem Ordinis prælibati, & inſuper quod ſufficiens redditaum ei aſſignatio, & amortiſatio facta fuerit pro victu & veſtitu, alimentiſque neceſſariis dictarum tredecim Monialium, & aliarum perſonarum in ſufficienti numero, & ſeruientium, & pro aliis omnibus, dicto loco incumbentibus ſupportandis, taliter videlicet quòd eas non oporteat cum penuria mendicare, ſed cõgruè valeant ex eiſdem ſuſtentari, Vos vice & auctoritate noſtra, ac noſtro nomine detis licentiã & concedatis, quod in dicto loco poni per illos ad quos pertinet, & ingredi valeant dicta tredecim Moniales, & ibi*

A. 1360 permittit Deodato de Lenuilhac Fundationem Monialium de Vico, & quibus cautionibus.

inſtitui & collocari iuxta Ordinationes, & ſtatuta Canonica Ciſtercienſis Ordinis ſuprad. Nec non iuxta Ordinationem dicti nobilis Fundatoris; iuri tamen non contraria in ipſa Fundatione facientes. Volumus tamen quòd maior Monialium numerus ibi conſtitui valeat, ſi tamen ad hoc ſuppetant facultates, & non aliàs. Super hoc tamen conſcientiam veſtram oneramus, & in caſu præmiſſo, vbi ſeruatis omnibus ſupradictis præfatæ Moniales collocatæ in dicto loco, per vos, & inſtitutæ fuerint. Nos eiſdem concedimus per præſentes, quatenus in dicta Domo pro Eccleſia per vos deputanda Miſſa cum lapide conſecrato, ſeu Altari portatili, & alia diuina officia ſolemniter, ac etiam alta voce valeant celebrare, locusq; claudi, & etiam ordinari ad modum aliorum locorum; ſeu Monaſteriorum Ordinis eiusdem. In prædictis tamen omnibus, & ſingulis, ac iure noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Eccleſiæ Cadurc. necnon Parochialis Eccleſiæ ſemper ſaluo. Datum Albaribus. ſub ſigilli noſtri teſtimonio die quartodecimo Octobr. Anno Domini 1360.

A. 1364. Capitulo nouum cenſum contribuit Bertrandus.

A. 1365. qui protectores Cathed. Eccleſiæ inſtituti à Papa.

281 Quarto eiuſdem ſeculi ſupra ſexageſimum anno, nonis ipſis Decembribus, in *Capitulum* transfert annui cenſus libras decem, non ita pridem comparatas à *Marquiſio de Cardaillac*, quas fundus *de Cabeſſut* notus ſatis noſtratibus penſitandas haberet. Docet *Capituli Tabularium*, inſequenti proximè anno Vrbanus V. Pontifex max. Præſules Ruthenenſem, Montalbanenſem, Sarlatenſem, Cathedralis Cadurcorum Eccleſiæ tuendis iuribus, præficit ritè Pontificijs codicillis, Auenione ſcriptis 5. Id. Nou. Pontificatus anno 4. Extant & Præclaræ *Bertrandi* literæ, paterni amoris in patriam, inque Cathedralem Eccleſiam ac Diœceſim vniuerſam Paſtoralis ſollicitudinis teſtes, quibus iam conclamatâ atque afflicta penitus Cadurcorum noſtrorum cauſſa, Aquitania tota, Cadurcenſi in primis tractu ab Anglo occupatis, Sacerdotio, nobilitate, plebe, ſub acerbiſſimæ ſortis fato ingemicentibus, morborum vi quæ ab belli ſtrage intacta fuerant perdente omnia; Capitulum ſolemniùs Antiſtes conuocat, adque *Inuentioni S. Stephani Sextili* menſe ſacrum diem citat legitimè, ipſis S. R. E. *Cardinalibus* aliquot quia Cadurcenſi Eccleſiæ Magiſtratu aliquo potirentur, ab conuocatione dictaque die non exceptis ni quem ſibi ſufficerent. Habuit pij auſus ſocios Cadurcenſes Canonicos vt ex vnis Codicillis conſtabit. Non Cadurci ſubſcriptis ab Antiſtite ſed in oppido haud ita diſſito, Diœceſi eadem (*De Berengis* eſt nomen) quia videlicet *Bertrandus* de arcendo Cadurcorũ finibus, Anglo, interim cogitans vix ſe Cadurci eius arbitrio permittebat, tutiùs certiuſque ſaluti patriæ ſarciendæ, vti rebatur conſulturus, ſi ſua interim conſilia cum nobilitate communicaret procul ab vrbe, & ad iuſtam defectionem, gregem liberiùs ſollicitaret. At ſilenda interim iſthæc, mox ad ſedis noſtræ gloriam explicanda diſertiùs, dum penultimo hocce Bertrandi anno tabulas eas ſcriptas, ne cœptam de hinc

Cadurcorum calamitas.

A.1366. Bertrandus proſpecturus tot calamitatibus Cardinales cogit ipſos etiam Cardinales cõmonet

narrationis Anglicæ ſeriem interturbẽt, prius attexuerimus REVERENDISSIMIS *in Chr. Patribus, ac dominis Archidiaconis de Torneſio, & de Vallibus, necnon Operario Eccleſiæ Cadurc. S.R.E. Cardinalibus,* B E R T R A N D V S *miſeratione diuina Cadurc. Epiſcopus & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ Sal. & debitam Reuerentiam cum honore. Ven. & diſcretis viris Archidiaconis maiori, Montiſpenſati, Figiaci, S. Sereni, Cantori, Cancellario, & Sacriſtæ in Eccl. Cadurc. Nec non & diſcretis viris M. Guillelmono de Cornelio, Bernardo de Guarnelle, Raimundo de Prais &c. Canonicis Eccleſiæ Cadurc. ſal. in Dom.* CVM *propter vehementes ſtrages, diſſenſiones, & guerras, quæ diu in iſtis partibus viguerunt ac etiam propter mortalitates, quæ hactenus fuerunt, & ſunt, fructus, redditus, & prouentus ipſius Capituli ſint adeò attenuati, quod ad ſuſtentationem chori non ſufficiunt (poſito quòd alia onera, tam ordinaria quàm extraordinaria ſupportarentur aliunde) ſintque in ipſa Eccleſia circa diuiſiones fructuum, & redditMuum eiuſdem aliqua conſuetudines, ſeu abuſus contra ſtatuta ipſius Eccleſiæ etiam per ſedem Apoſ. confirmata, quæ reddunt ſtatum ipſius Eccleſiæ quaſi in incerto, in maximum præiudicium eiuſdem, & ſint in maximam diminutionem diuini cultus, imò quaſi ad annihilationem ipſius Eccleſiæ; quod ſaluis conſcientijs non poſſumus tolerare.* PROPTER *quæ ad reformationẽ ipſius Eccl. & ſtatus eiuſdem cum Dei adiutorio, ac veſtris conſilijs procedere intẽdimus, & ordinare, quod iuxta poſſibilitatẽ ipſius Eccl. cultus diuinus in ipſa continuetur, & etiam quantum poterimus augmentetur, & cæteris eius ſtatum tangentibus, quantùm poterimus prouidere.* Ideo *vobis Reu. in Chr. P.P. ac D.D. Archidiaconis de Torneſio & Vallibus, ac Operario in dicta Eccle. S.R.E. Cardinalibus tenore præſentiũ ſupplicamus, quatenus dignemini aliquos probos viros Procuratores, ſeu vicarios cõſtituere, qui inſtante Capitulo inuentionis S. Stephani, quod incipiet 3. die Aug. apud Cadurc. in Capitulo nobiſcum ſint, de & ſuper prædictis conſilium & aſſenſum veſtros præſtituri.* Rogantes *etiam & requirentes vos alios, Archidiaconos, & Canonico. ſupradictos, propter præmiſſa facienda, & ordinanda in inſtanti dicto Capitulo, die dicta Cadurci interſitis; Cum intimatione quod ſiue veneritis ſiue non, procedetur ad præmiſſa prout fuerit rationis. Datum per nos Epiſcopum prædictum in loco de Berengis die 29. menſis Maij, & per nos Capitulum præd. Caturci die vltima dicti menſis A. D. 1366. In quorum fidem ſigillum noſtrum &c.* Iam quæ ad expeditionem Anglicam, Epiſcopique noſtri præclare feliciterque geſta id temporis, ſpectare videbuntur vno tenore differamus datam antea fidem exoluturi.

Diſſidia Anglos inter & Francos *Tillius. Æmylius.*

GRAVES atque diutinæ, *Anglos* inter & *Francos*, dudum interceſſerant ſimultates, quas ſtrages infinitæ, populationes immenſæ, ſubſidiorũ acerbiſſimæ exactiones inſecutæ, acerbiſſima vtrinque odia cumularant. Angliæ Rex opportunitatem temporis aucupatus, viſo Galliam inteſtinis diſſenſionibus diſtractam *Ioannem Aricuriam* ſecuri de Regis 82

placito

placito percuſſum,exaſperatos ea cæde alienatoſque animos nobiliorum aliquot, hinc *Claudioceſtriæ Ducem*, hinc *Eduardum Filium* cognominem,Anglorum Ducem,Valliorum Principem mittit in hoſtis fines,quos vrant,vaſtẽt,ferro ac igne miſceant. Adiunxere ſeſe armis hoſtilibus continuò rebelles aliquot, læſaque Regni maieſtate ſuis hoſtiles auxere copias: Hos inter *Philippus* Nauarri frater, *Gothofreduſque*, *Ioannis ſecuri percuſſi patruus*,indignum ſcilicet auita gloria, ſuæque gentis nobilitate ratus, inultam ſinere cædem iuſtiſſimam *Ioannes Rex* Philippo Valeſio ſatus,magni vir animi,excelſiq́ue,& ſi paria indoli facta natus foret,inuictus penitus,arcendum confeſtim hoſtem ratus, ad *Pictonum* fines inſequitur.Certa erat Franco victoria, præſenſque Angliæ exitium, ſi temperaſſent noſtri impotentiam illam animi Francici; cunctatoque tantiſper opportunè hoſtem aggreſſi forent.Sederat *Eduardi* Principis agmen,*quatuor paſſuum millibus* ab vrbe *Pictonum* opportuno adeo loco,itaque natura munito,vix vt vlla bellicæ artis induſtria opus foret hoſtibus repellẽdis, *vineæ,ſepes, pali,arborum trunci, ſtipites*,aliaque ruſtica munimenta ita circumcinxerant locum omnem, anguſtum illum & vix exercitui modico tegendo parem nulla vt parte obuius hoſti foret. Quid hic *Francus* conſilij capiat,quid machinationis moliatur?Si vijs occupatis omnibus, cõmeatuum comportatione prohibita;fame domare hoſtem vellent,in tuto erãt omnia,nec aliud quàm turpis deditio manebat Anglum breui famis ſtimulis actioribus,importunioribuſque ceſſuro. Præcipitandum tamen Rex arbitratus præoccupandãque victoriam,ne quid in ea laudis ſibi neceſſitas,accitaque famis potentia vindicaret; aggredi hoſtem, & inuitum reluctantemque generosè opprimere confeſtim cogitat maturè facto opus,non diuturniori competendinatione perſuaſus. Trecentis committit equitibus omne negotium, ne ſi totum Gallicum agmen vnà concurreret, & loci anguſtijs excluderetur, & ipſum ſeſe ſua mole atque ingenti turba impediret.Mirum quantis animis nobilitas hanc prouinciam poſtularit,ambieritque,& quàm exacerbati ſint infinitorum animi, quos non meritum ſed numeri paucitas fixa ſemel ſtataque, à congreſſu prohibuit. Inuadunt igitur centeni ſinguli, in triplicem videlicet turmam tributi omnes,& magna vi aggrediuntur Anglum, ſed confeſtim impedimenta obiecta equorum fregere ferociam, Gallorum in medijs armis inertium, interque tot pedicas perplexorum, non animos ſed bellandi priſtina vota,locorum contumaciæ, aſperitatique ceſſerunt.Irruit quippe Anglus,indutos ſtipitibus,vineis, pedamentis impunè opprimit, omnique armorum ope deſtitutos ſternit, atque elidit. Pugnabat in ipſa tertia turma *Ioan. Rex*, Regiſque *Audax* non minùs pectore quam nomine filius; iamque fractis fuſiſque cæteris ſerpente gliſcenteque victoria impetebatur Regium latus cùm agnoſcit in turba *Ioannem. Dionyſius Myrobrechus Atrebas* cęde domi facta exul, Angloque olim iunctus,agni-

Angli copiæ in Ioannem Regem Galliæ. Proditores Galliæ.

Angli caſtra ad Pictonas loco natura muniſſimo.

Francorum præceps inuaſio.

Excluduntur loci inacceſſi munimine.

Digitized by Google

Ius in ſubhaſtationes

Cautio. cúm furto ſublata væneunt.

266 *ITEM illi qui res ement ad incantum, vel ſubhaſtationem, vel aliàs publicè in dicta Ciuitate, ſeu eius pertinentijs, tenebuntur incontinenti ſoluere quod promittitur, antequam detentionem habeant dicta rei empta, vel cauere idoneè de ſoluendo ipſa die: Et de oblatione pretij ſtabitur aſſertioni ſubhaſtatoris; & de ijs cognoſcent Coſſ. ſummariè & ſine ſtrepitu, & abſque omni genere expenſarum: Et vndecumque res ad incantum vel aliter publicè & patenter empta fuerint debent penes emptorem huiuſmodi remanere. Si quis tamen rem furtiuam vel vi ablatam, vel aliam quantumcunque in loco publico emerit, publicè & bona fide in Ciuitate præd. debet emptor petenti dictam rem ſi iurauerit, & per vnum teſtem idoneum probauerit eſſe ſuam, reſtituere eidem, ſatisfacto primitus dicto emptori de pretio quod ſibi conſtiterit, & de expenſis ſi qua ſubſecuta fuerint, bona fide: Et debet iurare ad Sancta Dei Euangelia quantum conſtitit, & quòd non credebat, nec ſciebat rem ablatam, vel furatam fuiſſe.: Et ſi iurare noluerit; vel rem emptam dum ipſam emebat furatam vel vi ablatam fuiſſe, ſe ſcire vel credere dixerit, rem amittat, & ſine ſatisfactione pretij reddatur Domino rei.*

Ius ciuium ad locationes venditiones &c.

Ius Coſſ. ſuper vindemijs.

267 *ITEM Dominus, & quiſque alius ciuis poſſit impunè pro loquerio, vel pro mercede domus, pradij, & poſſeſſionis, ſiue pro ſuis cenſibus, acceptis, & dominijs, feudalibus, redditibus & annalibus penſionibus, per ſe vel per alium, auctoritate propria domum claudere, & aliàs in pradijs, feudis, & tenementis pignorare, & de bonis mobilibus infrà domos & pradia exiſtentibus capere, & gatgiare, & poſt duos menſes dicta pignora vendi facere ad incantum. PETITIONES, diſſenſiones, & debata qua emerſerint in dicta Ciuit. & pertinentijs ſuis tempore vindemiarum, ratione loqueriorum, virorum, & mulierum, & animalium ad d. vindemias confluentium & aliorum ex pramiſſis dependentium, poterunt & debebunt per d. Conſules audiri, terminari, & decidi ſummariè & de plano, & ſine ſtrepitu, & eorum ordinationes circa hoc editas per ſe, & ſeruitores ſuos & nuntios exequentur.*

Cautio pro vini inuectione in vrbem.

Exemptio Religioſorum.

268 *Omnibus, & ſingulis Ciuibus liceat à principio vindemiarum vſque ad feſtum B. Martini hyemalis duntaxat, apportare vina, vndecumque voluerint, annuatim, apud Cadurcum, & ela pſo dicto feſto non poſſint, nec debeant, nec liceat alicui perſona vina infra d. Ciuitatem & pertinentias einſdem, per terram, vel aquam, vel aliàs abſque licentia Coſſ. adportare, niſi in paruis vaſis ſtãneis, ſeu botis ferratis, ſeu corij; Exceptis duntaxat Religioſis mendicantibus, & Clericis ſtudentibus in Caturco, qui pro potu ſuo proprio duntaxat poſſunt adportare, & certis ciuibus qui de pradijs ſeu vineis quas habent extra territoria Ciuitatis, & erunt de eorum proprio Patrimonio, vel aqueſta, poterunt d. vina pro ſuis neceſſitatibus portare facere, praſtito prius per ipſos ciues, & alios quoſcunque, cuiuſcunque conditionis exiſtant, in manibus Coſſ. abſque fraude ad SS. Dei Euangelia, iuramento,*

quod

quòd ipſi ad opus ſui & familiæ ſuæ, dicta vina facient adportari. Et ſi ſecus actum fuerit, dicta vina debent confiſcari, & vaſa in quibus adportari facient per d. Coſſ. ſeu eorum mandatum in communi platea frangi. Sic tamen quod D. Epiſcopus, & Canonici, & gentes eiuſdem D. Epiſcopi, videlicet Vicarius & Officialis, & iudex temporalis, ſigillator, & Theſaurarius, pro potu & vſu proprio poſſint facere aſportari, & ab iſto ſint exempti.

Exemptio Epiſcopi, Capituli &c.

269 *ITEM ſi in ſolutione cenſus penſionis, aut Canonis ceſſatum fuerit per triennium, ſeu vltra, ex hoc res non cadant in commiſſum, nec occaſione huiuſmodi aliquid acquiratur Domino à quo tenentur. Et ſi res cenſuales, vel emphyteuticarias, vel feudales ad aliquem ciuem ſeu extraneũ: ex inſtitutione, legato, ſeu permutatione, aut donatione, ſeu quouis alio titulo lucratiuo perueniant, dominus vendas ſeu laudimia non habebit, ſed acapitum ſine pluri. Et ſi res communes, feudatariæ, ſeu emphyteuticæ, ſeu cenſuales diuidantur ſine alicuius pretij æſtimatione, Dominus vendas ſeu laudimia, ratione diuiſionis huiuſmodi, non habebit.*

Cautio pro cenſibus, emphyteuticis &c.

270 *POTERVNT etiam dicti Ciues, res, & domos, & poſſeſſiones quaſcunque cenſuales, emphyteuticas, vel feudales, ſine conſenſu, & requiſitione Domini, liberè vendere, emere, donare, permutare, vel quocunque alio titulo acquirere vel alienare ſeu transferre; Et Dominus domus poſſeſſionis, vel alterius rei emptæ, vel alio titulo adquiſitæ, poſſeſſionem recipere, apprehendere, & in poſſeſſionem huiuſmodi realẽ, & corporalem propria auctoritate: & abſque Domini licentia intrare, abſque pœna aliqua vel incurſu. Saluo quod per huiuſmodi ceſſionem, ſeu accordium dicti Coſſ. Ciues & habitatores, aliquod ius nouum non habeant, ſeu acquirant, præterquam in præſenti accordio continetur. Et eſt intentio partium quòd in expreſſatis ſuperiùs in præſenti accordio quòd Coſſ. non impediantur per curiam Officialis nec curia Officialis per conceſſa impediatur, quin cognoſcat de ijs de quibus conſueuit.*

Ius Ciuium a[...] empeiones cen[...] ſuum, feudorun[...] &c.

271 *ITEM nullus Ciuis ſeu habitator d. Ciuitatis Cadurc. ad inſtantiam Procuratoris Regij aut alterius priuati, poſſit ex delicto, ſeu contractu, vel quaſi, aut aliàs extra aſſiſatgium ſuum de Cadurco, conueniri, niſi extra aſſiſatgium conſtaret ipſum delictum aut contractum huiuſmodi commiſiſſe (de quibus coram ordinario d. Ciuitatis fieri debet primitus prompta fides) niſi in caſibus læſæ Maieſt. hæreſis, falſæ monetæ, vel falſificationis ſigilli Regij: Nec per hoc curiæ ſpirituali generetur præiudicium in ijs quæ conſueuit. Item quod ſi in contractu & iure aliquo, actu abuſi fuerint quouis modo, & in quocunque crimine etiam exceptato (quod abſit) per quem, aut quos abuſus poſſent dici d. Conſules, ſeu eorũ Officiales: & Vniuerſit. per aliquẽ, vel aliquos, modo aliquo accuſari, aut aliqualiter reprehendi, aut inſequi per d. Dom. Epiſcopum ſeu Eccleſiam ſuam, vel etiam condemnari, id & quodcunque poſſet ſubſequi ex eo, vel ob id dictis Coſſ. Vniuerſitati, & populo, & prædeceſſoribus eorundem communiter vel diuiſim, eſt concordatum quod per eundem Domin. Epiſcopum remittatur, & indulgeatur, quantum ad eum pertinet.*

Ad quod foru[...] Ciues Cadur[...] trahendi.

Crimina excep[...] Clericorum ex[...] emptio.

Hæc ſunt tempera[...] ſuprà reſtrictio[...] Papa.

Vicarij iura Luſtrandis domibus.

VICARIVS Caturci, vel eius locumtenens, ſeu ſeruitores non intrent 272
violenter, de nocte pro aliquo crimine, in hoſpitio alicuius, niſi præſentibus
duobus Coſſ. aut duobus probis viris, bona vitæ & famæ, Ciuibus Cadurci,
nec etiam de die pro adulterio, niſi præſentibus vt ſuprà. Et ſi contrà fecerint,
quòd pœna 10 *librarum turon. puniantur, & vt infames ab officio repellantur.*

Iudicio de mercede, ſtipendijs damnis, ferendo.

Super ſalarijs Aduocatorum, Procuratorum, Phyſicorum, Surgicorum,
Notariorum, ſeruitorum, Ancillarum, & nutricum, cognoſcatur ſummariè
ex officio, & de plano per Vicarium Pariatgij de Cadurco, ſine clamore, &
ſalario ſcripturæ. Item in cenſu, credetur vni teſti bonæ famæ, vnà cũ papiris,
libris, ſeu notulis dicti cenſus medio iuramento. Item in damnis ſiue malefachis
vinearum hortorum, & prædiorum, vſque ad ſummam quinque ſolidorum
Cad. credatur damnũ paſſo cum vno teſte, & cum iuramẽto, niſi eſſet vilis per-
ſona, abſqae alijs probationibus. Item quòd ſi appareat quòd factum de To-
loſca fuerit de feudo Eccl. agnoſcant bonam fidem, & recognoſcant ab Eccl.

Iuramenta Magiſtratuum corã Coſulibus.

Item Seneſcallus, Iudex Maior, & Procuratores Regij Seneſcalliæ Pe- 273
tragoren. & Cadurcen. dictorũq; Seneſcalli, & Iudicis locumtenentes, dictorum
Procuratorum ſubſtituti, & Vicarius Epiſcopi, Vigueriusq;, Iudices Pariat-
gij & appellationum d. Curiæ & procuratorum cõmunis Pariatgij & appella-
tionũ dictæ Curiæ, & procurationũ cõmunis pariatgij de Cad. moderni, & qui
pro tempore fuerint, quilibet ipſorum, & locatenentes, Viguerij, & Iudices, &
ſubſtituti dicti procuratoris, & ſeruientes Pariatgij iurabunt, & iurare tene-
buntur, ad requiſitionem, & in præſentia dictorum Conſulum, tenere
& effectualiter obſeruare, illæſè, & bonâ fide, & ſine fraude non contra
facere, vel venire, ſcienter in ſolidum, vel in parte clam vel palam,
iura, libertates, francheſias, conſuetudines, obſeruantias, & vſus prædi-
ctos in dicta Ciuitate, & eius pertinentiis, prout ad eos pertinebit, quandiu
durabit officium eorundem. Epiſcopus etiam in ſua nouitate promittet præ-
miſſa tenere, & obſeruare bona fide. Item Conſules, Aſſeſſores, Notarij, Tubi-
cinatores, Vigiles ſiue Gachas, & ſeruientes prædicti Cõſulatus, in ſui nouita-
te, iurabunt Seneſcallo Regio præd. & dicto Epiſcopo, ſeu eius, Vicario Gene-
rali in ſpiritualibus, cum per ipſos fuerint requiſiti, ſeu eorum alterum, in ſuo
officio Conſulatus, bene & fideliter ſe habere, & iura prout ad eos pertinebit
reddere, perſonarum acceptatione non factâ, & iura domini pro poſſe illibata
ſeruare, bona fide, & quod iurent Conſules in eorum nouitate quod ita bona
fide, & ſine dolo & fraude prædictis Capitulis vtentur, prout ſunt conceſſa, & 274
quòd ſcienter vltra non exerceant, ſeu vtantur.

Epiſopi etiam recens inaugurati promiſſio.

Cautolæ variæ & conditiones huiuſce pacti.

Prædicta verò fuerunt concordata, cum & ſub proteſtationibus, & ſalui-
tatibus, per ipſâs partes ſuperius factis, & cum conditionibus, quod in præ-
miſſis caſibus duntaxat ipſi vti cognitione, ſiue iuriſdictione valeant & poſ-
ſint, prout ſuprà, & infrà eſt conceſſum, & declaratũ, & quòd in alio caſu non
vtentur, & vtendo non poſſunt ius acquirere in præiudicium dominii Eccleſiæ,
etiam ſi mille annis in contrarium vſi fuerint, vel exercitaſſent, in caſibus alijs
quàm hic expreſſis, ac quòd in conceſſis, ac in contentis hic, dictis Conſulibus

non poſſit per non vſum præiudicari, etiamſi prædictum tempus ſtarent quòd
non vterētur; nec per aliqua ſuperiùs & inferiùs ordinata pareiur præiudiciū
curiæ Eccl. quin cognoſcat, & decidat, in omnibus, prout conſueuit facere, tēpo-
ribus retroactis. Saluo in alijs iure Dom. Epiſcopi, & Eccl. ſuæ, & quòd habet
in vaſſallis & in omnibus, quôlibet alienô. Saluis tamen dictis Conſulibus, Ci-
uibus, & habitatoribus, ſuis bonis cōſuetudinibus, ſeu vſibus quibus præiudicare
nō intēditur per prædicta, ſi tamē quod in aliquibus alijs caſibus quàm expreſ-
ſatis, Conſules prædicti non habeant cognitionē aliqualē, nempe omnes appella-
tiones, & reclamationes, & prouocationes, ac recurſus, per viā ſimplicis querelæ
vel aliàs, quæ fient & interponentur de cætero, ab audientia, & cognitionibus
& ordinationibus dictorum Conſulum, ad curiam dicti Pariatgij primitus de-
uoluētur, & exinde ad iudicē appellationū Pariatgij memorati: ſaluis tamē di-
ctis Cōſulibus, & eorū Officialibus, exceptionibus ſuprà cōtentis in articulo 2.

Forum ſpiritale

Quæ ad quo[d] forum trahenda

ITEM fuit concordatum, quòd dicti Conſules, Aſſeſſores, ſcriptores, ſerui-
275 *tores, ſeu alij Officiales, & ſeruientes dicti Conſulatus, non vtantur, nec vti*
valeant, ſeu procurent quoad dictum Dominum Epiſcopum, & Capitulum, ſeu
eorum gentes conuerſales, nec Vicarios & Officiales eiuſdem domini Epiſcopi,
nec Iudicem, & Viguerium Curiæ, Pariatgij de Cadurco, ſaluagardia eiſdem
per Regem conceſſa, eſto quòd per dictum Regem eam confirmari continge-
ret, vel concedi. Item quod donec ſuper prædictis appareat de voluntate dicto-
rum dominorum noſtrorum Papæ, & Regis, præfati Conſules, aliquibus ca-
ſibus nouis, & de quibus aliàs vſi non fuerint, medio tempore non vtantur, in
præiudicium Domini Epiſcopi memorati, & Eccleſiæ ſuæ.

Exemptio Epiſc[opi] & Capituli.

276 *Rurſus omnes & ſinguli habitatores, & incolæ dictæ Ciuit. Cad. & perti-*
nētiarū ſuarū, & cæteri qui de vineis ſuis infra parœchias S. Laurētij, Deſi-
derij, Bartholomæi, Iuliani, Iacobi, Vrciſſini, Mart. Cirici, Supplicij, B. M.
de Soubirous ſituatis, & de Toloſca, & alijs, de quibus vindemia deferetur Cad
ſeu deferri cōſueuit, quas tenebunt ad manū ſuā, de quibus debent decimas vin-
demiæ Dom. Epiſc. & Capitulo. Cad. inſimul, vel diuiſim, ſoluent, & ſoluere
tenebūtur de cætero pro decimis, de ſingulis 14. ſaumatis vindemiæ, vnā, quam
gentes D. Epiſc. & Capituli ad hoc deputatæ, ſeu deputandæ, maluerint, perce-
ptis priùs per Dom. vindemiæ 6. ſaumatis, ſi in dicta vinea dicantur eſſe 14.
ſaumatæ: & ſi pauciores quàm 14. fuerint tenēātur ſoluere pro decima, quartā
decimam partē ſine fraude in pecunia, vindemia, ſeu vino electione debitoris:
quas decimas D. vindemiæ in torculari D. Epiſc. & Capituli prout ad ipſū
pertinebit ſuis ſūptibus faciat aſportari: & dicta torcularia erunt & eſſe de-
bebunt perpetuò in locis in quibus ſunt nūc, ſeu in aliis congruis quaſi in medio
Ciuitatis: & quod D. vindemiæ teneatur facere iurare illi qui dictas ſauma-
tas faciet, quod ſint eiuſdē ponderis, & æquales, prout aptius fieri poterūt, ſine
fraude; dictus vero Dom. Epiſc. ſeu Vicarius, aut Officialis eiuſdem, & Ca-
pitulum prædictum, aut præfati Conſules, & eorum ſucceſſores probos viros
& idoneos, ſemel anno quolibet in vindemijs communiter eligent, qui iura-
bunt ad ſancta Dei Euangelia, ſe fideliter æſtimare anno quolibet valorem

Iura Epiſcopi & Capituli ad vin[...] demiarum deci[...] mas.

Digitized by Google

ſaumata vindemia in pecunia, & quòd eorum æſtimationi ſtetur. Et dictus Dominus Epiſcopus, ſeu gentes ſuæ & Capitulum prædictum, habebunt certa ſigna, quæ tradentur illis qui reddent dictas ſaumatas in dictis torcularibus. Et ſi orireturcontrouerſia ſuper numero, ſeu ſolutione, ſtabitur dictis ſignis, vbi probari non poſſit iuramento. Vineæ verò quæ dare decimas non conſueuerunt, vel minus decima, non includuntur ſub ordinatione præſenti. &c. mitto hic ſimilia nonnulla prolixiora, & viliora.

Conſules quotannis pendent Epiſcopo centũ libras, & quo tempore.

VERVM præfati Conſules qui nunc ſunt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Conſulibus de Cad. & vice, & nomine Cõſulatus ſui, Vniuerſitatis prædictæ debent & tenentur dare, reddere, & ſoluere dicto domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, & ſuæ Eccleſiæ Cadurcenſi, occaſione conceſſionis, compoſitionis, tranſactionis, & accordij præſentis, centum libras turonenſes monetæ, de annuo, & perpetuo redditu, & de annua penſione, abſque aliqua ſenhoria, & dominationibus feudalibus reddendis & ſoluendis deinceps, ſemel, anno quolibet, perpetuò in futurum, apud Cadurcum, terminis qui ſequuntur: videlicet tertiam partem dictarum centum librarum in Feſto omnium Sanctorum, aliam tertiam in feſto Purificationis Beatæ Mariæ virginis, & reſiduum in feſto Aſcenſionis Domini in perpetuum annuatim. Quas centum libras turonenſes, redduales, & de annua penſione præfati Conſules pro ſe & Vniuerſitate ſua, & pro ſucceſſoribus ſuis conſulibus Cadurci, ſub expreſſa obligatione omnium bonorum, & rerum mobilium, & immobilium, præſentium & futurorum, Conſulatus prædicti, & Vniuerſitatis prædictæ, promittunt, & vellabunt dicto domino Epiſcopo nomine & vice ſuæ Eccleſiæ Cadurcenſis recipienti, & ſolemniter ſtipulanti reddere, & ſoluere ſibi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Cadurcenſibus, & ſuæ Eccleſiæ Cadurc. amodo, anno quolibet perpetuò apud Cadurcum in tribus terminis ſuperius expreſſatis, omni litigio, contradictione, & diffugio abiectis penitus & remotis. 277

Cautio de centum librarum ſolutione.

Item fuit concordatum quòd in eo caſu in quo dicti Coſſ. aut eorum ſucceſſores voluerint emere, & perpetuò acquirere à nobilibus ſeu aliis, ſecularibus perſonis, decimas, bladorum, vinorum, pecuniæ, & carnalagiorum cum iuſto titulo habentibus, quòd ipſi poſſint, & ipſis liceat aſſignare, aſſidere dictas decimas ſeu alios redditus annuos decem libras Turonenſes rẽduales, & maiorem ſummam, pro & loco, & in defalcationem centum librarum Turonenſium rendualium, prædictas ipſas cẽtum libras renduales ſic particulariter & vniuerſaliter deducendo, iuxta & ſecundum valorem communem earundem, vſquequò dicta totalis ſumma dicto domino Epiſcopo ſit integrè aſſignata. Et dictus dominus Epiſcopus & ſucceſſores ſui debent, & tenentur ea percipere in ſolidum, & in parte, vt eſt dictum, & in tantum deducere de centum libris rendualibus ſupradictis: quoties & quãdo per Conſules d. vel eorum ſucceſſores ſibi, aut ſuis ſucceſſoribus vniuerſaliter vel particulariter fuerint præſentata. Qua præſentatione, & aſſignatione realiter factis, d. Conſules pro tanta ſumma ſint liberi & ad ſoluendum deinceps non poſſint compelli. 278

Item fuit concordatum quòd priuilegia, libertates, & francheſia eiſdem
279 Conſulibus & habitatoribus per Regem conceſſæ, & quatenus non derogant accordio præd. & intẽtionem eius non lædunt, & non afferunt præiudicium domino Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionique domini Epiſcopi, vel eius Eccleſiæ, & libertatibus Eccleſiæ, quòd illa duntaxat remaneant in ſuo robore efficaci, pariatgio communi ſaluo, niſi quatenus per dictum accordium fuerit derogatum.

Priuilegia vbi intacta.
Cleri exemptio

Et præd. partes, videlicet dominus Epiſcopus more Epiſcopali ſupra pectus ſuum manu adpoſita, & Conſules d. ad SS. Dei Euangelia, præd. omnia & ſingula quatenus quamlibet partium tangunt, tenere, & ſeruare, & in nullo contrauenire iurauerint. Et etiam Gaucelinus de Vairols, Sicardus Ioannis, Dom. Raimundus Ioannis, Hugo Damiel, Ioan. Rufeti, Ioan. de Boſqueto, Petrus de Ripa, Ioan. Ruerij, Stepha. de Podio, Ioan. Audubert Bernar. Defore, Geral. Michaëlis Ciues, & habitatores Cadurc. pro parte dictorum Conſulum & Vniuerſitatis Cadurci; & etiam venerabiles & diſcreti viri Rogerius de Cambalon, Amalricius de Caraigne, Gaillardus Alquerij, Bened. Ioannis iunior, Canonici in Eccleſia Cadurcenſi, Domini Bernard. de Seairato, Berengarius Barrati, Petrus de Guillaco, & Hugo de Veteri monte, Preſbyteri pro parte d. dom. Epiſcopi, ibidem præſentes iurauerunt præd. per modum præd. tenere, & in nullo contra facere, vel venire ſub proteſtationibus præd. prout pertinet ad quemlibet eorum & pro poſſe procurare, quòd præd. habeant effectum & confirmentur. Acta fuerunt hæc anno die, & loco quibus ſuprà præſentibus ad hæc vocatis diſcretis viris M. Petro Riuetti, & Alboto de Vallata Iuris peritis &c. (hic prolixa teſtium ſubſcriptio quam breuitatis ſtudio omittimus) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Datum Auenione 5. Kalendas Februarias Pontificatus noſtri anno 1. Cæterum vt earundem literarum tenor præd. hic inſertus omnimodam rei, & facti certitudinem faciat, Apoſtoli. authoritate decernimus vt illud idem robur, eandẽque vim, eundemque vigorem tenor d. per omnia habeat vt haberent originales literæ &c. PER hoc autem nullum ius de nouo Conſulibus d. ac Vniuerſitati acquiri volumus, ſed antiquum ſi quod habent tantummodò conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Datum Auenione. Hactenus pactionis ipſos articulos placuit verbatim exſcribere, haberent vt coràm ſpectandam ceu in lucidiſſimo ſpeculo poſteri omnes maiorum noſtrorum fidem, integritatem, vigilantiam, adeò nihil modicum quod faceret ad æquitatem, nihil exile quo virtuti ſplendor accreſceret, nihil abiectum atque ſordidum quo ſe fidelitatis gloria amplificare poſſet, arbitrabantur; adeò ſingulis virtutum officijs, Ciuitatis legibus, ciuium iuribus proſpectũ ſapienter volebant, nihil vt ad cumulum defuturum omnino videatur, ſi eam ſanctitatem atque integritatem, futuris poſthac ſeculis nepotes non degeneres æmulentur.

Iuramenta partium contrahentium

Teſtes.

Fides tranſumptis habenda.

Pontificia cautio de nouo iure, per hæc pacta, nihil acquirendo.

280 Anno Chr. 1358. die 8. Februarii (vt Capituli noſtri tabulæ docent)

Bertrandus A. 1358. Capitulo contribuit Eccl. de Cos. & Picoquos, & quorſum.

Bertrandus Eccleſias *de Coſ. & Picoquos*, Eccleſiæ Cathedrali contribuit ita nimirum afflictæ ac labefactæ, quà continuis popularium morbis quà annonæ caritate grauiſſima, quà populationibus bellicis vt niſi prouentuum nouorum adderentur ſubſidia, impar omnino foret diuino cultui; & alijs Cathedr. Eccleſiæ, principiſque Aedis muneribus, quâ decet maieſtate, cõſtantiâ, ac ſanctitate obeundis. DVOBVS ab hinc annis vir de nobili *Lentillacea* ſtirpis familia genereque *Deodatus*, *vt Ciſtercienſis Ordinis Monialibus tredecim*, Domum inſtitueret oppido *de Vico ad Capdenacum*, deque ſuo perpetuis ſumptibus aleret, patrimonii luculenti illius parte legitimè attributa; conceſſit equidem *Bertrandus* noſter, ſed ijs cautionibus, quibus feliciter proſpectum foret Religioſæ rei, ac Monialium eâ Domo, tum ſecuritati, tùm ſanctitati. Sic enim perquirendi negotium cordatis duobus cõmittit, coram ſpectare ſingula atque rimari iuſſis. Codicillis anno 1360. decimâ quartâ Octobr. datis. B*ERTRANDVS miſeratione diuina Epiſcopus Cadur. Ven. & diſcretis viris* M. Rigaldo Lahugonia *Licentiato in Legibus*, & Bertrando Gaſc *Canonico de Vicano ac Rectori. Eccl. noſtræ de Grealone, & cuilibet veſtrûm in ſolidum ſal. in Domino, & habere diligentiam ſollicitam in commiſſis*, CVM *nobilis vir* Deodatus de Lentillaco Domicellus, *cupiat & affectet vnam domum, tredecim Monialium, Ordinis Ciſtercienſis, quarum vna erit Abbatiſſa, cui aliæ ſubijciantur, & habeant obedire, in loco DE VICO propè Capdenacum noſtræ Diœceſis fundare, & ſufficienter dotare, pro alimentis ſuis, & aliis oneribus ſupportandis; Nobiſque ſupplicauerit vt in præmiſſis agendis, noſtrũ conſenſum, & authoritatem præſtare dignaremur. Nos igitur cupientes, quantum in nobis eſt, diuinum cultum augmentare, confidenteſque plenariè de veſtrûm cuiuslibet induſtria, & fidelitate, vobis committimus tenore præſentium literarum quatenus ad dictum locum de VICO perſonaliter accedentes diligenter & ſolemniter vos informetis de congruitate loci, & ædificiorum Domus pro Eccleſia ſeu oratorio deputãda, ac cæterorũ quæ ſunt neceſſaria in tali domus cõſtructione, & inſuper de redditibus aſſignandis, & amortiſatione ipſius vt dicitur per ipſum olim obtenta à D. N. Rege, ſeu eius locumtenente. Et ſi vobis apparuerit per informationem ſufficientem, quòd dictus locus vbi eam proponit fundare & inſtituere, aptus & cõgruus fuerit, & ſufficienter & honeſtè ædificatus, ſeu ibi valeant ædificari neceſſaria domibus conſeruantibus Regularem inſtitutionem Ordinis prælibati, & inſuper quod ſufficiens redditũum ei aſſignatio, & amortiſatio facta fuerit pro victu & veſtitu, alimentiſque neceſſariis dictarum tredecim Monialium, & aliarum perſonarum in ſufficienti numero, & ſeruientium, & pro aliis omnibus, dicto loco incumbentibus ſupportandis, taliter videlicet quòd eas non oporteat cum penuria mendicare, ſed cõgruè valeant ex eiſdem ſuſtentari, Vos vice & auctoritate noſtra, ac noſtro nomine detis licentiã & concedatis, quod in dicto loco poni per illos ad quos pertinet, & ingredi valeant dicta tredecim Moniales, & ibi*

A. 1360 permittit Deodato de Lentilhac Fundationem Monialium de Vico, & quibus cautionibus.

inſtitui & collocari iuxta Ordinationes, & ſtatuta Canonica Ciſtercienſis Ordinis ſuprad. Nec non iuxta Ordinationem dicti nobilis Fundatoris; iuri tamen non contraria in ipſa Fundatione facientes. Volumus tamen quòd maior Monialium numerus ibi conſtitui valeat, ſi tamen ad hoc ſuppetant facultates, & non aliàs. Super hoc tamen conſcientiam veſtram oneramus, & in caſu præmiſſo, vbi ſeruatis omnibus ſupradictis præfatæ Moniales collocatæ in dicto loco, per vos, & inſtitutæ fuerint. Nos eiſdem concedimus per præſentes, quatenus in dicta Domo pro Eccleſia per vos deputanda Miſſa cum lapide conſecrato, ſeu Altari portatili, & alia diuina officia ſolemniter, ac etiam alta voce valeant celebrare, locusq; claudi, & etiam ordinari ad modum aliorum locorum, ſeu Monaſteriorum Ordinis eiuſdem. In prædictis tamen omnibus, & ſingulis, ac iure noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Eccleſiæ Cadurc. necnon Parochialis Eccleſiæ ſemper ſaluo. Datum Albaribus. ſub ſigilli noſtri teſtimonio die quartodecimo Octobr. Anno Domini 1360.

A. 1364. Capitulo nouum cenſum contribuit Bertrandus.

A. 1365. qui protectores Cathed. Eccleſiæ inſtitui à Papa.

281 Quarto eiuſdem ſeculi ſupra ſexageſimum anno, nonis ipſis Decembribus, in *Capitulum* transfert annui cenſus libras decem, non ita pridem comparatas à *Marquiſio de Cardaillac*, quas fundus *de Cabeſſut* notus ſatis noſtratibus penſitandas haberet. Docet *Capituli Tabularium*, inſequenti proximè anno Vrbanus V. Pontifex max. Præſules Ruthenenſem, Montalbanenſem, Sarlatenſem, Cathedralis Cadurcorum Eccleſiæ tuendis iuribus, præficit ritè Pontificijs codicillis, Auenione ſcriptis 5. Id. Nou. Pontificatus anno 4. Extant & Præclaræ *Bertrandi* literæ, paterni amoris in patriam, inque Cathedralem Eccleſiam ac Diœceſim vniuerſam Paſtoralis ſollicitudinis teſtes, quibus iam conclamatâ atque afflicta penitus Cadurcorum noſtrorum cauſſa, Aquitania tota, Cadurcenſi in primis tractu ab Anglo occupatis, Sacerdotio, nobilitate, plebe, ſub acerbiſſimæ ſortis fato ingemiscentibus, morborum vi quæ ab belli ſtrage intacta fuerant perdente omnia; Capitulum ſolemniùs Antiſtes conuocat, adque *Inuentionis S. Stephani Sextili* menſe ſacrum diem citat legitimè, ipſis S.R.E. *Cardinalibus* aliquot quia Cadurcenſi Eccleſiæ Magiſtratu aliquo potirentur, ab conuocatione dictaque die non exceptis ni quem ſibi ſufficerent. Habuit pij auſus ſocios Cadurcenſes Canonicos vt ex vnis Codicillis conſtabit. Non Cadurci ſubſcriptis ab Antiſtite ſed in oppido haud ita diſſito, Diœceſi eadem (*De Berengis* eſt nomen) quia videlicet *Bertrandus* de arcendo Cadurcorū finibus Anglo, interim cogitans vix ſe Cadurci eius arbitrio permittebat, tutiùs certiuſque ſaluti patriæ ſarciendæ, vti rebatur conſulturus, ſi ſua interim conſilia cum nobilitate communicaret procul ab vrbe, & ad iuſtam defectionem, gregem liberiùs ſollicitaret. At ſilenda interim iſthæc, mox ad ſedis noſtræ gloriam explicanda diſertiùs, dum penultimo hocce Bertrandi anno tabulas eas ſcriptas, ne cœptam de hinc

Cadurcorum calamitas.

A.1366. Bertrandus proſpecturus tot calamitatibus Cardinales cogit ipſos etiam Cardinales cōmonet

narrationis Anglicæ ſeriem interturbēt, prius attexuerimus REVERENDISSIMIS *in Chr. Patribus, ac dominis Archidiaconis de Torneſio, & de Vallibus, necnon Operario Eccleſiæ Cadurc. S.R.E. Cardinalibus, BERTRANDVS miſeratione diuina Cadurc. Epiſcopus & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ Sal. & debitam Reuerentiam cum honore. Ven. & diſcretis viris Archidiaconis maiori, Montiſpenſati, Figiaci, S. Sereni, Cantori, Cancellario, & Sacriſtæ in Eccl. Cadurc. Nec non & diſcretis viris M. Guillelmono de Cornelio, Bernardo de Guarnelle, Raimundo de Pratis &c. Canonicis Eccleſiæ Cadurc. ſal. in Dom. CVM propter vehementes ſtrages, diſſenſiones, & guerras, quæ diu in iſtis partibus viguerunt ac etiam propter mortalitates, quæ hactenus fuerunt, & ſunt, fructus, redditus, & prouentus ipſius Capituli ſint adeò attenuati, quod ad ſuſtentationem chori non ſufficiunt (poſito quòd alia onera, tam ordinaria quàm extraordinaria ſupportarentur aliunde) ſintque in ipſa Eccleſia circa diuiſiones fructuum, & redditum eiuſdem aliquæ conſuetudines, ſeu abuſus contra ſtatuta ipſius Eccleſiæ etiam per ſedem Apoſ. confirmata, quæ reddunt ſtatum ipſius Eccleſiæ quaſi in incerto, in maximum præiudicium eiuſdem, & ſint in maximam diminutionem diuini cultus, imò quaſi ad annihilationem ipſius Eccleſiæ; quod ſaluis conſcientijs non poſſumus tolerare. PROPTER quæ ad reformationē ipſius Eccl. & ſtatus eiuſdem cum Dei adiutorio, ac veſtris conſilijs procedere intēdimus, & ordinare, quod iuxta poſſibilitatē ipſius Eccl. cultus diuinus in ipſa continuetur, & etiam quantum poterimus augmentetur, & cæteris eius ſtatum tangentibus, quantùm poterimus prouidere.* Ideo vobis *Reu. in Chr. P.P. ac D.D. Archidiaconis de Torneſio & Vallibus, ac Operario in dicta Eccle. S.R.E. Cardinalibus tenore præſentiū ſupplicamus, quatenus dignemini aliquos probos viros Procuratores, ſeu vicarios cōſtituere, qui inſtante Capitulo inuentionis S. Stephani, quod incipiet 3. die Aug. apud Cadurc. in Capitulo nobiſcum ſint, de & ſuper prædictis conſilium & aſſenſum veſtros præſtituri.* Rogantes *etiam & requirentes vos alios, Archidiaconos, & Canonico. ſupradictos, propter præmiſſa facienda, & ordinanda in inſtanti dicto Capitulo, die dicta Caduroi interſitis; Cum intimatione quod ſiue veneritis ſiue non, procedetur ad præmiſſa prout fuerit rationis. Datum per nos Epiſcopum prædictum in loco de Berengis die 29. menſis Maij, & per nos Capitulum præd. Caturci die vltima dicti menſis A. D. 1366. In quorum fidem ſigillum noſtrum &c.* Iam quæ ad expeditionem Anglicam, Epiſcopique noſtri præclare feliciterque geſta id temporis, ſpectare videbuntur vno tenore diſſeramus datam antea fidem exoluturi. 282

Diſſidia Anglos inter & Francos *Tillius. Æmylius.*

GRAVES atque diutinæ, *Anglos* inter & *Francos*, dudum interceſſerant ſimultates, quas ſtrages infinitæ, populationes immenſæ, ſubſidiorū acerbiſſimæ exactiones inſecutæ, acerbiſſima vtrinque odia cumularant. Angliæ Rex opportunitatem temporis aucupatus, viſo Galliam inteſtinis diſſenſſionibus diſtractam *Ioannem Aricuriam* ſecuri de Regis

placito percuſſum,exaſperatos ea cæde alienatoſque animos nobiliorum aliquot, hinc *Claudioceſtriæ Ducem*, hinc *Eduardum Filium* cognominem, Anglorum Ducem, Valliorum Principem mittit in hoſtis fines, quos vrant, vaſtēt, ferro ac igne miſceant.

Angli copiæ in Ioannem regem Galliæ. Proditores Galliæ.

Adiunxere ſeſe armis hoſtilibus continuò rebelles aliquot, læſaque Regni maieſtate ſuis hoſtiles auxere copias: Hos inter *Philippus* Nauarri frater, *Gothofreduſque*, *Ioannis ſecuri percuſſi patruus*, indignum ſcilicet auita gloria, ſuæque gentis nobilitate ratus, inultam ſinere cædem iuſtiſſimam *Joannes Rex* Philippo Valeſio ſatus, magni vir animi, excelſique, & ſi paria indoli facta natus foret, inuictus penitus, arcendum confeſtim hoſtem ratus, ad *Pictonum* fines inſequitur. Certa erat Franco victoria, præſenſque Angliæ exitium, ſi temperaſſent noſtri impotentiam illam animi Francici; cunctatoque tantiſper opportunè hoſtem aggreſſi forent.

Angli caſtra ad Pictonas loco natura munitiſſimo.

Sederat *Eduardi* Principis agmen, *quatuor paſſuum millibus* ab vrbe *Pictonum* opportuno adeo loco, itaque natura munito, vix vt vlla bellicæ artis induſtria opus foret hoſtibus repellēdis, *vineæ, ſepes, pali, arborum trunci, ſtipites*, aliaque ruſtica munimenta ita circumcinxerant locum omnem, anguſtum illum & vix exercitui modico tegendo parem nulla vt parte obuius hoſti foret. Quid hic *Francus* conſilij capiat, quid machinationis moliatur? Si vijs occupatis omnibus, cōmeatuum comportatione prohibita; fame domare hoſtem vellent, in tuto erāt omnia, nec aliud quàm turpis deditio manebat Anglum breui famis ſtimulis acrioribus, importunioribuſque ceſſuro. Præcipitandum tamen Rex arbitratus præoccupandāque victoriam, ne quid in ea laudis ſibi neceſſitas, accitaque famis potentia vindicaret; aggredi hoſtem, & inuitum reluctantemque generosè opprimere confeſtim cogitat maturè facto opus, non diuturniori comperendinatione perſuaſus.

Francorum præceps inuaſio.

Trecentis committit equitibus omne negotium, ne ſi totum Gallicum agmen vnà concurreret, & loci anguſtijs excluderetur, & ipſum ſeſe ſua mole atque ingenti turba impediret. Mirum quantis animis nobilitas hanc prouinciam poſtularit, ambieritque, & quàm exacerbati ſint infinitorum animi, quos non meritum ſed numeri paucitas fixa ſemel ſtataque, à congreſſu prohibuit. Inuadunt igitur centeni ſinguli, in triplicem videlicet turmam tributi omnes, & magna vi aggrediuntur Anglum, ſed confeſtim impedimenta obiecta equorum fregere ferociam, Gallorum in medijs armis inertium, interque tot pedicas perplexorum, non animos ſed bellandi priſtina vota, locorum contumaciæ, aſperitatique ceſſerunt.

Excluduntur loci inaceeſſi munimine.

Irruit quippe Anglus, indutos ſtipitibus, vineis, pedamentis impunè opprimit, omnique armorum ope deſtitutos ſternit, atque elidit. Pugnabat in ipſa tertia turma Ioan. *Rex*, Regiſque *Audax* non minùs pectore quam nomine filius; iamque fractis fuſiſque cæteris ſerpente gliſcenteque victoria impetebatur Regium latus cùm agnoſcit in turba *Joannem*. *Dionyſius Myrobrechus Atrebas* cęde domi facta exul, Angloque olim iunctus; agni-

Ioannes Rex captus, victi Franci ab Anglo A. 1356.

tum Francica lingua obſecrat, Regni vt parcat majeſtati, & qui homi-
nibus non poſſit, fatis certè pro Anglo facientibus cedat; præſertim in
tam ingenti, tot tantorumque capitum ſtrage quæ nequeat niſi aut inter-
necione omnium aut honeſtiori deditione terminari. Paret Rex iris ſupe-
rûm, abſtineatur ab vlteriori cæde edicit, locupletandis ipſe omnibus, in-
iurijſque ſarciendis ſuffecturus. Contigit ea clades anno poſt Chriſtum
natum 356. ſupra milleſimum.

Ioannes in Angliam ducitur, Beneficiariam Anglo Galliam facere renuit vel periculo capitis.

IOANNES Anglo permiſſus non niſi per quam honorificis, nec niſi 283
Regijs honoribus excipitur nec alio habetur loco quàm Regio: Ducitur
confeſtim *Burdigalam*, hinc in Angliam traijcit, certioris fœderis leges,
& victori Anglo fauorabiliores, cum Rege Angliæ ſanciturus. Tenuit
quadriennium mora illhæc cùm hanc vnam partæ gloriæ lauream, mer-
cedem hanc vnam laborum, vnum id ſpei tantæ ſolamen Angli peterent,
vt Regnum Francicum vellet Rex Beneficiatium Angliæ, idque regijs
Codicilis caueret, verùm infractus Ioannis animus, certus nec ipſo
mortis metu ad eam regno maculam inurẽdam adduci; iactato immorta-
lem Galliæ gloriam maioris eſſe pretij, quàm vt vnius *Ioannis* filijque
Audacis caducâ ac fluxâ vitâ emendâ luderetur, ad alias fœderis leges,
conditioneſque Anglum conuertit. *Britiniaco* fœdere vtrinque eſt con-
uentum; redditâ quippe *Aquitaniâ* Anglo; *Vaſconibus*, *Pictonibus*, *Sancto-
nibus*, *Petracorijs Lemouicibus*, *Cadurcis*, *Engoliſmenſibus*, *Rutenis*, cõ-
tributis; numeratis inſuper *Eduardo* ſcutatorum tricies centum millibus;
Ioannes Rex filiuſque in Galliam remeant, cautô vt omni Regio in Gal-
los iure cederet ſolemniter Anglus, vtrinque exercitus deducerentur; Re-
gioſque filios obſides Francus daret.

A. C. 1360. Britiniacum fœdus Cadurci & alij Anglo contributis, ſed qua cautione.

HIC triſtis ac fœda imago noſtrarum rerum obuerſatur, diſſimulanda 28.
obruendaque alto ſilentio ni maiorem gloriam noſtris; Cadurcenſi præ-
ſertim Antiſtiti conciliaſſet nobilis exitus. Cauent quippe *Archiuo Ca-
durcenſi* fideliſſimæ tabulæ *Ioannis Regis*, *Eduardi Principis*, *aliorum
que ſubſcriptionibus inſignes* Anno Chr. 1361. altero poſt Britiniacum fœ-
dus, aduolaſſe Cadurcum *Ioannem le Maingre* Franciæ *Mareſcallum*
qui Ioannis Regis nomine dederet Anglo noſtros, Principis aman-
tiſſimi germanique imperio ereptos, *Ioannem* itidem *de Chanudos*,
qui nos poſt deditionem ſpontaneam Regis Angliæ nomine reciperet in
fidem; ambos regijs tabulis, à Rege bino ſcriptis, delatam auctoritatem
quàm legitimè atteſtatos. Occurrunt Cadurcenſes Coſſ. obſeratiſque
vrbis Portis ad *Auguſtinianum vallum* (nomen ſacræ familiæ vicinitas fe-
cerat) armati præſtolantur; pugnare atque emori certi, ſi quid in maieſta-
tem regiam, ſi quid in populorum ſuæ fidei permiſſorum, iura ac ſalutem
tentetur. Accurrunt & Cadurcorum alii Magiſtratus, quotquot nomine
Conſulum frequentes eo tractu vrbes, nobilioraue oppida moderantur, in
id vnum conſpiraturi ſinguli, vt regni gloria ac maieſtas, vt Cad. ſalus ſit

A. 1361. Cadurci Anglo deduntur.

Coſſ. Cadurcenſes primum obſiſtunt.

ſoſpes. Siſtunt omnem bellandi obſiſtendique auſum, Præfecti ab Regibus miſſi, vbi primum regijs codicillis edocent ſibi id vnum eſſe in votis Regis vt Franciæ iuſſui parcatur, Anglique iura, non niſi de Regis Franciæ auctoritate ac voluntate amplientur. At cum ipſe Rex Ioannes Aquitaniam Anglo cedat, inque Angli fidem ac iura tranferendi Cadurcum proprijs literis poteſtatem Præfecto faciat; ſi quis obſtrepat Cadurcorum, & Regiam maieſtatem violari, & redintegrari bellum non niſi Cadurcorum pernicie exitioque, quando iam arma, armatique ad manum ſint, vi expreſſuri extorturique quod iure debeatur. Hic Cadur. inſpectis probatiſque Regiis Codicillis, gemere fatorum acerbitatem, ſe ab natiui Regis diuelli gremio, permitti extero accerſitoque; ludi ſpes illas omnes quas concepiſſent publicam reſtaurandi rem aliquando, ſi fauiſſet ſors Regi in cuius gratiam ſubſidiis, bellicisque ſtipendiis ſuppeditandis & cenſum omnem exhauſiſſent, & meliorem nobiliorum militum vim bellis permiſſam perdidiſſent: hoc vnum, quod reliquum fuerat ſpei traduci iam nunc; & in calamitoſiſſima ſorte nihil in poſterum manere aliud quam vltimam acerbitatem. Neque tamen in luctu publico priuatoque aliquid de ſano conſilio, de publicæ rei amore, deque gubernandi ſolertia remiſere hic noſtri. Deditionem ſpondent ex iuſſu Regio; *at non niſi ea cautela moderationeque adhibita, vt nihil ſubſit fraudis, nihil Regio nomini imponatur*: Et, quod in re conclamata mirere, nominatim excipiunt iura ſui Antiſtitis omnia quæ prorſus maneant intacta (adeo altè hæſerat Religionis auitæ amor vel in deſperatiſſimo bonorũ pene omniũ naufragio) iura item Ciuitati indulta quà ab Antiſtite, quà ab Regib[9] olim, quà retẽta iam dudum ab ipſis libertatis primę tẽporibus. Solabatur inter cætera mœſtos animos quòd non ſupremã oræ illius etiam poteſtatem Anglo cedebat Rex iam lectis Codicillis, ſed ſe ſupremũ etiam Dom. futurũ diſertè caueret, ad quem ſcilicet prouocari fas donec iuribus omnibus aliis qualia fœderum cauiſſent tabulę, renuntiaſſet Anglus, quod item ceſſio irrita foret omnis & caſſa, niſi viciſſim ſponſa præſtaret Anglus, quia cõditionibus violatis rediret res tota ad Francũ, ex mutui fœderis cautione; ſperabatur verò haud iniuria defuturũ deinceps Anglũ, nec fidẽ omnẽ exoluturũ, adeò vt Francici dominatus olim hiſce oris reſtituendi ſpes etiã aliqua, in ea calamitatum nube gemebundis pectoribus affulgeret; dedunt itaquẽ vrbẽ recipientibus cõditionẽ Angli Præfectis; cõfeſtimq; ſummis mœnibus decuti inſignia Gallica, Anglica figi cernunt, ſeque atque ſuorũ fidẽ Anglo rite obligant, & ſolẽni iuriſiurandi religione aſtringunt. Placet hic ad maiorem fidẽ Regiarũ literarũ attexere particulã eam qua ſibi ea ceſſione ſupremũ ius nihilominus retinet poſteritatiq; reſeruat *AYANT dõné, laiſſé & delivré à touſiours pour luy, & pour ſes hoirs, & ſucceſſeurs, le Chaſtel de Caors, & les terres & pays de Quercy & en domaine, ce qu'eſt en domaine, & en fief ce qu'eſt en fief. Sauf & reſerué à nous la Souueraineté & le dernier reſſort, iuſques à tãt q̃ certaines renũciatiõs q̃ noſtre dit frere*

Parent Regijs Codicillis.

Excipiunt iura Epiſcopi, & Ciuitatis.

In Cadurcos ſupremum iuſſeruat Rex Franciæ donec Anglus renuntiarit alijs.

doit faire, ſoyent faictes comme il eſt plus à plein contenu ez lettres ſur ce faictes. Placet & monumentum id non omittere, quò de exceptionibus illis Religionis certè pleniſſimis poſteritati conſtet; atque auorum pietati deberi ſciant illam altam pacem, pinguem illam ſecuritatem, qua in vacatione bellica diutiſſima dudum hodieque fruuntur. *CVM reuerentia & honore omnimodis Dominorum Regum Franciæ & Angliæ; & ipſorum cuiuſlibet, & aliorum Dominorum quorumcumque ab ipſis Regibus deputatorum, & deputandorum, SALVANT ſibi Conſules Ciuitatis Cadurci anni præſentis, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & pro Vniuerſitate, & habitatoribus Vniuerſis, & ſingulis Ciuitatis Cad. & etiam proteſtantur, quòd iuri Domini noſtri Epiſcopi Cadur. & dictæ Ciuitatis Cadurc. pro parte Domini nec iuri Eccleſiæ dictæ Ciuitatis, ſiue concernat dictum Dominum Epiſcopum, & eius Capitulum coniunctim, ſiue eos vel eorum quemlibet ſeparatim ac diuiſim per aliqua quæ faciant, promittant, aut iurent, in negotio ſeu facto tranſportationis Ciuitatis Cadurci in Dominum Angliæ Regem, præiudicare nolunt aliquatenus, nec intendunt; Imò ius dictæ Eccleſiæ & quo ad ſpiritualitatem, & quo ad temporalitatem ſeruare, & ſaluum eſſe volunt ac intendunt; Nec maius ius dicto D. Regi Angliæ acquirere, quàm dictus Dom. Rex Franciæ haberet in eadem, nec aliter, nec alio modo, nec ſub alia forma iuramentum præſtare dicto Dom. Regi Angliæ ſeu deputato ab eo quàm eſſent ſeu erant ad præſtandum adſtricti dicto Dom. Franciæ Regi. ET ſaluo & proteſtato quòd dictis Coſſ. Vniuerſitatis Cadur. & habitatoribus vniuerſis & ſingulis eorum iura, vſus, conſuetudines, libertates, franchiſiæ, immunitates, priuilegia, poſſeſſiones, ſaiſinæ, iuriſdictiones, dominia, conceſſiones regiæ, & alia iura quæcumque ſint & remaneant eiſdem ſalua & ſalua, perpetuò; & eis Angliæ Rex obſeruet, & teneat &c. ET ſaluo quòd ipſi Coſſ. Vniuerſitas & ſinguli ac Vniuerſi habitatores, aliqua de cauſa vel crimine, ſeu quacumque occaſione non poſſint trahi vltra aſſiatgium de Cadurco.*

Formulaqua pientiſſimi Cadurcorum Coſſ. excipiunt iura Epiſcopi, Capituli, Ciuitatis.

BERTRANDVS interim Antiſtes Cadurco abierat, & ſollicita mēte 285
rei præſtolabatur exitum, ſubductus ipſe interim ereptuſque conſpectui, non vt gregem tranſfuga Paſtor desereret, hoſtiumque obuium prædæ, temporum calamitati, permitteret; ſed vti (quando aliunde nec fides, nec religio quæ Paſtorem præſentem poſceret, agebatur) ijs abſens conſuleret quorum iura tueri coràm, non ita facilè potuiſſet. Meminerat *Pariatgij* Tabulis, hoc eſt pactis à Rege Galliæ Philippo, Raymundoque II. Cadurcenſi Antiſtite, initis (quibus Reges Galliæ nitebantur potiſſimum) cautum & disertè, ita dimidiū Dominij tranſcriptum permutatione, *Philippo*, vt ſi ipſe alienaret, rediret tota Ciuitas ad Epiſcopum, ſucceſſoreſque, ſolido iure, quam ipſam cōditionem pacto adſcriptam iam *ſuprà* vidimus. Itaque quando *Britiniaco* fœdere alienare tentaſſet Rex, Anglique imperio ſubmittere, redire ad primæuum Dominum; quia videlicet clientela non poſſit patrono alteri deferri, quàm clientelaria pacta ferant

Bertrandus deliteſcit, Angli iura certus excutere, & quo iure fretus.

Suprà nu. 166.

Vide Chopinum lib. 2. de ſacra Pol. Tit. 1. paragr. 13.

Et verò ex cautione permutationi dicta reſponderunt Iuriſconſulti Redhibitoriæ legi locum factum videri;Epiſcoporumque deinceps redintegratum eſt imperiū in ciuitatem Vniuerſam, Rotæ ſententiâ, deciſioneque,ſi veteres Codices Conſulas. Non imminutum ergo ius *Britiniaco fœdere*, ſed ampliatum multò, maximè gloriabatur *Bertrandus* tacitus, Comitatū à *Guillelmo* eâdem Cardailla ceæ gentis ſtirpe ſato generoſiſſimè partum olim,gentilitiâ gloriâ atque indole concitatus, tueri in præſentia generoſiùs moliebatur.Igitur oppido de *Berengis* delitеſcens, nullam Clientelariæ fidei profeſſionem Anglo, nulla ſeruitutis defert obſequia; miratus vt perſæpe fuerim,cum cetera nobilitas, reliquique Antiſtites Clientelam Anglo iurauerint,proprio nomine ſubſcripto, tabulis omnibus quarum vim luſtraui ipſe non modicam,vnum deſideratum Bertrandum.Sperabat etiam ſollicitandos breui populos ad defectionem ab Anglo,ſeu nimijs exactionibus exacerbatos,ſeu pactarum conditionum cum Franco,violatione.ad auſum nomine dignum Gallico animatus; remque ipſe moliebatur foris, à qua nulla iuramenti Religione, nulla clientelæ profeſſione reuocaretur.

286 COMMODVM, Anglus alendo apud nos exercitui impar, copijſque in *Hiſpanum* armandis, exigendis importunè ſubſidiis noſtratum ab ſe animos interim auocabat, & libertatis Gallicæ priſtina vota iucunda illa ingerebat.Illud viſum iniquius quòd in ſingulos focos vectigali impoſito,ſingulas libras ſingulis imperabat, exemplo ad acerbitatem ſingulari: Et verò à non paucis expreſſit defectionis votum: vrgebat & inuita pectora memoria fœderis violati ab Anglo, qui nondum publicè Iuri renuntiaſſet illi,quod in Francos ſummum prætenderet; nondum militares copias abduxiſſet, ſed verò immenſo quanto noſtrorum damno, de noſtro cōtra pacta apud nos aleret.*Armeniacus interim Comes*,patriæ cæteris paulo amãtior ad Regem Franciæ *Carolum V*. Ioanni Patri ſuffectū, prouocat, reuocantur clam obſides alijs quæſitis nominibus, *Ex Belgica* noblitate vnus *Caponello* cognomen, *Eduardo* Principi diem dicit *Burdigalæ*,alius in Anglia bellū Anglo indicit, ſupremiq; Senatus Regij calculo(violatis fœderis ab Anglo legib°)pro ſupremo Franci iure ſeruato hactenus in Aquitaniam ex pactorum cautela,ex omni priſtino dominio, Britiniaco conuentu parto, decidiſſe Anglus pronuntiatur. Defectionis iuſtæ ſemina iecereduo nominatiſſimi noſtris Annalibus, *Armeniacus* ſcilicet *Comes*, *& Epiſcopus Cadurcenſis*, Bertrandus noſter ſcilicet qui cum ad annum huius ſeculi 67. ſederit(ſex annos ab occupatione Anglica)&ſi nomenclatura taceatur ab hiſtoriæ noſtræ ſcriptoribus, non poteſt ea laudis parte niſi iniuria ſpoliari. Sic enim preſſiùs,pro more, hominis merita complectitur res geſtas Francorum recenſens *Veronenſis* hiſtoriographus,*Cadurcorum vrbs,ac omnia in eorum finibus oppida in fidem rediere, excellenti Epiſcopi Ciuitatis operâ*. Iuuabatur nimirum Antiſtes no-

Anglus iure ſuo abuſus,nimijs exactionibus Cad. ad defectionem vrget.

Bertrandus iuſtæ ab Anglo defectionis auctor. *Bego* promotor.

Aemylius.

bilitatis agnatæ ope, iniuratuſque nulla fide Anglo obligata, ad excutiẽdum iugum grauiſſimũ adhortabatur, Quamquam morte præoccupatus laudis partem ſucceſſori reliquit, *Begoni de Caſtronouo*, nobili itidem, Cadurcos inter genere. de cuius gloria iam nos ſuprà nonnulla, Anglorum quippe integra propulſatio ad Begonis pertinet ſedem, quippe cum anno huius ſeculi vndeſeptuageſimo contigerit defectio, ſuperiori proximè anno, infulis *Begoni* delatis; obierit verò *Bertrandus* ſexageſimo ſeptimo anno. Sic enim habent necrologicæ Capituli Tabulæ. 2. *Non. Februar. Obitus Domini Bertrandi de Cardaillaco Epiſcopi Cadurcenſis*: quam ſubnotationem dierum ad annum illum ſexageſimum ſeptimum pertinere conficitur ex eo quòd ſuperiori proximè anno ſediſſe, literæ ad Cardinales miſſæ, ad ſolemnis Capituli comitia cogenda, eius nomine iam docuerint; aliæque *Begonis* nomine mox deſcribendæ, iam ſexageſimo octauo anno *Begonem* infulatum faciant; adeò vt interiecto eo ſeptimo ſupra ſexageſimum anno *Bertrandum* obijſſe oporteat. Tenuit ſedes, tres ſupra quadraginta annos, à 1324. ad 1367.

Bertrãdus obit. A. 1367. Præſul. iam annos 43.

Temporis ratio

BEGO DE CASTRONOVO.

Bego ab A. 1367. ad 1388.

BEGONEM proximè poſt *Bertrandi* fata ſublectum, primis ſedis annis duobus non vidit Cadurcenſis Ciuitas, quia nec ſe Anglo permitteret, nec ſub hoſtili iugo oppreſſam vrbem videre poſſet prius quam omnino eam tyrãnide, aſtu conſilioque liberaſſet. Extant Archiuo noſtro integræ tabulæ, quibus abſentiam à Diœceſi cauſatus Procpiſcopum *Reginaldum* interim creat, Epiſcopatui adminiſtrãdo. At certè vix tum aberat vniuersâ Epiſcope quamuis cauſaretur abſentiam quando *M. S. Codicibus Epiſcopalium homagiorum* extant clientelariæ fidei profeſſiones quam multæ, hoc ipſo anno intra Diœceſeos fines delatæ: quæ latuiſſe potius Antiſtitem dum interim nobilitatem demereretur, Regique Galliæ conciliaret, quàm procul abfuiſſe teſtificentur. Earum tamẽ tabularum hic tenor inſerendus venit, tum quia eo anno ſediſſe Begonem cõfirment (quod clientelæ illæ docuiſſent) tum quia Cadurcum vitaſſe intetim, Anglici dominatus odio ſatis innuant. BEGO *miſeratione diuina Epiſcopus Cad. conſanguineo noſtro Cariſſimo Domino* Reginaldo de The- 287

minis, *Canonico noſtræ Eccleſiæ Cadurc. Vicarioque noſtro Gener. ſal. in Domino. CVM nos pro quibuſdam noſtris & Eccleſiæ noſtræ negotijs à Diœceſi noſtra oporteat abſentare de præſenti: Hinc eſt quod nos de veſtr is ſufficientia & probitate, ab experto, plenam in Domino fiduciam obtinentes, vt homagia quæcunq; nobis nomine noſtræ præfatæ Eccl. Cadurc. quomodolibet pertinentia, à quibuſcunque perſonis, quocunque nomine cenſeantur, nomine noſtro, & Eccl. noſtræ præd. recipere, aliaque omnia vniuerſa & ſingula, quæ ad huiuſmodi homagia recipienda neceſſaria fuerint, ſeu etiam opportuna facere valeatis. VOBIS expreſsè, & ex certa ſcientia tenore præſentium poteſtatem concedimus, & committimus totaliter vices noſtras; nec intendimus literas Vicariatus quas vobis conceſſimus reuocare, ſed ipſas potiùs confirmare. Mandantes noſtris ſubditis, non ſubditos rogantes, vt vobis pareant in præmiſſis, in quorum teſtimon. præſentes lit. fieri fecimus, ſigillique noſtri munimine roborari, Datum apud Caſtrum-nouum die 17. Apr. A. D. 1368.*

Bego A. 1368. varia homagia admittit, & tamē Vicario eadē admittendi demādat curam.

Hoc ipſo anno *Toloſanus Archiepiſcopus* iam defectionem *Begonis* fratris ſuaſu, meditantibus Cadurcis calcar admouet, atque animos facit
286 edoctò propalam de ſuggeſto, nulla religione teneri eos Anglo, qui fidem datam violaſſet, ſpretiſque fœderis conditionibus pactorum fidem profanaſſet. Hæc erat Præſulis vbique conteſtatio; cui & publicandæ non pauci Præſules ſeſe varijs locis comites adiunxere. Fidem facit *Froyſſard* bellis hiſce cum Anglo deſcribendis, quamquam *Begonis* nomen ſubticet, aliunde tamen compertum, vt & germani Archipræſulis. Docet & Cadurcenſe Tabularium *Gausfredum à Ludouico Caroli Regis filio Cadurcum miſſum*, palam de Conſulibus ſciſcitatum, ecquid in ea Angli oppreſſione molirentur, num appellarent Regem Galliæ ſupremum id temporis Dominum; prouocationemque publicam ab omnium pectoribus, nedum ab ſingulorum ore, in oculis Ciuitatis expreſſam; verborum concepta hæc eſt formula. *CONSVLES Cadurci dicunt quòd ipſi fuerint per Dominum Franciæ ſeu eius gentes, Domino Regi Angliæ ſeu eius gentibus traditi, ſeu tranſlati, retentis ſuperioritate, & reſſorto per Dominum Regem Franciæ, & ideò ita volunt & requirunt, & petunt, & intendũt ſeruari, & obſeruare de puncto in punctum ad dictum tranſportum, & inſtrumenta quæ inde fuerunt facta, referunt ſe nihil diminuere, nec dare de nouo, alicui dictorum Dominorum; ſed quod quilibet eorum & Domini principes totum ius ſuum in eis habeant & illo contenti exiſtant, & promittant dictum ius dicti reſſorti, inquantum in eis erit ſeruare. Et obedientes eſſe Domino Regi* Francorum, *& ſuis Officialibus quo ad hoc dictum eſt, & eum adiuuare in hoc iuſtè & bona fide prout debent & ad hoc ſecundum tranſportum ſunt adſtricti. Anno D. 1368. die 3. menſis Februarij* Sedente ſcilicet tum Begone.

Bego cum *Archiepiſcopo Toloſano* fratre defectionem ab Anglo ſuadet palam: necnon *Gausfredus* à rege miſſus.

Exceptio Conſulum Cadurcenſium quà ſulta iuſta defectio ab Anglo A 1368.

Paulo de Nogareto à rege miſſo ſe Cadurcenſes deduat.

Miſſus & non ita poſt multò *Paulus de Nogareto* rogaturus denuo
Ciuium Conſulumque ſententiam, ne quid temere tentaretur, nec niſi 289
explorata atque comperta Ciuitatis totius voluntate. Reſpondent vno
ore Coſſ. cæterorum Ciuium nomine, in hæc verba, ex Tabulario eodem
prompta, nunquam defeciſſe ab Franco animum vel in illa turpi ac pera-
cerba deditione atteſtati. *QVANTVM ad ſuperiorem reſſortum, &*

Animus Ciuiũ Cadurcen. in regem.

eius ſaluationem, & conſeruationem, & cognitionem appellationum, quas &
quæ dixerunt, & quæ dicunt pertinere ad Coronã Franciæ, & ſic confitentur,
& iuxta veritatem confeſſi fuerunt, & Obedientiam circa illa dicta Coronæ
promiſerunt, & iurauerunt, & hoc ad finem prædictum, vt per Dom. Regem
Francorum defendãtur à grauaminibus & oppreſſionibus illatis & inferendis

Exemplum Cadurcorum ſecuti alij.

Excuſſa confeſtim à *Paulo Angliæ ſtemmata, Lilia* Gallica totis muris
palam expoſita, vt ſolennis foret reſtitutio libertatis, non minus certè
quàm traductio. Secutæ mox hoc ipſo anno, ſequentiſque auſpiciis. Cad.
exẽplũ Ciuitates prouinciæque conterminæ, tantò minùs gloriæ honoriſ-
que promeritæ, quantò amplius eſt tuendæ Regiæ dignitatis auctorem
eſſe, quàm alienis monitis atque factis adduci, quando iam res ipſa in tu-
to eſt, extraque omnem iactum aleæ. Agnouit eam gratiam *Ludouicus,*
eamque Cadurcẽſium in occupando Patris obſequio voluntatem, literis
illis quibus collata hactenus Cadurcis priuilegia confirmat reſeruatque,
Anni 1369, *Ianuario* menſe. Sic enim habet *Codicillorum fragmentum* ad

Cadurcorum apud Ludouicum, & Carolum regem, Patrem gratia.

rem noſtram. *ET QVIA multis Ciuitatibus, & locis notabilibus Duca-*
tus Aquitaniæ, & aliarum terrarum poſt tranſportum de eis factum in Re-
gem Angliæ, occaſione pacis nouiſſimæ, viſum fuerat neceſſarium quærere
erga Dominum meum, & eorum Dominum ſuperiorem, remedium reſſortuum
ſicut ab hactenus eis competierat; & in dicto tranſporto fuit expreſsè ſalua-
tum: Anglicorum tamen ferocitas illorum corda ſic inuaſerat, quod nullus ex
eis ab eorum iugo duriſſimo recedere, aut dictum eorum remedium auſus fuerit
aperire; donec fideliſſimi mei, Domini mei, & noſtri, & noſtræ Coronæ Fran-
ciæ Conſules & cœteri habitatores inclytæ Ciuitatis Cadurci, pro dicto ſuo
remedio, ſe & ſua fortuna periculo ſubmiſerunt, contẽptâque dictorum An-
glorum rabie, & furore auxiliante ipſis Deo, dictum Dominum meum, in ſuũ
ſuperiorem Dominum agnouerunt, & à Principe Uualliæ dicente ſe Dominos
Aquitaniæ, & eius miniſtris, & Officialibus appellauerunt &c. Quas ipſas
Ludouici filii literas; gratiaſque Ciuitati conceſſas tam iuſto nomine,
probat *Carolus Rex Iulio menſe* inſequentis proxime anni, *Tabulario*

Priuilegia quàm iure parta.

noſtro: Quod vnum abundè ſufficiat eorum auſibus repellendis, qui Ca-
durco indultas regias gratias, tentare ac labefactare non ceſſant, tam ho-
neſto quæſitas nomine; quod non iam eſt vrbis vnius dignitatem, nec
vnum Regis placitum petere, ſed Regni maieſtatem quæ Cadurco-
rum pio auſu, ſanctoque periculo reſtaurata atque redintegrata ſit nefariè
violare.

CIRCA

290 CIRCA hæc *Begonis* auſpicia accreuit Eccleſiaſticæ rei non parum, acceſſu *Collegiorum* ſeu ſeminariorum *duorum* quorum *alterum Pelegrini, Rutenenſe alterum* nuncupatur, retentâ hodieque nomenclaturâ quam id temporis indidit inſtitutorum nomen. *Raimundus* quippe *de Pelegrino Archidiaconus Cadurcenſis*, iam extremis fatis proximior cogitare apud ſe tacitus, vt erat vir eximiè pius, adque omnem religionem formatus, cœpit, ecquânam tandem ratione Eccleſiæ proſpicere, Diœceſeoſque ſarcire damna poſſet. Nulla opportunior viſa, inſtitutione honeſtâ, rectâque educatione iuuentutis, in qua ceu in ſemente reſpublica tota agatur. Itaque moriturus *Hugoni Fratri Lichefeldenſis Eccleſiæ Theſaurario*, viro conſtantis fidei integræque, committit ipſis teſtamentarijs Codicillis (ex quibus horum ipſorum fides) Collegium inſtituat, tenuioris fortunæ egentioribuſque adoleſcentulis ad omnem pietatem ac ſcientiam informandis. *Hugo* extincto fratre, adque piæ munificentiæ mercedem euocato, *Eduardi Vualliæ Principis*, Aquitania excluſi nondum, aſſenſum gratiamque non mediocrem impetrat, cedente Principe iura non pauca, quæ in fortunas Collegio attribuendas pacto *Britiniaco* cum Franco inito nactus foret. Impetrat & *Arnaldus Beraldi*, Ciuis itidem Cadurc. Dominus de *Seſſaco*, nobilitate clarus, *ab Vrbano V. ſummo Pontifice* poteſtatem, augendis Collegij iuribus, prouentibuſque ampliandis, cēſus Eccleſiaſticos aliquot abdicandi; adque *Hugonē* ſuis illis iuncturū, ritè, ac legitimè, transferendi. Reſcripſit Pōtifex ex voto, huius ſeculi anno 68. in quē *Begonis* cadunt auſpicia, Reſcripſerat & *Eduardus* Engoliſmâ ſuperiori proximo anno. Docebunt continuò ſingula amborum ipſæ tabulæ. *Hugo* ipſe tandem de ſuo addit *iura feodalia* non pauca; atque vt cauent ipſæ tabulæ in *Syndicum tredecim pauperum ſcholarium tam in Grammatica, quàm in artibus, vnius Magiſtri qui dictos ſcholares doceat in dictis ſcientijs; & vnius Capellani qui bona dictorum ſcholarium adminiſtret, ſeruitorumque neceſſariorum, transſcribit feodum de Podio Epiſcopi, Pomareda. Preſaco, Codicillis anno* 1370. *die* 30. *Auguſti ſcriptis*, ex quibus inſtitutoris mentem, inſtituendorumque adoleſcentum conditionem, ætatem, cenſum, ſtudia pronum ac facile eſt colligere. Haud dubium quin his & *Bego* approbator acceſſerit, quando Eccleſiaſticus cenſus, ipſo ſummi Pontificis iam probatus, bonā partē Diplomate, non poterat Epiſcopali foro iureque omni eximi, neutiquam id cauente Pontifice. Cæterum *Eduardi, Vrbanique* ſic ſe habent Reſcripta.

291 EDVARDVS. *Regis Angliæ primogenitus Princeps Aquinaniæ, Vualliæ, Dux Cornueriæ; Comes Ceſtriæ, Dominus Biſcaiæ, & Caſtri de ordialibus, notum facimus vni. Cum dilectus noſter Hugo Pelegrinus Clericus de Seneſcalia Cadurcenſi, intendat & proponat conſtituere & fundare domum ſiue Collegium pauperum ſtudentiū clericorum vnum vel duo in Vniuerſitate ſtudij Cadurcenſis, eidem Hugoni de noſtra certa ſcientia & gratia*

Collegij *Pelegrini* inſtitutio ab Raimundo *Pelegrini* Archidiacono Cadur. A 368.

Hugonis adiuncta munificentia. Item Domini *de Seſſac.*

Qui in eo Collegio alendi & quatenus ex Fundatorum placito.

Eduardi Aquitaniæ Ducis aſſenſus:

Paulo de Nogareto à rege miſſo ſe Cadurcenſes dedunt.

Miſſus & non ita poſt multò *Paulus de Nogareto* rogaturus denuo Ciuium Conſulumque ſententiam, ne quid temere tentaretur, nec niſi 289 explorata atque comperta Ciuitatis totius voluntate. Reſpondent vno ore Coſſ. cæterorum Ciuium nomine, in hæc verba, ex Tabulario eodem prompta, nunquam defeciſſe ab Franco animum vel in illa turpi ac peracerba deditione atteſtati.

Animus Ciuiũ Cadurcen. in regem.

QUANTUM ad ſuperiorem reſſortum, & eius ſaluationem, & conſeruationem, & cognitionem appellationum, quas & quæ dixerunt, & quæ dicunt pertinere ad Coronã Franciæ, & ſic confitentur, & iuxta veritatem confeſſi fuerunt, & Obedientiam circa illa dicta Coronæ promiſerunt, & iurauerunt, & hoc ad finem prædictum, vt per Dom. Regem Francorum defendãtur à grauaminibus & oppreſſionibus illatis & inferendis.

Exemplum Cadurcorum ſecuti alij.

Excuſſa confeſtim à *Paulo Angliæ ſtemmata*, *Lilia* Gallica totis muris palam expoſita, vt ſolennis foret reſtitutio libertatis, non minus certè quàm traductio. Secutæ mox hoc ipſo anno, ſequentiſque auſpiciis. Cad. exẽplũ Ciuitates prouinciæque conterminæ, tantò minùs gloriæ honoriſque promeritæ, quantò amplius eſt tuendæ Regiæ dignitatis auctorem eſſe, quàm alienis monitis atque factis adduci, quando iam res ipſa in tuto eſt, extraque omnem iactum aleæ. Agnouit eam gratiam *Ludouicus*, eamque Cadurcẽſium in occupando Patris obſequio voluntatem, literis illis quibus collata hactenus Cadurcis priuilegia confirmat reſeruatque, *Anni* 1369, *Ianuario* menſe. Sic enim habet *Codicillorum fragmentum* ad rem noſtram.

Cadurcorum apud Ludouicum, & Carolum regem, Patrem gratia.

ET QUIA multis Ciuitatibus, & locis notabilibus Ducatus Aquitaniæ, & aliarum terrarum poſt tranſportum de eis factum in Regem Angliæ, occaſione pacis nouiſſimæ, viſum fuerat neceſſarium quærere erga Dominum meum, & eorum Dominum ſuperiorem, remedium reſſortuum ſicut ab hactenus eis competiuerat; & in dicto tranſporto fuit expreſſè ſaluatum: Anglicorum tamen ferocitas illorum corda ſic inuaſerat, quod nullus ex eis ab eorum iugo duriſſimo recedere, aut dictum eorum remedium auſus fuerit aperire; donec fideliſſimi mei, Domini mei, & noſtri, & noſtræ Coronæ Franciæ Conſules & cæteri habitatores inclytæ Ciuitatis Cadurci, pro dicto ſuo remedio, ſe & ſua fortuna periculo ſubmiſerunt, contẽptâque dictorum Anglorum rabie, & furore auxiliante ipſis Deo, dictum Dominum meum, in ſuũ ſuperiorem Dominum agnouerunt, & à Principe Uualliæ dicente ſe Dominos Aquitaniæ, & eius miniſtris, & Officialibus appellauerunt &c. Quas ipſas *Ludouici filii* literas; gratiaſque Ciuitati conceſſas tam iuſto nomine, probat *Carolus Rex Iulio menſe* inſequentis proxime anni, *Tabulario noſtro*:

Priuilegia quàm iure parta.

Quod vnum abundè ſufficiat eorum auſibus repellendis, qui Cadurco indultas regias gratias, tentare ac labefactare non ceſſant, tam honeſto quæſitas nomine; quod non iam eſt vrbis vnius dignitatem, nec vnum Regis placitum petere, ſed Regni maieſtatem quæ Cadurcorum pio auſu, ſanctoque periculo reſtaurata atque redintegrata ſit nefariè violare.

290 CIRCA hæc *Begonis* auſpicia accreuit Eccleſiasticæ rei non parum acceſſu *Collegiorum* ſeu ſeminariorum *duorum* quorum *alterum Pelegrini*, *Rutenenſe alterum* nuncupatur, tetentâ hodieque nomenclaturâ quam id temporis indidit inſtitutorum nomen. *Raimundus* quippe *de Pelegrino Archidiaconus Cadurcenſis*, iam extremis fatis proximior cogitare apud ſe tacitus, vt erat vir eximiè pius, adque omnem religionem formatus, cœpit, ecquânam tandem ratione Eccleſiæ proſpicere, Diœceſeoſque ſarcire damna poſſet. Nulla opportunior viſa, inſtitutione honeſtâ, rectâque educatione iuuentutis, in qua ceu in ſemente reſpublica tota agatur. Itaque moriturus *Hugoni Fratri Lichefeldenſis Eccleſiæ Theſaurario*, viro conſtantis fidei integræque, committit ipſis teſtamentarijs Codicillis (ex quibus horum ipſorum fides) Collegium inſtituat, tenuioris fortunæ egentioribuſque adoleſcentulis ad omnem pietatem ac ſcientiam informandis. *Hugo* extincto fratre, adque piæ munificentiæ mercedem euocato, *Eduardi Vualliæ Principis*, Aquitania excluſi nondum, aſſenſum gratiamque non mediocrem impetrat, cedente Principe iura non pauca, quæ in fortunas Collegio attribuendas pacto *Britiniaco* cum Franco inito nactus foret. Impetrat & *Arnaldus Beraldi*, Ciuis itidem Cadurc. Dominus de *Seſſaco*, nobilitate clarus, *ab Vrbano V. ſummo Pontifice* poteſtatem, augendis Collegij iuribus, prouentibuſque ampliandis, cēſus Eccleſiaſticos aliquot abdicandi; adque *Hugonē* ſuis illis iuncturū, ritè, ac legitimè, transferendi. Reſcripſit Pōtifex ex voto, huius ſeculi anno 68. in quē *Begonis* cadunt auſpicia, Reſcripſerat & *Eduardus* Engoliſmâ ſuperiori proximo anno. Docebunt continuò ſingula amborum ipſæ tabulæ. *Hugo* ipſe tandem de ſuo addit *iura feodalia* non pauca; atque vt cauent ipſæ tabulæ in *Syndicum tredecim pauperum ſcholarium tam in Grammatica, quàm in artibus, vnius Magiſtri qui dictos ſcholares doceat in dictis ſcientijs; & vnius Capellani qui bona dictorum ſcholarium adminiſtret, ſeruitorumque neceſſariorum, tranſcribit feodum de Podio Epiſcopi, Pomareda. Preiſaco, Codicillis anno* 1370. *die* 30. *Auguſti ſcriptis*, ex quibus inſtitutoris mentem, inſtituendorumque adoleſcentum conditionem, ætatem, cenſum, ſtudia pronum ac facile eſt colligere. Haud dubium quin his & *Bego* approbator acceſſerit, quando Eccleſiaſticus cenſus, ipſo ſummi Pontificis iam probatus, bonā partē Diplomate, non poterat Epiſcopali foro iureque omni eximi, neutiquam id cauente Pontifice. Cæterùm *Eduardi*, *Vrbanique* ſic ſe habent Reſcripta.

Collegij *Pelegrini* inſtitutio ab Raimundo *Pelegrini* Archidiacono Cadur. A 368.

Hugonis adiuncta munificentia. Item Domini *de Seſſac.*

Qui in eo Collegio alendi & quatenus ex Fundatorum placito.

291 EDVARDVS. *Regis Angliæ primogenitus Princeps Aquitaniæ, Vualliæ, Dux Cornubiæ; Comes Ceſtriæ, Dominus Biſcaiæ, & Caſtri de ordialibus, notum facimus vni. Cum dilectus noſter Hugo Pelegrinus Clericus de Seneſcalia Cadurcenſi, intendat & proponat conſtituere & fundare domum ſiue Collegium pauperum ſtudentiū clericorum, vnum vel duo in Vniuerſitate ſtudij Cadurcenſis, eidem Hugoni de noſtra certa ſcientia & gratia*

Eduardi Aquitaniæ Ducis aſſenſus:

ſpeciali conceſſimus & concedimus per præſentes, licentiam ſpecialem, vt ipſe redditus, ſeu alias res in noſtris feodis, ſeu retrofeodis nobilibus, cũ dominio feodali, iuriſdictione, & baſſa iuſtitia, vſque ad ſummam ſeu valorem quadringentarum librarum, vel minus, annui perpetui redditus monetæ cenſalis, in noſtro Aquitaniæ principatu acquirere in toto vel in parte, & dictos redditus, ſeu res ſic acquiſitas ipſi Collegio, vel collegijs, ſimul, vel ſucceſſiuè, vnire annectere, in perpetuum, & ſi quid de præſenti acquiſierit, dare & appropriare valeat, abſque eo quod nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris, ipſe ſeu dictum collegium vel Collegia finantiam aliquam ſoluere teneatur, imò dictos redditus omnes vbi acquiſiti & eidem Collegio, vel collegijs vniti, & appropriati fuerint, ex nunc amortiſamus, & in perpetuum amortiſare volumus, nolentes quòd dictum Collegium ſeu Collegia ad ponendum huiuſmodi redditus extra manus ſuas quod habet compellantur, ſaluò in alijs iure noſtro, & in omnibus quôlibet alienô. Datum Engoliſmæ 9. Februarij An. 1367.

Vrbani V. aſſenſus.

VRBANVS *Epiſcop. ſer. ſer. Dei. Dilecto filio nobili viro Arnaldo Beraldi Domino Caſtri de Seſſaco Caturcen. Diœceſis, ſal. & Apoſt. Ben.* MERITIS *tuæ deuotionis inducimur, vt votis tuis, in ijs præſertim quæ pietatis opera, & vacare volentium ſtudio literarum, commoda ſapere dignoſcuntur fauorabiliter annuamus. Cùm itaque ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat dil. filius Hugo Pelegrini Theſaurarius Lichefeldenſis Eccl. ſtudio pietatis inductus, vnam domum pro vno Collegio PAVPERVM ſcholarium Clericorum in Ciuitate Cadurci fundare & conſtruere proponat: Tuque etiam cupiens terrena in cœleſtia commutare felici commercio, & trãſitoria in æterna, ipſi domui ſeu Collegio in dotem dictæ domus huiuſmodi, & ſcholarium ſuſtentationem, Decimas quas te in de Pradinis, de Capella, de Raſſiols, de Cornone, de Calhaco, de Fleinaco Caturcenſis Diœc. ac in de S. Deſiderio, Caturcen. Eccleſiarum Parochijs, in feudum ab Eccleſia tenere, & progenitores tuos à centũ annis, citra, & vltra, te tanto tẽpore tenuiſſe, quòd eius contrarij memoria non exiſtat, donare & aſſignare, deſideres & proponas. NOS huiuſmodi tuum propoſitum in domino commendantes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, donandi eidẽ Domui ſeu Collegio, poſtquàm domus ipſa fundata & conſtructa fuerit, & Collegium ibidem fuerit ordinatum, & in ipſam domum ſeu Collegium donationis titulo transferendi decimas antedictas, ipſique Collegio donationem & tranſlationem huiuſmodi liberè recipiendi, dictaſque decimas petendi, percipiendi, exigendi, leuandi, & in ſuos vſus perpetuò retinendi & conuertendi, quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtol. contrarijs nequaquam obſtantibus, plenam & liberam elargimur. Nulli ergo &c. Datum Auenioni duodecimo Kal. April. Pontificatus noſtri*, anno quinto. Annectam, quod differri temporum ratio poſtulaſſet, *Ruthenenſis Collegij* quia nihil abſimilis, auſpicia, quando & ad *Begonis* noſtri tempora ſpectant.

292

Dom. de Seſſac liberalitas in Collegium Pelegrini.

Digitized by Google

Originem ad *Bernardum de Rutena* Cadurco oriundum, *Archiepiſcopum Neapolitanum* refero. *Anno quippe* 1371. *Auenione in Berrardi* Cardinalis *deceſſoriſque ædibus* 17. *Kal. May*, (quod fundationis tabulæ ferunt) *donatione inter viuos bonis cedit IESV Chriſto Domino vt teneantur tot pueri quot teneri poterunt, habiles tamen ad diſcendam Grammaticam, & Logicam in ſtudio Cadurc. docendi domi à Sacerdote, ab Coſſ. Cadurcenſibus præficiendo; cauto diſertè vt in adoleſcentium illorum cooptatione ſui gentiles præferantur, cæteri non niſi Cadurco nati vllo vnquam tempore allegantur.* Multus hic eſſem perlubenter, in eorum Collegiorum legibus inculcādis, ſiue quas primi inſtitutores edidere, ſiue quas reformandi nomine immiſſi alij immutauere. At in tam conclamato negotio, quando diuitibus ad ea Collegia aditus patet nec fere niſi iam habentibus quo ſe alant, nec niſi ære ac mercimonio contra ius omne atque fas, contraque inſtitutorum mentem; imo non ſemel audacioribus, & ad omnem impunitatem proiectis; nec niſi vt vnà viuant pro arbitrio, nullis legibus, nullò coërcendi laſciuiam iure in eo qui præficitur cæteris, auctoritate nulla; hoc vnum mihi reliquum eſſe video vt eorum, quibus inuigilandi cura commiſſa eſt, ſi quo publicæ rei tanguntur ſtudio conſcientiam acuam ac ſollicitem, ad negotium ſeriò atque audacter capeſſendum, ex quo & Cadurcenſis pubis indoles: & Academiæ gloria, & familiarum honor, & vtilitas publica & quod ipſi quantum aduerto non ſatis capiunt, ipſa æterna ſalus agitur; quid enim niſi iræ iræque ſuperûm manere eos poſſit, qui publica vident incendia, nec quod ſibi creditum erat, imperatumque, reſtinguere cùm poſſint maximè, minimè volunt, certi ſpectare lætis oculis flammantem Romam. Quod ſi animoſiùs à me dictū, meorum ciuiū interpretetur quiſpiam, det in publico funere mœrori aliquid, & doloris introrſus verſi licet, flammam tamen erumpere expoſtulationis æquiſſimæ, patiatur. Quamquam minus eſt quòd accuſem eos qui hodieque rerum Cadurci potiuntur quàm ſuperiorum annorum libertatem: quando & inuigilari iam conſtat, & dereſtituendo nitore illo priſtino ab ijs cogitari, qui rerum potiuntur documenta non pauca comprobant, ad mœroris exacerbati leuamen aliquod.

A 1371. origo Ruthenenſis Collegij à Bernardo de Ruthena fundati.

Quis ſcopus fundatoris, & quibus alendis, quàm diſſonet ab hodiernis moribus alumnorum.

293 ANNO 1370. Cadurcum iam omni *Anglici* dominatus excuſſo iugo liberam, ſuam ipſe agnoſcens *Bego*, quando iam tota *Franci* foret, ſolemni pompâ primùm ſubit; ſic enim habet *Urbis armarium* patrio idiomate rem perpaucis perſtringens. *L'an* 1370. *lou* 12. *Nouembre intrec* BEC *de Calſtelnou*; cui adſtipulantur aliæ tabulæ *ſolemnis ſponſionis Præſulis teſtes in hac verba.* IN NOMINE Domini, Amen, NOVERINT *Uniuerſi & ſinguli, quòd Anno Domini* 1370. *Indictione* 9. *die Martis, die* 12. *Nouembr. Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri* Vrbani *diuina prouidentia* Papæ V. anno 9. *apud Caturcum in platea*

A. 1370. Bego Cadurcum primùm ſubit.

ponſio & iura-
entum ſolem-
: *Begonis* Ec-
cſiam Cathe-
:ale ſubituri.

magna, ante maiores ſeu principales fores ſeu portas Eccleſiæ Caturcen. in præſentia mei notarij & teſtium infrà ſcriptorum ad hac ſpecialiter vocatorum, perſonaliter exiſtens Reuerendiſſimus in Chr. Pater, Dom. D. Bego *Dei gratia Caturc. Epiſcopus qui quidem D. Epiſcopus primum ingreſſum ſuum Ciuitatis & Eccleſiæ ſuæ Cadurcen. ex quo eidem Eccleſiæ præfuerat præſentialiter faciebat, ad ſupplicationem & requeſtam venerabilium & deſcriptorum virorum* D. Hugonis de Garnello *decretorum Doctoris*, & Bernardi la Coſta *Canonicorum ipſius Eccleſiæ Cadurc. nomine, & pro Capitulo ipſius Eccleſiæ Cadurc. ibidem perſonaliter exiſtens, ac vna cum quibuſdam alijs dominis ipſius Eccleſiæ Canonicis ac etiam Capellanis & ſeruitoribus eiuſdem Eccleſiæ eumdem Epiſcopum proceſſionaliter & honorificè, prout moris eſt, recipientium in Eccleſia præd. ipſumque D. Epiſcopum ad infrà ſcripta facienda & concedenda rogantium & requirentium, promiſit idem D. Epiſcopus & firmiter conuenit ſuprad. D.D. Canonicis ibidem præſentibus, & nomine Capituli ipſius Eccleſiæ recipientibus, ſe tenere firmiter & inuiolabiliter obſeruare ſtatuta conſuetudines, & libertates ipſius Capituli, & Eccleſiæ præd. Cadurc. & ita facere & attendere promiſit, ac manum ſuam dexteram ſupra pectus ſuum more Prælatorum corporaliter ponendo iurauit, ſaluo tamen & retento in præmiſſis omnibus & ſingulis per ipſum D. Epiſcopum iure ſuo, & Eccleſiæ ſuæ præd. Cadurc. de quibus omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis prænominati D.D. Canonici nomine ſuo ſupra, requiſiuerunt me notarium infra ſcriptum vt ſibi conficerem publicum inſtrumentum quod eis duxi concedendum prout de iure facere poteram & debebam. Acta fuerunt hæc Anno,* Indictione, *die, Pontificatu, & loco quibus ſuprà præſentibus diſcretis viris D. Guil. Bertrãdi* Bartholomæo *de Viaſaco, ac Raimundo* Benedicti *hebdomadarijs dictæ Eccl. Cadurcen. & Raimundo Boutequeire Ciue Cadurci, & pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis, ibidem exiſtentibus &c. Ego Raimundus Teulerij &c.* 295

.1372. Augu-
iniani ſedem
om mutant de
apæ permiſſu.

ANNO ſeculi eius ſecundo ſupra ſeptuageſimum, annuente fauenteque B*egone* facta poteſtas eſt *Gregorij* XI. reſcripto *Auguſtinianæ* familiæ loco occupato ab ſe non ita pridem, incommodante non parum, emigrandi, atque ex ſuperiori vrbis ſuburbio ad eum quem hodieque incolunt locum, ſeque ſuaque tranferendi, Sic enim ſancit in ipſorum gratiã Pontifex bullatâ chartâ, quæ plumbeô ſigillô & Pontificis nomen præferat, & eo ſedentium ſummorum Præſulum numerum annotet, *GREGORIVS Epiſc. ſer. Dei DILECTIS filijs Priori & Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Cadurc. ſal & Apoſt.* Benedi. *SACRÆ veſtræ religionis in qua deuotum Deo redditis famulatum promeretur honeſtas, vt ea quæ ſtatui veſtro ad perſeuerantiam diuini ſeruitij opportuna percipimus, vobis quantùm cum Deo poſſumus fauorabiliter concedamus. Sane petitio pro parte nobis nuper exhibita continebat, quòd vos olim locum veſtrum extra muros Ciuitatis Cadurc. ædificatum, propter guerras ibidem in-*

gruentes dimiſiſſetis,neceſſitate compulſi; quodque dilecti filij Coſſ. & ciues dictæ Ciuitatis propter periculum quod eidem Ciuitati ſi ædificia prope muros prædictos fierent,imminere poſſit,non permittunt quòd vos in quadam platea quam in ſuburbio dictæ Ciuitatis inter dictos muros habetis, vbi poſtquam primum prædictum locum dimiſiſtis vos retraxiſtis, & ex tunc inhabitatis, prout inhabitatis de præſenti,cum magna tamen penuria,& indecenter,ob inhabitationum vobis neceſſariarum defectum, Eccleſiam ac habitationes & officinas vobis neceſſarias ædificetis,prout vobis exiſteret opportunũ; quodque dil.fil. Iacobus Nauarræ *Clericus Caturcenſis, pietate motus, videns vos indecenter in dicto ſuburbio reſidere,quoddam hoſpitiũ ſuum cũ ſuis pertinentiis infra dictam Ciuitatem conſiſtens,vobis vt inibi locum & habitationem faceretis perpetuò donauit, quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis quod in dicto hoſpitio per dictum Iacobum ſic liberaliter dato, ac eius pertinẽtiis, & alijs poſſeſſionibus circumuicinis, ſi vobis pro largitione donẽtur,vel pereos aliàs iuſto titulo,loco dicti veſtri loci antiqui, vnum nouum locũ pro vſu & habitatione veſtra,cũ Eccl.ſeu oratorio,cœmeterio,campanili, campana; domibus & alijs neceſſarijs & officinis, conſtrui facere poſſitis, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur, NOS itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis recipiendi dictum hoſpitium cum ſuis pertinentijs,& alijs poſſeſſionibus circumuicinis, ſi vobis vt præmittitur pro fidelium largitione donentur,vel aliàs iuſto titulo acquirantur, & ibidem loco dicti veſtri loci antiqui vnum locum nouum,pro vſu, & habitatione veſtra,cum Eccleſia,ſeu oratorio,cœmeterio,Campanili,campana, domibus, & alijs neceſſariis officinis conſtruendi & ædificandi, & ibidem perpetuò immorandi,felicis recordationis* Bonifacij P. VII. *Prædeceſſoris noſtri conſtitutione prohibente,ne Religioſi Ordinum mendicantium, loca noua recipere, ſeu hactenus recepta mutare præſumant,abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali faciente plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione huiuſmodi mentionem,& alijs conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, ſeruata tamen conſtitutione felicis recordationis* Clementis Papæ quarti *Prædeceſſoris noſtri de diſtantia cannarum iureque Parochialis Eccleſiæ,& cuiuſlibet alterius,in omnibus ſemper ſaluo,plenam & liberam,authoritate Apoſtolica licentiam elargimur, prouiſo quòd Eccleſia ſeu oratorium,ac cœmeterium dicti veſtri loci antiqui ad profanos vſus velut hæreditas minimè transferatur,& in ipſa Eccleſia ſeu oratorio per aliquem Presbyterum idoneum deſeruiatur perpetuò laudabiliter in diuinis,& nihilominus vobis præſentium tenore concedimus,quod vos in prædictis loco nouo,cum ibidem morabimini,gaudeatis omnibus indulgentiis & priuilegiis, gratijs, libertatibus & exemptionibus quibus in dicto loco antiquo gaudebatis. Nulli ergo &c, Datum Auenioni 6. Kal. Maij Pontificatus noſtri anno 3. qui eſt Chriſti Dom. Annus* 1375.

Quæ tranſmigrandi cauſa,

Iacobi Nauarræ pietas,

Derogatur alijs iuribus,

Cautio de loco ſacro non profanando,

An.1373.ſumm calamitas Cadurcorum.

MIRVM tantam fuiſſe apud noſtros ijs temporibus pietatem, itâque 296
altè inſitum de Religioſis familijs bene merendi ſtudium, calamitoſiſſimo illo tempore, ſumma annonæ flagellatione vrgente, vt de nouis familiæ ſacræ domibus extruẽdis cogitarent exhauſti iam a bellorũſtragibus, ſterilitatis, morborumque calamitate. Docent quippe *Begonis* tabulæ, Capituli Archiuo integræ illæ, de aſſenſu Capituli, permiſſum eo ipſo anno *Ioanni de Afranio* Vicario Generali, vnàque Officiali, necnon *Nicolao Leſcoutz* regendæ Eccleſiæ de Caſtel-Frane ritè præfecto antea, vt quia fundi prædiaque quã multa contributa dudum Capitulo, aut accolarum morte, aut fuga deportatis ſcilicet aliò vbi fas viuere, colonis, tum vacarent, nec haberet Capitulum quo ſeſe aleret, piaſque operas ſuſtentaret; feodi vel emphyteuſis nomine in alios tranſcriberentur Dominos, de cultis diligentius fundis, & ſibi & Capitulo, proſpecturis.

Fundi Capituli alijs Dominis feudi nomine dati.

A.C. 1378. Bego Cancellariæ dignitatem extinguit ob egeſtatem publicam at iniuria.

NEC eo ſolum anno, ſed & ſequentibus tenuit continenter annonæ 397
illa charitas, tueri vt nequaquam poſſet ipſa *Cadurcorum princeps Eccleſia* priſtinam dignitatem ac maieſtatem. Extat *Begonis Conſtitutio*, qua anno duodeoctogeſimo quartidecimi ſeculi, *Cancellariæ* dignitatem extinguat pene, vetito ne Capituli dignitatibus accenſeatur, ſed Officijs tantum; tenuitate prouentuum, vt ferunt tabulæ, inſtigãte, quia ad dignitatem maiorem ſuſtinendam, iam impar foret Cancellarius. Quamquam quo iure id tum factum non ſatis exploratum habeo; de Innocentij quippe Pontificis ſummi permiſſu *Bartholomeus* Præſul olim edixerat, vt dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ Cancellaria adſcriberetur; acceſſerantque Ioannis XXII Reſcripta multa Cadurcenſi ſtudio generali, cui *Cancellarium* præficeret, inſtituendo. vt verò reclamante iure tam certo *Bego* imminueret eius dignitatis ſplendorem, Academiæque detraheret, vix qui iure factum tueri velit occurrat vnus aliquis, præſertim cùm tenuitas, exiguitaſque prouentuum, temporanea illa, futurorum annorum felicitate cõpenſari haud ægre poſſet; non minus profectò quã dignitates aliæ, Eccleſiã eàdem aſſeruatæ. Atenim acceſſiſſe inquies ſupremæ ſedis calculum, quippe cùm extet Antiſtitis noſtri Archiuo Diploma Pontificium Clementis, priſtinis iuribus omnibus detrahentis ſolenniter; *Begonis* etiam Codicillis Reſcripto Pontificio, quo approbentur, æternumque aſtruantur inſertis. Verùm *Clementem* iſtum *Pſeudopontificem* contendo, cuineoque, nihil vt iuris dare potuerit Begonis tabulis, nihil religione conferre: quamquam non ideo *Begonem*, nec Cadurcenſes noſtros carpſerim quòd illum inclamarint, quando in ea lucta Pontificum, & partium concitatoribus ſtudijs, non ita promptum eſt ſtatuere confeſtim, quis primatum iure poſſideat, quis iniuriâ occupet, donec temporis lapſu, diſcuſſa erroris nube, certus veritatis ſplendor affulgeat,

Supra num. 118.

Clemens VI I. ad quem recurſum Antipapa fuit *Vrbano* VI. iam creato.

Platina, Onufr. Ciacon. Antoninus.

Electus iam confirmatuſque ritè fuerat *Vrbanus V I.* cùm acerbiorem illum veriti Cardinales non pauci, cauturi inſuper ne quod præſagiebãt, Pontificia ſedes reſtitueretur Romanæ vrbi, *Clementem V I I.* intrudunt. Hunc verò fuiſſe *Clementem* de quo iam controuertitur ſic conficio manifeſtiſſimè. *Begonis* litteræ meminerunt *Arnaldi de Auriola* tum Cancellarij, quem ipſum Clementis reſcriptum nominat, viuentemque compellat; Neceſſe ergo eſt Clemens vt ille, hoc temporis, iſtoque ipſo ſeculo vixerit. At nullum alium *Clementem*, quàm Pſeudopapam illum vndeuiginti annos, per vim perque ſummam væſaniam infulas Pontificias obtendentem, albus Pontificius dederit hiſce temporibus; *Clementem* quippe V I. defunctum Anno Domini 1352. 8. Idus Decembr. ſedente Cadurci *Bertrando* Begonis deceſſore, vix reuocauerat in vitam *Begonis* conſtitutio confirmanda; Clementis verò V I I. legitima creatio non niſi poſt ducentos fere annos vt annotant Pontificij annnales ad annum Domini 1323. Quare neceſſum omnino eſt Clemens vt Antipapa fuerit, qui Begonis ſtatuto, Capitulique placito eſt aſſenſus. Conſtabit ex ipſis tabulis computi noſtri certior ratio.

Euincitur *Clementem* hunc Antipapam eſſe.

Clementis Pſeudopapæ Diploma.

CLEMENS Epiſcop. ſer. ſer. Dei. Dilectis filiis Capitulo, & Arnaldo de Auriola Cancellario Eccleſiæ Caturcenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, vt petitionibus veſtris quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat quòd olim Bonæ memoriæ B*EGO Epiſcopus Caturcenſis attendens quòd fructus, prouentus & redditus* Cancellariæ *ipſius Eccleſiæ, quæ in eadem Eccleſia dignitas exiſtebat, & quam tu fili* Arnalde *tunc obtinebas prout obtines, adeò tenues, modici & exiles exiſtebant, quòd tu, fili Arnalde, ſeu qui eam in futurum obtineret non poteras ſeu poſſet, onera & honores dictæ Cãcellariæ ſupportare, de communi conſenſu veſtrûm filii, Capitulum ſtatuit, conſtituit, decreuit & etiam declarauit quòd dicta Cancellaria vlteriùs in ipſa Eccleſia non dignitas, ſed Officium nuncupetur, prout in patentibus literis iuridicè confectis, ipſius Epiſcopi ſigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, pleniùs continetur. Nos igitur veſtris in hâc parte ſupplicationibus inclinati, ſtatutum, Conſtitutionem, decretum & declarationem huiuſmodi ac omnia alia & ſingula in dictis litteris contenta, rata & grata habentes, illa authoritate prædictâ confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnem defectum, ſiquis forſan interuenerit in eiſdem. Tenor vero dictarum litterarum talis eſt.*

Begonis inſertum Statutum.

Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis & audituris, B*EGO miſeratione diuina Caturcenſis Epiſcopus ſalutem in Domino & præſentibus literis dare fidem. Nuper ex parte Capituli Eccleſiæ noſtræ Caturcenſis fuit nobis ſignificando*

expoſitum quòd licet in dictâ Eccleſiâ noſtrâ ſit & fuerit ab antiquo quædam dignitas quæ Cancellaria nuncupatur cuius fructus, redditus & prouentus tempore conſtitutionis abundabant & ſufficiebant ad onera dictæ dignitatis ſupportāda, & honores ipſius ſuſtinendos. Cùm autē guerris & mortalitatibus quæ longæuis temporibus iſtis partibus inualuerunt & adhuc inualeſcunt, eam præbendam Cancellarius qui nunc eſt, & pro tempore fuerit dictæ noſtræ Eccleſiæ Cancellarius, non poteſt, nec in futurum veriſimiliter poterit, onera & honores dignitatis prædictæ ſupportare, nec eſſent viri ſufficientes & literati qui ipſam dignitatem recipere ſeu acceptare vellent propter fructuum & redditüum valorem modicum; ſupplicatoque nobis per dictum Capitulum vt nomine dignitatis Cancellariæ prædictæ ſublato perpetuò officium ſine cura creare & conſtituere dignaremur, vt ſupradicta Cancellaria, non dignitas ſed officium, in poſterum in noſtra Caturcenſi Eccleſia vocaretur, prouentibus omnibus dictæ dignitati olim conſtitutis, ipſi officio per nos vna cum dicto Capitulo, nouiter creando perpetuò remanentibus; ſic quod vlteriùs in dicta noſtra Eccleſia, Cancellaria dignitas non exiſtat, ſed perpetuò remaneat officium ſine cura. Unde nos Epiſcopus prædictus ſupplicationibus dicti Capituli, & venerabilis viri Domini Arnaldi Auriolla *legum doctoris, Cancellarij dictæ noſtræ Eccleſiæ Cadurcenſis, præmiſſa cum inſtantia poſtulantis, tanquam rite & rationi conueniētibus inclinati, inquiſitionem de & ſuper valore dictæ Cancellariæ de voluntate & aſſenſu dicti noſtri Capituli honorabili viro* D. Ioanni de Affriano *Vicario noſtro commiſimus faciendam, & per ipſum nobis remittendam, vt ea viſa poſſemus animum ad concedendum vel denegandum informare. Vnde cùm per informationem per prædictum Vicarium noſtrum factam, & eius inſpectionem conſtet nobis multorum fide dignorum tam Clericorum quàm Laicorum teſtimonio, quorum depoſitiones in prædicta informatione, authoritate noſtra & Capituli noſtri facta, bene & legitimè vidimus contineri, fructus, prouentus & redditus dictæ Cancellariæ eſſe adeò tenues. modicos & exiles, quòd Cancellarius qui nunc eſt ſeu qui in futurum fuerit, non poteſt nec poterit onera & honores dictæ dignitatis, vt præmittitur ſupportare. Idcirco nos præfatus Epiſcopus Capitulantes & Capitulum facientes propter præmiſſa, ad ſonum Campanæ vt moris eſt vnà cum venerabilibus & diſcretis viris* D. D. Arnaldo Auriolla ſupradicto Cancellario, Reginaldo Debatuto Operario, Petro Charnerj, Raimundo de Cazellis, Iacobo de Carauelis, Anthonio Tornauiro, & Raimundo Marqueſij. *Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Canonicis, omnibus & ſingulis præmiſſis attentis multiſque alijs conſideratis, quæ conſiderari & attendi poſſunt & debent in talibus, præhabito peritorum conſilio, & diligenti præcedenti tractatu, de omnium conſenſu, Capituli & Canonicorum dictæ noſtræ Eccl· ſtatuimus, conſtituimus, decernimus ac etiam declaramus, quòd dicta Cancellaria vlteriùs in dicta noſtra Eccleſia, non dignitas ſed officium nuncupetur, ipſum dignitatem tollendo perpetuò, officiumq; de nouo creando prouentibus, poſſeſſionibus, &*

alijs ſumptibus dicta Cancellariæ perpetuo dicto officio, ſic per nos de conſenſu
noſtri Capituli creato & conſtituto, & Cancellario dictum officium Canoni-
cè obtinenti, remanentibus. In quorum omnium fidem & teſtimonium præ-
miſſorum, & ad maiorem roboris firmitatem, nos Epiſcopus prædictus preces
dictorũ noſtri Capituli & Canonicorum prædictorũ, ſigillum authenticum ijs
noſtris præſentibus literis duximus apponendum. Actum & datum Caturci
die decimâ mẽſis Auguſti, anno Domini milleſimo trecenteſimo octauo. Nulli
ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis & ſupple-
tionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem attentare hoc
præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli
Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione decimo octauo
calendas May, Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

ANNO 1384. conuentum itidem à *Begone*, cum Clero & Capitulo
298 fuit, de *teſtandi* poſthac *licentia*. Cùm enim ex iure quod peperiſſet con-
ſuetudo diuturna, obeuntium Eccleſiaſticorum bona, Diœceſi tota Ca-
durc. obuenirent Antiſtiti ex quo damna non mediocria crearentur, exuit
ſe Bego eo iure, ſed recepto retentoque annuo cenſu, qui iacturam hanc
ſarciret. Eſt & confirmata pactio *Clementis* calculo, ſed quem Pſeudopa-
pam fuiſſe iam euicerimus. Edocebunt *Clementis* literæ inſertos pactio-
nis articulos; quamquam ſi non ſupremo iure vteretur tum Clemens, ni-
hil imminutum ideò velim de conuentorum robore, quando iam *ducen-
tos triginta atque amplius annos* tenuerit conſuetudo, tam iuſtis nomini-
bus inſtituta (vti poſt paulo docebũt acta) ſoleantque ad iſthæc tempora,
ad *Synodum* quotannis vocati Sacerdotes, viritim, in partes tributum an-
nuum illum cenſum, pendere Antiſtitibus noſtris *iure teſtandi* ſibi retẽ-
to, ex quo & factum nomen hiſce prouentibus, qui & vulgo *ius teſtamenti*
audiunt. Verùm non tamen omnes totâ Epiſcope cenſum hunc penſitant
Sacerdotes, vti, & ipſa cauent Acta. & exemptos Canonicos Cadurcen-
ſes, iure teſtandi dudum vſos Apoſtolicæ ſedis conceſſione, iam inſerta
ſuperiùs *Bartholomei* atque *Sicardi* geſtis *Priuilegia* docuerunt. Clemen-
tis Bullata charta ſic cauet. *CLEMENS Epiſcopus ſer. ſer. D. ad perp.*
rei memor. IIS quæ pro vtilitate Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſona-
rum quarumlibet, animarumque ſalute, & per quæ etiam malis, & ſcandalis
obuietur, prouide facta ſunt, vt illibata conſiſtant, libenter adijcimus Apo-
ſtolici muniminis firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte vene-
rabil. fratris noſtri Begonis Epiſc. *& dilectorum filiorum Capituli, ac perſo-*
narum Eccleſiaſticarum Ciuitatis & Diœceſis Caturcenſis petitio contine-
bat, quòd dudum idem Epiſcopus attendens, quod à longinquis temporibus
retroactis, prædeceſſores ſui Epiſcopi Caturcenſes, qui fuerant pro tempore,
ſpolia perſonarum Eccleſiaſticarum Ciuitatis & Diœceſis prædictarum pro
tempore decedentium, ad ſe pertinere de conſuetudine prætenderant, quodque
ijdem prædeceſſores dicta conſuetudine pacificè vſi fuerant, prout dictus Bego

A 1384. Bego ius teſtandi Eccleſiaſticis permittit retento cenſu annuo.

Clemẽs ſed Pſeudopapa confirmat.

ExemptioCapi-tuli.,

*Supra n.*116.& 15

Confuetude inualuerat, v morientium Eccleſiaſticorum bona, Epiſcopi Cadurcen forent.

[Damna inde nata.]

Epiſcopus tunc etiam vtebatur, ex quibus hactenus plura enormia damna & ſcandala prouenerant, & tunc etiam dubitabatur prouenire maiora, habitâ ſuper ijs cũ dictis Capitulo deliberatione maturâ, de conſilio & aſſenſu Capituli ac perſonarũ prædictarũ voluntate, ordinauit quòd per perſonas prædictas in recõpenſati onẽ ſpoliorũ huiuſmodi, centũ & quinquaginta libræ annui & perpetui redditus *de moneta, in Ciuitate prædicta communiter currente, dicto* Begoni *Epiſcopo quandiu vixerit, ſuiſque ſucceſſoribus Epiſcopis Caturcenſibus, qui erunt pro tempore, aut ipſorum theſaurario certis temporibus, ſoluere tenerentur, prout in quibuſdam authenticis litteris inde confectis, ipſius Epiſc. ſigillo munitis, quarum tenorẽ de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, pleniùs continetur. Quare pro parte Epiſcopi, Capituli, & perſonarum prædictarum, nobis extitit humiliter ſupplicatũ, vt ordinationi huiuſmodi robur cõfirmationis adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorum ſupplicationibus inclinati, ordinationem huiuſmodi, ac omnia & ſingula in eiſdem litteris contenta, rata habentes, & grata, illa authoritate apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan interuenerit, in eiſdem: tenor verò dictarum litterarum talis eſt.*

[Bego id ius, alio commutat de aſſenſu Capituli.]

[Begonis litteræ inſertæ.]

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, Bego *miſeratione* 299
diuina Epiſcopus Caturcenſis ſalutem in Dom. ſempiternam. Aequitas iuris & rationis admonet, vt ſubditorum commoda, quibus nos Deus præeſſe vòluit, cum omni ſtudio procuremus, eorumque medeamur langoribus, vt viuis afflictionis, ac morientibus anxietatis virus de ipſorum cordibus auferamus. Dudum ſiquidem pro parte dictorum noſtrorum Archipræſbyterorum, Priorum, Rectorum, Vicariorum perpetuorum, & Capellanorum, Curatorum, ac virorum Eccleſiaſticorum, noſtrarum Ciuitatis, & Diœceſis, quos infraſcriptum tangit negotium, nobis extitit intimatum, quòd licet bona debita & credita eorundem: quæ ſuarum Eccleſiarum intuitu quæſierunt, ipſis decedentibus, de iure, futuro eorum pertinere debeant ſucceſſori, tamen de conſuetudine inconcuſsè longæuis temporibus obſeruata, ipſa bona ad noſtros ſpectaſſe prædeceſſores, & ad nos ac noſtrã Eccleſiã pertinere irrefragabiliter dignoſcuntur, nec valent ipſi viri Eccleſiaſtici de ipſis teſtari, aut aliter diſponere vllo modo. Quæ licet conſuetudo in vtilitatem noſtram, & noſtræ Eccleſiæ, noſtrorumque prædeceſſorum, & ſucceſſorum redundare videatur: tamen omnibus diligenter inſpectis, & veritate comperta, ad modicum noſtrum, & noſtræ Eccleſiæ, imò pene nullum redundat commodum, ſed potiùs ad diuini cultus diminutionem, ac Eccleſiarum ipſarum, necnon animarum decedentium prædictorum non modicum detrimentum, ac propinquorum parochianorum, & ſeruitorum ſuorum laqueos, & damnationis periculum, necnon ſtatus clericalis vilipendium, & contemptum. Expoſuerunt etiam ſæpiſſime accidiſſe, quòd dum contingit aliquem de prædictis viris Eccleſiaſti-

[Conſuetudinis ius & antiquitas.]

[Eius grauia incommoda, commoda pauca.]

cis infirmari, illi, qui ad eorum Eccleſias, vel alibi, vbi ſunt eorum bona
mittuntur pro iuris noſtri conſeruatione, dictorumque bonorum (quæ vulga-
riter nuncupantur ſpolia) receptione, aliÿque Beneficiati vicini (qui vigore
cuiuſdam ſtatuti ſynodalis ſuper hoc ſalubriter editi, ad ipſos infirmos, &
eorum bona accedunt) de bonis ipſorum largè adeò ſe ſuſtentant, ipſiſque ſer-
uientibus immoderate expendunt, iuris & rationis, voluntatis, & manda-
ti noſtri metas excedendo: quod exinde (proh dolor) vulgi habet opinio,
quod nonnulli qui curabili erant infirmitate detenti, prædicta aſpicientes,
ſuæ infirmitatis incrementa ſuſceperunt, & vitam occaſione huiuſmodi
terminarunt: Quodque ipſis infirmantibus ſic defunctis, eorum parentes, &
aliÿ propinqui, ſeruitores, parochiani Vrbani, excommunicationum ſenten-
tias, quas pro præmiſſis incurrunt, non verentes, & interdum commiſſariÿ per
nos ad recipiendum nobis ob ſeruanda huiuſmodi ſpolia *deputati, ſibi appro-*
priando, more lupi in paſtorem ouibus traditi, de ipſis bonis furta quam plu-
rima committunt, & etiam commiſerunt, imò inſtrumenta, littera & alia
innumera, per quæ fundabatur & probabatur ius Eccleſiæ, perduntur, & etiam
amittuntur, ipſique viri Eccleſiaſtici ſuis bonis taliter exſpoliati (quod feren-
dum non eſt) ſolitariÿ, in palea ſola, & cameræ ſuæ terra, ſine pannis, cande-
lis, & lumine, fuerint ſæpiſſime iam reperti, & ſine honore eos condecenti,
quin imo vituperoſe, fuere traditi Eccleſiaſticæ ſepulturæ, in dictis clerica-
lis ſtatus (quod dolenter referimus), contemptum, & vilipendium, vt præ-
fertur.

Significarunt etiam, quòd nonnulli ex ipſis viris Eccleſiaſticis bona
300 *ſua abſque menſura, occaſione huiuſmodi conſumpſerunt, & conſumunt, vt* Alia damn[a] grauiora.
his malitÿs, prout ÿs videtur occurrant, & obuient, ſaltem remedio egeſta-
tis; quodque viri literati, & periti, qui poſſent afferre fructum quam plu-
rimum in Eccleſia ſancta Dei, affectionem à ſe abdicando, occaſione huiuſ-
modi, ne ſint viri Eccleſiaſtici, mutato propoſito, ſæculo ſe dediderunt.
Significarunt nihilominus, quòd ÿdem viri Eccleſiaſtici, pro ſuis, & Ec-
cleſiarum ſuarum neceſſitatibus quantumcumque euidentibus, nullos re-
periebant nec reperiunt creditores, cùm credant ſe, ipſis viris Eccleſia-
ſticis decedentibus, à nobis recuperare non poſſe: Licet parati ſemper
ſimus, & fuerimus, eis exhibere de nobis iuſtitiæ complementum. Ex-
poſuerunt etiam nonnullos viros Eccleſiaſticos, occaſione huiuſmodi, legitimæ
abſentiæ colore quæſito, fugæ latebras petÿſſe, quoſdamque mendicando per
mundum fame peremptos.

QVOCIRCA pro parte dictorum virorum Eccleſia-
301 *ſticorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, quatenus tantis Eccle-* Clerus à Beg[...] ne poſtulat i[...]
ſiarum damnis, hominum maliÿs, animarum periculis, malis, teſtandi, co[...]
ac ſcandalis, obice ſani obiecto conſiliÿ, viam præcludere digna- ſuetudini di[...]
remur ac licentiam, & poteſtatem liberè teſtandi, Codicillandi, oppoſitum.

donatione cauſa mortis donandi,& aliàs quomodolibet ſupremo iudicio ordinandi,nedum inter viuos diſponendi de omnibus, & ſingulis bonis,& rebus, quæ ad nos, ipſis decedentibus, vigore prætenſæ conſuetudinis pertinerent, concedere dignaremur, eandem conſuetudinem annullando,& penitus remittendo,& in caſu,quo aliquem eorum inteſtatum decedere cõtingeret, ordinando prout eis,ac eorum Eccleſiæ expediret. Nos verò conſiderantes, quòd cunctis viuentibus vitæ terminus mors eſt,nihilque eſt, quod magis hominibus debeatur,quam vt ſupremæ voluntatis, poſt quam aliud iam velle non poſſunt, habeant liberum arbitrium: quodque iuſta petentium votis ita nos annuere conuenit, vt ius noſtræ Eccleſiæ, atque noſtrum, noſtrorumque ſucceſſorum, mutua compenſatione illæſum remaneat atque ſaluum, dictorum virorum ſupplicationibus inclinati,habita plena deliberatione, & maturo conſilio, nedum ſemel,imo pluries,cum Capitulo noſtro,videlicet Dominis Reginaldo Dabatuto Operario,Raimundo Marqueſij,Hugone la Moalhia,& Arnaldo de Podio,*Canonicis noſtræ Eccleſiæ Caturcenſis, ad hoc ſpecialiter tactu campanæ,more ſolito,congregatis, Capitulantibus, & Capitulum in præſentia noſtra tenentibus,& facientibus,vt moris eſt,& comperto per diligentem informationem, & inquiſitionem per nos factam, omnia & ſingula per ipſos viros Eccleſiaſticos, coram nobis propoſita, ſuperius deſcripta,fore vera, & veritatem continere; perquiſito etiam cum Theſaurario, & receptoribus noſtris, nonnulliſque alijs fide dignis, habentibus plenam notitiam huius rei, & pro veritate comperto, quod bona ſeu ſpolia prædicta non valebant,nec valent annis ſingulis, vno cum alio compenſato, nec aſcendunt ad ſummam centum quinquaginta librarum Caturcenſium,nec valere conſueuerunt, nec veriſimile eſt valere in futurum: De,& cum conſilio,& aſſenſu noſtri Capituli prælibati,& voluntate virorum Eccleſiaſticorum prædictorum. Ordinauimus, & etiam ordinamus, vt per ipſos viros Eccleſiaſticos, quorum bona vel ſpolia ad nos,& noſtram Eccleſiam,noſtroſque prædeceſſores, ratione prætenſæ conſuetudinis, ipſis decedentibus pertinebant, in recompenſationem ſpoliorum huiuſmodi nobis,vel noſtris ſucceſſoribus,*centum quinquaginta libræ Caturcenſes annui & perpetui reditus,*in Ciuitate noſtra Caturci,nobis, aut noſtro Theſaurario, tempore quo celebrari conſueuit Synodus, exoluantur. Ita tamen quòd Canonici noſtræ Eccleſiæ,& alij,qui obtinent, vel in futurum obtinebunt beneficia,ad præſentationem dicti noſtri Capituli, ſingulorumque Canonicum ratione dignitatum, perſonatuum,officiorum ſeu præbendarum,communiter,vel diuiſim ſpectantia,qui ex priuilegio à ſede Apoſtolica eis conceſſo,ſtatuto,vel conſuetudine,ſeu aliter quocunque modo, teſtari, & ordinare poſſunt de bonis eorum vndecunque quæſitis, ad contribuendum in penſionem huiuſmodi non teneantur. Et ne ipſi viri Eccleſiaſtici,ac eorum Eccleſiæ, perpetuæ ſubiaceant ſeruituti, de, & cum conſenſu noſtri Capituli antedicti, permittimus,quòd ſi viri Eccleſiaſtici memorati,nobis, & noſtræ Eccleſiæ veline quandocumque eis placuerit, & potuerint,tradere & aſſignare dictas centum*

Concedit Bego cum Capitulo.

[B]ego ſibi & ſucceſſoribus in [c]ompenſationē [a]cquirit centum quinquaginta libras cen[su]s annui.

[C]apitulum eximitur & aliquot [al]ij ab eo cenſu [pe]ndendo.

quinquaginta libras Caturcenſes,& in vno loco,vel pluribus idoneis noſtrarum Ciuitatis,& Diœceſis prædictarum, quod hoc poſſint facere, noſque, & ſucceſſores noſtri recipere,ac ipſos & eorum ſingulos,nec non eorum,& cuiuſlibet ipſorum Eccleſias, à dicto penſionis onere ex tunc perpetuo promittimus liberare,& ex tunc liberamus,ac conſentimus, ipſas centum quinquaginta libras Caturcenſes ab eis non vlterius exigere,vel ab aliquo eorumdem.

Vt exigendæ ex centum libræ.

302 *Iis vero nobis,noſtræque Eccl.& noſtris ſucceſſoribus ſemper ſaluis,in recõpenſationem ſpoliorum prædictorum, Nos præfatus Epiſc.,de,& cum aſſenſu,& conſilio antedictis,pro nobis,& noſtris ſucceſſoribus, ipſam conſuetudinẽ, recipiendi,& leuandi* ſpolia,*caſſamus,& reuocamus, irritamus, & perpetuo, annullamus volentes & concedẽtes,de,& cũ aſſenſu,& conſilio prælibatis,quod dicti viri Eccleſiaſtici; pro penſione huiuſmodi, nobis, & noſtris ſucceſſoribus annis ſingulis exſoluenda, ſemel, & pluries in vno loco,vel pluribus, præſertim in dicta noſtra Ciuitate Catur. quotieſcumque eis videbitur, omnes inſimul aut aliqua pars ipſorum virorum,in dicta noſtra Ciuitate reſidentes,ſi valeant congregare.ac collecta,& collectas ſeu talias quotiens opus fuerit, indicere viris Eccleſiaſticis,quos hoc tangit negotium,antedictis, ſtatuta, & conſuetudines,ſeu ordinationes circa præmiſſa neceſſarias,& vtiles facere, & etiam promulgare, vnumque,& plures baiulos,procuratores, leuatores, collectorum receptores,vel ſindicos,in dicta noſtra Ciuitate,& in quolibet Archipreſbyteratu noſtræ Diœceſis,pro dictis collectis exigendis, recuperandis,ac expediendis alijs neceſſarijs ſupra & infradictis,& eorum quorumlibet cõſtituere,& etiam ordinare, & ſi dicti viri Eccleſiaſtici,vel maior pars eorum, guerris, vel alijs periculis obſtantibus,non poſſent commodè congregari, dicti baiuli, procuratores,leuatores,ſeu alij officiales, quocumque nomine nuncupentur, etiam collectas indicere valeant neceſſarias pro præmiſſis, ac ipſas leuare, ſeu exigere in iudiciò,ſiue extra:ac ipſos viros Eccleſiaſticos,& eorum ſingulos, pro portionibus ipſos contingentibus, per Officialem noſtrum cenſura Eccleſiaſtica, & aliàs tanquam pro re confeſſata,& condemnata, & quæ in rem tranſiit legitimè iudicatam, compellere,& agere contra eos, aliſque officialibus de nouo creatis.vocatis nonnullis ex ipſis viris Eccleſiaſticis, de adminiſtratis per eos reddere computum, & legitimam rationem, ab eis liberationem & quictantiam obtinere.*

Cautio ſuper Abbatiæ Moyſſiacenſis & Figiacenſis Beneficijs.

303 *Præterea cum inter nos noſtroſque prædeceſſores in Chriſto P. P.* Dominos Abbates Moyſſaci,& Figiaci, *ac eorum Capitula, Conuentus,& membra,necnon quoſdam alios noſtræ Diœceſis, retroactis temporibus fuerit, & adhuc ſit controuerſia, ad quem noſtrũm bona ſiue ſpolia* Beneficiatorum *decedentium, & Eccleſiarum, quarum præſentatio ad eos, vel eorum aliquem ſpectat,debeant pertinere, & ob hoc ipſi* Beneficiati *recuſent cõtribuere cum dictis alijs Eccleſiaſticis in dicta penſione centum quinquaginta librarum prædictarum,noſque ſimus,& fuerimus in poſſeſſione,ſeu quaſi,percipiendi ipſa ſpolia & bona,caſu,quo nos,vel officiales noſtri, priuſquam ipſi Do-*

mini Abbates,& alij,vel eorum gentes,ad capiendum bona ſiue ſpolia huiuſmodi,ipſis Beneficiatis,vel aliquo eorum defunctis , venimus,& ea occupauimus, volumus & ordinamus , de , & cum conſenſu noſtri Capituli memorati quod dicti procuratores,leuatores vel ſyndici,per ſe,vel alium, ſeu alios , eadem ſpolia ſiue bona , ipſis beneficiatis , vel eorum aliquo decedentibus petere, leuare,exigere,recipere, & recuperare valeant,noſtraque autoritate bannire , ſeu ad manum noſtram ponere,& dum voluerint relaxare, ac pro eis in iudicio, ſiue extra,contra quoſcunque rebelles,vel contradictores , prout nos & noſtri prædeceſſores facere conſueuimus , & recipere à prædeceſſoribus eorundem, ac ipſa ſpolia ſiue bona in vtilitatem Eccleſiæ viduatæ,ac pro anima ipſius defuncti expendere,& alias de ipſis , prout eis placuit, ordinare. Nos enim ipſos baiulos, procuratores,leuatores, & ſyndicos , quantum ad bona ſiue ſpolia huiuſmodi,in iure in eiſdem,nobis,& noſtræ Eccleſiæ competenti , & in futurum,nobis,& noſtris ſucceſſoribus competituro ,cum & pro dicta recompenſatione penſionis prædictæ in locum noſtrum ,& noſtrorum ſucceſſorum , ponimus totaliter & omnino , & totum ius , quod habemus , ac habere poterimus in futurum,pro nobis,noſtris ſucceſſoribus, & noſtra Eccleſia , tranſportamus & transferimus in eoſdem.

Decedentium Eccleſiaſticorũ ſucceſſori , & Eccleſiæ vt prouidendum.

304 Cæterum volumus & etiam ordinamus, de,& cum conſenſu & conſilio ſæpe dictis quòd de bonis cuiuſlibet viri Eccleſiaſtici decedentis , & fructibus, ipſi interim Eccleſiæ , obuenientibus , vſque ad receptionem nouorum fructuum,arbitrio baiulorum ſeu aliorum officiariorum prædictorum, futuro prouideatur ſucceſſoribus,alijſque ſeruitoribus, & miniſtris dictæ Eccleſiæ neceſſarijs,ac muniatur,& ornetur caminata ipſius Eccleſiæ lectis,& alijs ayſinys. vtenſilibus; & ſuppellectilibus in aula,coquina , horreo , & penore neceſſarijs iuxta , & ſecundum ipſius defuncti , & Eccleſiæ facultates. Si verò aliquem ex dictis viris Eccleſiaſticis inteſtatum decedere contingeret ,vel ad cauſam venire inteſtati,dicti baiuli , procuratores,vel receptores , bona ipſius defuncti cum inuentario per ſe , vel alium recipiant. De quibus eius exequias ſoluant honorificè,prout decet:caminatam, vt præfertur muniant ; debita exſoluant & quæ ſupererunt,in miſſis,eleemoſynis , ornamentis ipſi Eccleſiæ neceſſarijs,& alijs pijs vſibus expendant , & propinquis ipſius defuncti indigentibus , ſi qui appareant;ſi verò non appareant , parochianis , vel alijs egentibus erogent ,prout diſcretioni eorum (ſuper quo eorum oneramus conſcientias)videbitur faciendum.

Quid de morientibus ab inteſtato.

Recurſus ad Papam.

305 Et quia iuri, ſeu conſtitutioni noſtri ſuperioris , quæ inhibet viros Eccl. de bonis,ſuarum Eccleſ. intuitu acquiſitis , poſſe teſtari , & ordinare , nedum in morte ,imò etiam nec in vita,derogare non poſſumus , nolumus , nec debemus, cum pro noſtra,noſtraque Eccleſia,ac ſucceſſorum noſtrorum , necnon ipſorum virorum Eccleſiaſticorum,ac beneficiorum, & ſucceſſorum ſuorum,& cuiuſlibet eorum vtilitate,ſanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino noſtro ſummo Pontifici,vnà cum Capitulo,& viris Eccleſiaſticis antedictis,ſuppli-

camus humiliter, & deuotè, vt hanc noſtram prædictæ conſuetudinis remiſſionem, caſſationem, & annullationem, ac omnia & ſingula ſuper & infrà tacta approbare, confirmare, ratificare, ac licentiam & poteſtatem teſtandi, codicillandi, cauſa mortis, & aliàs quomodolibet in vita & in morte, ſaluis conditionibus ſupradictis, ordinandi, & diſponendi de prædictis bonis ſuarum Eccleſiarum occaſione, ac intuitu quæſitis, & quærendis, quæ nos antea pro ſpolijs conſuetudinis huiuſmodi prætextu recipiebamus, de benignitate Apoſtolica dignetur dare, & concedere ipſis viris Eccleſiaſticis, & eorum ſingulis tam præſentibus, quàm futuris, cum omnibus non obſtātibus, & alijs clauſulis opportunis. Nos enim dictus Epiſcopus, de, & cum aſſenſu, & conſilio antedictis, promittimus, & conuenimus, pro nobis, & noſtris ſucceſſoribus, ipſis viris Eccleſiaſticis, & cuilibet eorumdem, videlicet præſentibus pro ſe, & ſucceſſoribus, ac Eccleſijs eorumdem, & cuiuſlibet ipſorum, ſtipulantibus, & recipiētibus. Notarijs infrà ſcriptis & eorum vtrique, tāquam perſonis præcipuis, pro omnibus & ſingulis viris Eccleſiaſticis prædictis abſentibus, ac eorum & cuiuslibet ipſorum Eccleſijs ſtipulantibus & recipientibus, pro, ac coram omnibus, & ſingulis articulis ſupra & infrà tactis. Interim ante dictam confirmationem dicti Domini noſtri Papæ, de ipſis bonis, vel ſpolijs eorum, vel alicuius ipſorum, ſiue teſtatorum, ſiue ab inteſtato decedentiū, per nos, vel aliū, ſeu alios, nihil recipere, vel leuare, ipſóſque, aut eorum aliquem, quo minus interim teſtari, codicillare, aut aliàs in vita, & in morte quomodolibet ordinare, & diſponere valeant de eorum, & cuiuslibet ipſorum bonis, ſiue ſpolijs prædictis, prout eorum, & cuiuslibet ipſorum voluntati placuerit, ſaluis dictis conditionibus, vllatenus impedire, directè, vel indirectè, publicè vel occultè, nec teſtamenta, codicillos, donationes, aut aliàs vltimas voluntates, ſi quas iam condiderint, aut in futurum condere voluerint, impugnare, infringere, vel etiam annullare, aut aliud quidquam facere, quo minus exequantur & compleantur dictæ eorum donationes inter viuos, & voluntates vltimæ, aliaque omnia & ſingula ſupra & infrà ſcripta.

Interim dum Papa annuat, teſtari liceat.

306 VOLVMVS tamen, & etiam, de, & cum aſſenſu dicti noſtri Capituli ordinamus, quòd quandocumque aliquem de ipſis viris Eccleſiaſticis decedere continget, donatione inter viuos facta, codicillo ſeu teſtamento conditis, vel alia vltima voluntate quacumque, vnus de baiulis conſtitutis cum vno vel pluribus de executoribus ipſius defuncti, vocato eius hærede, ſi præſens fuerit, ſi verò ſit abſens, eo etiam non vocato, bona ipſius defuncti, ſi eis attenta conditione hæredis inſtituti, ipſiuſque viduatæ Eccleſiæ, futuri ſucceſſoris vtilitate, (cupiditate, amore, timore, odio, vel fauore quibuſcumque ceſſantibus) viſum fuerit expedire, inuentario fideliter conſcripto recipiant, & de ipſis dictum defunctum funerent, caminatam vt præfertur, muniant futuro ſucceſſori, vſque ad nouos fructus prouideant, debita exſol-

Cura in defunctorum funeribus quæ habēda.

Digitized by Google

uāt, & quæ ſupererunt tradant, & reſtituant hæredi inſtituto. In quorū fidē & teſtimonium, & ad maiorem omnium firmitatem, præſentes litteras in forma inſtrumenti publici per notarios infra ſcriptos publicari mandauimus, ſigilliq́; noſtri magni proprio munimine roborari. Acta fuerunt hæc in dicta noſtra Eccl. Cadurc. in Capella S. Martini, vbi per ipſos Canonicos Capitulū teneri conſueuit, vndecima die menſis Maij, anno à natiuitate Domini milleſimo treceteſimo octuageſimo quarto, indictione ſeptima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Clementis diuina prouidentia Papæ ſeptimi, anno ſexto, præſentibus venerabilibus viris. Domino Ioāne de Affriano decretorum doctore, Magiſtris Petro de Maſerij Camerario, Nicolao Amourous Bacallario in decretis procuratore: Ramundo Sanhafra Capellano, & familiaribus noſtris, & Ioanne Saleſſas, Petro de Caſtronouo teſtibus *ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Ego verò* Petrus Bergerij *Ciuis Cadurci authoritate Apoſtolica publicus Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, vnà cum dictis teſtibus, & ſubſcripto Notario interfui, & de ipſis, de præcepto & mandato dicti Domini Epiſcopi, qui voluit & conceſſit dictis viris Eccleſiaſticis fieri vnum & plura publica inſtrumenta, notam ſumpſi, & in libris ſeu protocollis meis poſui, & exinde hoc publicum inſtrumentum in hanc formam publicam extrahi, & groſſari feci: alijs occupatus negotijs per alium ſcribi feci, & hic manu mea propria me ſubſcripſi, & ſigno meo conſueto ſignaui, vnà cum ſigno & ſubſcriptione eiuſdem Notarij, qui vnà mecum de prædictis omnibus notam ſumpſit, ad æternam rei memoriam in fidem & teſtimonium præmiſſorum; & cōſtat de raſuris factis ſuperius in dictione vbi dicitur Eccleſiarum, aut magni proprij. Actum & datum vt ſupra. Ego verò Ioannes de Bornaiello clericus Clarmonenſis Diœceſis, authoritate Apoſtolica Notarius publicus; præmiſſis omnibus & ſingulis dum agebantur, vnà cum dictis teſtibus, Notario prædicto præſens interfui, & de ipſis de præcepto & mandato dicti Domini Epiſcopi, qui voluit, & conceſſit dictis Eccleſiaſticis fieri vnum & plura publica inſtrumenta, notam ſumpſi & in libris ſeu protocollis meis exinde hoc præſens publicum inſtrumentum extrahi, & in hanc formam publicam redigi feci, alijs negotijs occupatus per alium ſcribi feci, & hic manu mea propria me ſubſcripſi, ſignoque meo conſueto ſignaui, vnà cum ſigno & ſubſcriptione Notarij prædicti, qui vnà mecū de prædictis omnibus & ſingulis notam ſumpſit, ad æternam rei memoriam, in fidem & teſtimonium præmiſſorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ratihabitionis, confirmationis, communionis, & ſupplementi infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni decimo ſeptimo. Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Creſcentius H. de Arena.*

Teſtes. ſubſcriptiones. ſigilla.

Clementis confirmatio.

307 Eodem anno Epiſcopales ædes ad *Diui Vrciſini*, inſalubriori olim loco ſitas, fluminis vicinia incommodante, deſertas ab ſe, cum ijs commutauit quas ad *principem Aedem* incolunt hodieque Antiſtites, à Domino *de Garnello* coëmptas, vt docet emptionis ſubſcriptio, ſextum Septembr. diem, ſeculi quarti decimi 84, annotans annum. Anno eiuſdem Epoches 87. alioque proximè inſequente in fidem clientes non paucos, nobiles illos, aliosque recipit ſolemni delato homagio, vt Epiſcopi Archiuũ peruolutatum à me accuratiùs, docuit; ex quo ipſo honore, Begonis annos ſingulos, vt & *Bertrãdi* Deceſſoris annotare pronum fuiſſet. Atenim fatalis hic fuit *Begoni* noſtro, 10. *quippe Septembris A.C.* 1388. vitâ functum oppido cui à S. Coſma nomen, finibus Cadurcorum ſito docent *Ciuitatis noſtræ membranæ* patrio idiomate: itaque Bego ſederit ab anno 1368. ad 1388. viginti ipſos annos ſolidos. A. 1384 Epiſcopale palatium commutat Bego. Mors. temporis ratio.

FRANCISCVS DE CARDAILLACO.

308 FRANCISCVS de *Cardaillaco* ſtemmate iam Cadurcenſes inter Præſules tertius, vt quam pepererat *Guillelmus IV.* ea ex gente, Epiſcopatui, *Comitatu adiuncto*, maieſtatẽ, diu familia eadem tueretur, *Begoni* extemplò ſufficitur: Conſtat quippe ex *Ciuitatis* noſtræ Armario Kalendis ipſis. Quintilibus, ſolemni vt fit pompâ in vrbem admiſſum Franciſcum, tum primùm Epiſcopi ac Comitis noſtri nomine honoreque inſignem, A.C. 1389. Conſtat & hoc anno noſtris donatum infulis, ex infinito pene eorum numero qui ex *homagiorum Epiſcopalium* Codicibus M. S. à me perlectis, fidem daturi, ex Cadurcorum partibus omnibus aduolarint. Quæ ipſæ tabulæ clientelariæ fidei teſtes ſufficerent abundè Franciſcorum nomini ad A.C. 1404. quo *Guillelmum* ſublectum conſtat, noſtris Epiſcopis (quidquid reclamitent noſtrarum rerum, vt mox docebimus, inſolentes) continenter, atque hiatu nullo afferendum. Nullus quippe annus interiacet, non multis id genus teſtificationibus quàm clariſſimus, *Franciſci Epiſcopi* expreſſâ vbique nomenclaturâ. Atenim fuerat *Franciſcus* primùm de *Diui Franciſci familia*, cuius legibus Cadurci diu vixerat, ædium parte ab ſe etiam ædificatâ, quæ viri tanti hodieque retinet nomen. Imò ex ipſa vltronea mendicitate, ad *Canallienſis* ſedis infulas raptus antea, patriam vltimo vitæ tempore ſanctiſſimè adminiſtrauit. Franciſcus ab A. C. 1389. ad 1404. ex familia S. Franciſci Homagia.

309 Ipſius ſedis auſpicijs, infeſtari ſe videns Cadurcenſe Capitulum *fiſcalium exactorum* deprædationibus grauioribus (ipſa quippe Eccl. addicta A. 1389. Capitulum fit Regis Caroli VI. tutela.

bona, Regis nomine,quod fraudi prætenderent,occuparant)in fidem tu-
telam quæ admittitur à *Carolo* ea nomenclatura *ſexto Francorum Rege.*
haud dubium quin *Franciſco* locuplete tum fama negotium adiuuante;
adeò vt extemplo *Regia lilia* appreſſa bonis ipſis vt fit, in occupationis
legitimæ teſtificationem ſolemniter, deque Iuris formula ſint amota ſic
habent Codicilli Regij *CAROLVS Dei gratia Franc. Rex Vniuer-
ſis &c. Notum facimus quòd ad ſupplicationem dilectorum noſtrorum Ca-
nonicorum, & Capituli Eccleſiæ Cadurc. Nos, ipſos Canonicos, & Capitu
lum, vnà cum pertinentijs ſuis omnibus, iuriſdictionibus, Capellanis, Clericis,
Familiaribus, rebus, poſſeſſionibus, & bonis ſuis vniuerſis, in & ſub protectione
noſtra ſpeciali, & ſaluagardia ſuſcipimus, authoritate noſtra regia per præ-
ſentes &c. Dantes & concedentes ſeu deputantes eiſdem ſpeciales gardiatores
& defenſores. Vicarium, &* Baiulum *Cadurcenſem, aut eorum locumtenen-
tem, Datum Toloſæ die 7. Ianuar. A. D.* 1389.

A. 1390. monumentũ rigidioris victus ipſo die paſſionis Dominicæ

Extat & monumentum antiquitatis non contemnendum *M.S. Ca-* 310
pituli Codic. quo rationes cenſuum annotantur, ad *Franciſci* auſpicia ſic
enim habenr tabulæ, peruetuſto eoque fideliori charactere conſcriptæ.
quas Archiuo Capituli Præfectus *Antonius de Beluezé Cadurcenſis
Canonicus* merentiſſimus de *totius Capituli* ea fine coacti calculo (tanta
quippe eſt apud eos antiquitatis, Tabulariique religio) tranſcriptas de-
dit. *Anno Dom.* 1390. *die prima Apr. quæ fuit dies Veneris Sancti, in ho-
ſpitio habitationis Dom.* Franciſci *Epiſcopi Cadurc. in præſentia mei notarij
& teſtium ſubſcriptorũ, Durandus Raynaldi Procurator, & ſyndicus Ven.
Capituli Cadur. & ipſius Capituli ſeruiens. in abſentia dicti Dom. Epiſcopi
præſentaui Magiſtro Nicolao Amoros Procuratori ipſius Dom. Epiſcopi
Cadur. duos platellos lineos plenos, vicelicet vnum fabarum coctarum &
vnum de freſum, & duas pitalſas ſtanni plenas vini albi & rubei. & ſex panes
ſiue michas frumenti, valentes qualibet 4. denarios Turon. prout eſt conſuetum
facere quolibet anno in dicta die, per dictum Capitulum &c.* Quas tabulas
monere arbitror religionis priſtinæ, qua ſe *Dominica Paſſionis* ſolemni
die, ſpretis abiectiſque opiparis ac dulciarijs, *ad fabarum viliumque* le-
guminum eſum ſponte adſtringerent, ac damnarent. Extat & in *Armario
Capituli* libellus ſupplex, quo Canonici poſtulant *de* Franciſco *Epiſcopo
Begoni proximè*, vt tabulæ cauent *ſuffecto* ſtatuat atque pro ſuo iure ſan-
ciat de *Decimarum* illis prouentibus qui ob guerras atque mortalitatem
totâ S. Vincenrij Parœciâ nequirent colligi, quarum ſubnotatio tabu-
larum *Chriſti* 1390. *annotat annum* eiuſque Kalend. ſextiles diem
quintum.

A. 1390. ius dicit Franciſcus ſuper decimis S. Vincentij.

A 1391. ſocietas ſanctiſſima inter Capitulum & Carthuſienſes inita.

Inſequenti tum anno, quo ſediſſe *Franciſcum* itidem (vt & ad 1400.) 311
docet Homagiorum codex inita eſt ſocietas, maiorque ac tenacior amicitia
ſanctioris fœderis aſtricta eſt legibus *Cadurcenſe inter Capitulum, atque
Carthuſienſes*, ſeculi huiſce auſpiciis Cadurcum euocatos. Sancitum

quippe vtrinque eſt authenticæ pactionis, ſpontaneæque conuentionis articulis; *nulla vt diſſidia, nulla lites* intercederent vnquam, ſed verò ſemina litium omnia, ſi quæ ſecuturis temporibus ſuborirentur, catorum proborumque virorum ſenſu atque arbitrio, nulla ad forum, nulla ad Iudices prouocatione ſopirentur, ac penitus eliderentur. Gratum erit genuinam illam atque germanam ſuperioris æui pietatem, in ipſis intueri tabulis, quibus & pia alia viciſſim opera, communicãt ſecum inuicem ipſi, eorũque prouentum ad alios mutuò transferunt.

Societatis articuli.

NOVERINT vniuerſi & ſinguli præſentes litteras inſpecturi, viſuri & audituri. Quoniã vt ait Apoſt. omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, percepturi prout geſſimus in corpore, ſiue bonum, ſiue malum, oportet nos diem miſſionis extremæ operibus caritatis, & miſericordiæ præuenire, orando pro inuicem vt ſaluemur, æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamque tenentes. CVM igitur inter honorabiles & circumſpectos viros DD. Hugonem Ioannis Lacoſta, Raim. de Figiaco, & de S. Sereno, Archidiaconos, Reginaldum de Batuto *Operarium, Hugonem la Noailla,* Raim. *Marquerij, Arnaldum de Podio, Gauſbertũ de Capitepino, Guill. de S. Claro,* Ioannem *de Eccleſia,* Bert. *de Rupe, & Raim. Berrardi de Garnello Canonicos, in Eccl. Cathed. Cadur. reſidentes, vnà cum Dom.* Petro *de Petra, Ioan. Darmen, Ioan. de Pradins, & Berengario Dominici Hebdomadarijs dictæ Eccl. & inter nos FF. Religioſos, Gaillardũ Vitalis Priorem, Petrum Ayralli. Sim. Daſſort, Ioan. de* Beſſo, *Petrũ Reginaldi, Ioan. Strepolim, Pontium Tozet, Guill. de Petra mortua, Sanſonem de Bolonzaco, Bernardũ Beruntij, Ioan. Magiſtri, & Petrum de Molendino, Conuentus & Domus Carthuſ. de licentia ſuorum ſuperiorum fuit, & eſt concepta, & diu deſiderata prouida & ſalubris aſſociatio, ſeu conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptũ, grandi deſiderio cupientes vt feruor charitatis æſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorũ identitas perſeueret, & præſertim circa bona ſpiritualia inter nos prænominatos & ſucceſſores noſtros cõmunicãda, quæ prout diuina prouidentia in nobis dignabitur operari, omnibus tam viuentibus quàm defunctis, præſentibus & futuris proficiant ad ſalutẽ, eâdem clementiâ largiẽte; Et vt huiuſmodi cõſortiũ quòd potiſſimè inſidet cordi noſtro, finẽ ſalubrem & celebrẽ per noſtræ ſolertiæ ſtudiũ conſequatur, diligenti deliberatione præhabitâ. Item nos prænominati, ad honorẽ Dei & totius Collegij ciuium ſupernorum, ad quietum ſtatum precum prædictarum, & ſalutis animarũ incrementum, præciſis radicibus diſſidiorum, vepribus litigiorum omninò ſubductis, volentes & affectantes quòd omnis controuerſia, ſeu debatum quod pro tempore, inter nos omnes prænominatos poſſet oriri, pacificè & cum caritate, ceſſante quocumque litigio decidatur, terminetur & declaretur per duos de qualibet parte, cum conſilio proborum virorum, ad hoc diſcretorum, per ipſos, eligendos, Deum præ oculis habentes, votis feruentibus ſancimus, quantum in nobis eſt, vt amodò, annis ſingulis, circa*

Interdictio litium omnium.

Miſſarum communicatio.

Feſtum omnium SS. celebretur vnum Tricenarium Miſſarum pro viuis Canonicis dictæ Eccleſiæ, ac Fratribus præd. Conuentus, & hebdomadarijs tam præſentibus quàm futuris; & circa feſtum B. Joan. Bapt. aliud Tricenarium Miſſarum pro defunctis, quorum prima Miſſa dicetur ſolemniter in Eccleſiâ præd. Cadurc. & Conuentu dictorum Dominorum Carthuſienſium Cadurci, & alia Miſſæ ſine interruptione 29. diebus ſequentibus, in priuato cum orationibus communiter ordinandis. Et in die ſepulturæ, dicetur pro defuncto Miſſa in prædictis Eccleſia & Conuentu, vel ſequenti die non impedito, & infra menſem, per quemlibet celebrantem dicetur pro ipſo vna Miſſa in priuato, & per non celebrantes, dicentur ſeptem Pſalmi cum Litanijs trinâ vice. Prædicta autem tricenaria in prædictis Eccleſia & Conuentu, modo & forma prætactis celebrabuntur perpetuis temporibus. Adjciendo quòd Tricenarium Miſſarum pro defunctis dicetur in præfatis Eccleſia & Conuentu, dato quòd alibi quàm in Ciuitate Cadurc. contingeret aliquem de prænominatis decedere. Ad ſucceſſores autem noſtros reſtringatur, ad Canonicos tantum, Hebdomadarios, & fratres in Ciuitate & Diœceſi decedentes. Quòd ſi infra Tricenarium pro defunctis, contingeret aliquem ſeu aliquos decedere, quòd reincipiatur iterum toties quoties fuerit reincipiendum ob mortem aliquorum, vt compleatur ſine interruptione. Miſſis celebratis non computandis in dicto Tricenario reincipiēdo; vt eiſdem miſſis & orationibus effundendis pro inuicem, felici ducti regimine præſeruemur à noxijs, ſemper proficiamus, præſtando conſilium, auxilium & fauorem in negotijs alterutriùs partis ad inuicem prout Deus dederit facultatem. In quorum omnium fidem has noſtras præſentes litteras ſigillis, noſtris communibus Capituli dictæ Eccleſiæ Cathedralis & dictorum D. D. Cartuſien. Cadur. duximus communiendas, vnà cum contraſigillis. Actum Cadurci die 20. Aprilis A. D. 1391.

1402. Franciſcus iura alia tráſfert ad Capitulum.

Extant & donationis ſolemnis Codicilli *Capituli* noſtri *Archiuo*, A. C. 1402. *Auguſti die tertia ſcripti*, quibus caueatur diſertè Seſtariorum 312
triginta cenſum annuum, tùm à *Franciſco* noſtro tranſcriptum in Capitulum, *ex feodi de Varaire Canone* penſitandum; qualem videlicet ad *Franciſcum, Minorum familia tum cenſitum*, tranſtuliſſet olim *Bertrandus* germanus frater; quem ipſum cenſum denuo ab Cœnobio ipſe receperit, *Cauallicenſis factus Antiſtes*; quo ex gradu ad noſtram ſedem aduolarit. Neque mirandum eſt tantam mendicitatem Religioſo ordine egentiſſimo illo profeſſum olim Franciſcum; iure omni donandi, alienandique reciſo, ex ſolemni etiam voto; transferendi tamen bonorum id genus dominij auctoritatem vſurpaſſe; eam enim poteſtatem fecerat votis laxato vinculo, Pontifex *Clemens*, quem haud dubiè ipſe communi tum ſatis errore, germanum agnoſcebat Pontificem, etſi vti iam demonſtrauimus in ſummum Sacerdotium vi atque fraude inuolaſſet, nec niſi *Pſeudo* foret *Pontifex*. Attexam Reſcriptum Clementis caſſum licet ac irritum, tum quia ſedis *Franciſci* auſpicijs datum id video, nullam vt de illius ſede

teſtimonium antiquius habeant, tum quia ex *Diui Franciſci aſſumptum Ordine* teſtificetur luculenter, qua in parte vix nos ſefellerit. *CLEMENS Epiſ. ſer. ſer. Dei, Ven. Fratri Franciſco Epiſcopo Cadurc. Sal. & Apoſtol.* Bened. *QVIA præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt inuiſibiliter ad non eſſe; tu hoc ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum, diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire. Nos itaque tuis in hac parte, ſupplicationibus inclinati, vt de bonis mobilibus ad te per Eccleſiam cui præeſſe dignoſceris licitè acquiſitis, quæ altaris vel altarium Eccleſiæ miniſterio, ſeu alicui ſpeciali eiuſdem Eccleſiæ diuino cultui vel vſui non fuerint deputata, pro decentibus, & honeſtis expenſis funeris tui; remuneratione illorum qui tibi viuenti ſeruierunt, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij iuxta eorum meritum, moderatè tamen diſponere & erogare poſſis, & aliàs (prius tamen de omnibus prædictis bonis ære alieno, & ijs quæ pro reparandis domibus & ædificijs conſiſtentibus in locis ipſius Eccleſiæ, culpa vel negligentia tua vel tuorum Procuratorum deſtructis ſeu deterioratis, nec non reſtaurandis alijs iuribus eiuſdem Eccleſiæ deperditis, ex culpa vel negligentia prædictis, fuerint opportuna, deductis) in pios vſus & licitos conuertere valeas. Non obſtante quòd Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor exiſtas: Fraternitati tuæ plenam & liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Volumus autem quòd in eorundem diſpoſitione bonorum, iuxta qualitatem reſidui, erga dictam Eccleſiæ liberalem exhibeas prout conſcientia tibi dictauerit, & animæ tuæ ſaluti videris expedire. Datum Auenione Id. Ian. Pontificatus noſtri anno XI. qui annus Chriſti eſt* 1389. Conditum *Eccleſiæ d'Eſpaignac* Diœceſi noſtrâ Franciſci corpus, mirum qua veneratione colant noſtrates, quorum videlicet iudicio ſanctus ipſe, vti & eius tumulus, ſepulchrum Beati paſſim audiat. Sedit ab A. C. 1389. ad 1404. ſi & clientelis delatis & hactenus adſcriptis Actis fides.

Clemens Pſeudopapa Franciſco Minoritæ ius teſtandi cõcedit.

Mors, & ratio temporis.

313 Nouum hic mihi Cadurcorum Antiſtitem, nouus nomenclator, vellicata recens aure, ad memoriam reuocabat, cùm cenſui hærendum ſubſiſtendumque, veritati, qua amicius nihil, comperiendæ. Prodijt quippe haud ita pridem in lucem *Auguſtiniana Anaſtaſis* qua ſcilicet ſcriptores, ſacri *Auguſtinianorum Ordinis, Alphabetico nominum auctorum ipſorum ſeruato ordine recenſentur*, ſingulorum item opera literaria. Hoc verò volumine ROBERTVM noſtri huius ſeculi epocha, diſcat Lector, noſtratum Antiſtitem factum, ex hiſce verbis quibus *Thomas Gratianus* eiuſdem ſacri Ordinis in Colonienſi Prouincia *Prior Prouincialis* fidem cõciliare videatur ROBERTVS *Vualdeby vir raræ ſcientiæ ex Anglia in qua lucem primum accepit; cum Eduardo Nigello Principe fortunato Gallias petijt, Dein Tholoſæ quæ vrbs eſt Galliæ Narbonenſis philoſophiæ, poſtremò Theologiæ ſtudio vacauit; quo facilè palmam reliquis præripuit, eoque deuenit excellentiæ vti Doctorum princeps ea tempeſtate*

Robertum malè hic collocat inter Cadurc. Antiſtites Auguſtiniana Anaſtaſis.

Cadurcorũ calamitas & vaſtitas.

Roberti encomia.

cenſeretur: Linguarum quoque peritia, atque eloquentiâ multis praſtitit. Ad hæc Theologiam profeſſus cùm eſſet, primo quidem Epiſcopus Cadurcenſis in Aquitania, deinde Dublinenſis Archiepiſcopus eſt creatus anno 1395. *Denique Eboracenſis Archiepiſcopus anno exacto renuntiatus eſt. Diuini ſui ingenij monumenta reliquit Lecturas ſententiarũ lib.*4. *Queſtiones Ordinarias lib.*1. *Quodlibeta varia lib.* 1. *Contra Uiicleſiſtas lib.* 1. *Sermones per annum lib.*1. *& alia plura.* Atenim ſi iuſto ſacramento datur contendere cum auctore hoc nouo noſtrarum rerum inſolente, atque omnino quo ad hæc neſcio, Qui tandem fuerit Epiſcopus Cadurcenſis in Aquitania *Robertus* ante annum 1395. quando continentibus retrò temporibus *Franciſcum, Begonem:* Bertrãdum, *Guillelmum, Hugonem, Raimundum,* toto hoc ſeculo ſediſſe, noſtros inter conſtet; nec duos ſedes vna capiat; niſi forte voluerit *Gratianus* in tanto Anglorum id temporis F*rancorumque* diſſidio; in illa *Pſeudopontificis* intruſione ſchiſmateque, ab *Eduardo Anglo* impetratum *Roberto* Cadurcenſem Epiſcopatum, quibus neſcio artibus cuiuſue Pontificis calculo; quo tamen perfungi nequiuerit An*glorum* excuſſo tum *iugo*, imperioque omni reciſo. Certè vt vt res habeat, honorificum noſtris fuerit virum tanta literatura, tantaque id temporis fama, Cadurc. Antiſtitibus, quorum ſcilicet Dignitas ingens ſit ab ijs etiam annumeratum, qui ſuorum merita cumulare, quantis poſſunt artibus adnituntur.

GVILLELMVS
VI. D'ARPAIOV.

Guillelmus ab A. C.1404. ad 1431. per Vicarium Vrbem init,

Iurat ſolemniter per Vicarium.

GVILLELMVM *Franciſco* ſuffectum proximè habuit ſedes noſtra (ſi intacta Capituli audimus tabularia, fidè illa omni maiora) 314
eumque ex illuſtri hodieque Rutenos inter *Arpaieorum* familia. Tabulas quippe legi ipſe *Anno* 1404. *Indict* 12. *die Augu.* 20. *Pontificatus D. Benedicti Papa anno* 10. *in Caſtro Duienta Diœceſis Ruten.* conſcriptas, quibus Guillelmus *Petro de Beſſueiolis* Epiſcopus, adminiſtrandi interim, dum ipſe acceſſus ſe impedimentis exueret, vices authoritatemque committit, pleniſſimam illam atque ampliſſimam. Aliàs itidem eiuſdem fidei, quibus Cadurci iam ſuffectus ille Guillelmo Proëpiſcopus, ſedis poſſeſſionem init rite Præſulis nomine, ſeu vt loquuntur Acta, *ſumit poſſeſſionem pro Dom. Guillelmo Electo à Benedicto* XIII. *Papa* (Doleo hunc fuiſſe Pſeudopapam, noſtrateſque per errorem ſe illi adiunxiſſe) per *deceſſum* Franciſci *vltimi Epiſcopi, & iurat ſuper ſancta Dei Euangelia, manu dextrâ corporaliter gratis tacta, ſe tenere firmiter & inuiolabiliter obſeruare perpetuò conſuetudines, libertates, vſus, & obſeruantias ipſius Capituli & Eccleſiæ prædictæ.* Verùm errore deinceps agnito, veritateque ſucceſſu temporis ſe in conſpectum dante, *Guillelmus* verum Pontificem appella-

rit,ratamque promotionem hanc ad Cadurc. infulas legitimâ auctoritate comprobâte effecerit: Quod & in cæteris ſuſpiceris, ſi quando iam retrò æuo cõtigerit,vt noſtri Apoſtolicæ ſedi addictiores,per errorem tamen fuco ac vmbris meram poſtpoſuerint veritatẽ. Anno huius ſeculi ſeptimo, coràm,eadem iuramento ſanciſſe.ſolemnique pompa,vndeuiceſima Nouẽbris die, vrbem primùm ingreſſum docẽt his verbis *Capitulo excerptæ tabulæ*,quas Archiuo præfectus iam ſuprà laudatus Canonicus fideliter à me prius lectas exſcripſit *ANNO Domini* 1407.*die* 19. *menſis Nou. regnante D. Carolo &c.apud Cadur. ante portam Eccl. Cathedralis Cad. Venerabiles & diſcreti viri D.D. Guillelmus de Rupe Archidiaconus de Torneſio,in Eccle.Cadur.& Guillelmus* Boquerij *Canonici Cadurc. ac ſyndici vt dixerunt Venerabilis Capituli Cadurc. requiſiuerunt R. in Chr. Patrem & D.D.Guillelmum Epiſco.Cadur. vt dicto Ven. Capitulo Cadu. præſtaret iuramentum de tenendo,& obſeruando ſtatuta,libertates, conſuetudines,& obſeruantias dicti Capituli prout eſt fieri conſuetum per prædeceſſores ſuos;Et tunc dictus Dom.Epiſcopus petijt ſibi oſtendi &c Dicti verò ſyndici dixerunt quòd ſibi oſtenderant per inſtrumenta legitima per dictum Capitulum ſibi miſſa apud Montempenſatum; Et tunc idem Dom. Epiſcopus promiſit & iurauit ponendo manum ſuam dextram ſupra pectus,more prælatorum,tenere,& obſeruare ſtatuta,libertates,& conſuetudines prædicti Capituli;teſtibus,nobilibus Do.Hugone de Cardaillaco, milite; Dom de Violio &c.Conſentiunt* & *Ciuitatis* noſtræ *Archiua*,quamquam ſolemnem hanc Antiſtitis in vrbem admiſſionem in ſequentem diem reijciunt.

A.C. 1407.ipſe iurat coram.vrbemque init

375 Anno 1408.*ex Capituli Tabulario* Parœciæ *d'Autoyré*, alteram *de Via* annectit. Anno 1412.miſertus ſuorum egeſtatem continentibus bellis ac morbis iam vaſtatorum funditus,ac pene deletorum, vt vectigalia Antiſtiti alendo cum Diocœceſim luſtrat, non niſi moderatiùs exigantur præſcribit,nobili ad humanitatem exemplo *GVILLELMVS miſeratione diu.Cadurc.Epiſco.vniuerſis &c. CVM ex paſtoris officio nobis incumbat, ſubditorum commoda & maximè virorum Eccleſiaſticorum,quibus diuina clemẽtia nos dedit præeſſe,& eorum grauaminibus & oneribus quantum eſt poſſibile,obuiare. Nos conſiderantes paupertatem Eccl.noſtræ Diæc.quam guerrarũ calamitas & fructuũ exiguitas, ac mortalitatũ quæ diutiùs viguerunt, & adhuc vigent in Diæc. noſtra introduxerunt, propter quæ nonnulli olim incolæ à dicta Diæ. receſſerunt,& illi qui remanẽt adeo ſub paupertatis amictu, vitã pauperẽ ſuſtinent, quòd potius eorũ vita egeſtas dici poſſet,quàm condecẽtis vitæ ſuſtentatio, vt ſolebat;& maximè propter onera varia & diuerſa,tam ordinaria,quàm extraordinaria, quæ eis incumbunt propter quæ ſi per nos de remedio non prouideretur opportuno,quod nos ex paſtorali officio eiſdem impertiri tenemur, dicti remanentes ſimiliter neceſſitate recederent. Ea propter deliberatione maturâ, & conſilio cum Capitulo Eccleſiæ noſtræ Caturcenſis, & nonnullis alijs viris Eccleſiaſticis dictæ noſtræ Diæceſis*

A.C. 1498. parœcias d'Authoyre,&de via vnit

A. 1412 minuit procurationum. onera.

Cadurcorũ calamitas & vaſtitas.

præhabito dicto Capitulo cum ſuis annexis beneficijs in ſuo priori ſtatu permanente, & in nihilo huic ordinationi ſe ſubijciente, eiſdem viris Eccleſiaſticis quibus onera Procurationis, tempore noſtræ viſitationis incumbebant, & incumbunt, ac incumbent in futurum, conceſſimus & concedimus, quòd de cætero quando nos viſitare, Eccleſias viſitari conſuetas, quæ de iure viſitari debent, ab earum Prioribus, Rectoribus, & alijs gubernatoribus earumdem, vice & nomine procurationis nihil recipiemus, ſiue exigemus, ſi ſint pauperes & minoris valoris, quàm decem librarum Turonenſium; & ab alijs quæ valorem prædictum decem excederent recipiemus tantummodo & exigemus, vnum groſſum quindecim denariorum Turonenſium pro libra: quòd ſi valor dictorum beneficiorum in tantum aſcenderet, quòd calculatio dicti groſſi excederet pro libra, ſummam procurationis de iure, & ſecundùm formam conſtitutionis vas electionis, *ſuper hoc edita, non eſt noſtra intentio, quod propter hoc, ſummam in dicta conſtitutione,* vas electionis, *contentam in procuratione ab eis recipienda excedamus, quouis modo, nec eſt noſtra intentio quòd ab Eccleſijs per nos viſitatis aliquid exigamus, ſicut nec exigere debemus. Si autem contingat nos aliquas Eccleſias dimittere non viſitatas nunquã alijs iam viſitatis, poſito quòd iterum eaſdem viſitaremus, aliquid exigemus donec & quouſque omnes & ſingulæ Eccleſiæ noſtræ Diœceſis fuerint per nos ſeu alium viſitatæ, hanc autem diſpoſitionem, concordiam & conſenſum ad vtilitatem Eccleſiarum, per nos & dictum noſtrum Capitulum, ipſo tamen Capitulo exẽpto, vt excogitatam, deliberatam, & editam fecimus, & facimus, voluntate & beneplacito, ac diſpoſitione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, per nos & noſtrum Capitulũ, ac viros Eccleſiaſticos nobis in hoc ſubditos, ſaluis ſemper, & retẽtis; quam ad maiorem roboris firmitatem ſigillo noſtro authentico, vnà cum ſigillo dicti Capituli communiri volumus, & iubemus. Actum & datum Caturci die vigeſimo menſis Maij anno milleſimo quadringenteſimo duodecimo.*

Honos ſedis Apoſtol.

Nos vero Capitulum Eccleſiæ Caturcenſis Capitulantes & ſuper contentis in præſentibus litteris, & Capitulum vnanimiter & concorditer tenentes ſuper prædictis præmiſſis omnibus, & in præſentibus litteris & ſingulis ex noſtra certa ſcientia & ſpontanea voluntate aſſenſum noſtrum præbuimus, & præbemus. In quorum fidem ſigillum noſtrum &c.

Capituli aſſenſus.

A.C. 1418 Guillelmus Canonicos 25. ad 24. redigit. & quorum id.

Infeſtabantur interim calamitatibus quàm aſperrimis Cadurcorum noſtrorum fines, bello, fame, morborum vi inſana, aliiſque id genus extremæ ſortis conclamatique æui malis, adeò vt ad ſolitudinem omnia, vaſtitatemque redacta forent. Atque in illa ærumnarum mole oppreſſa Cathedralis Eccleſiæ maieſtas omnis dignitaſque, iam à priſtino deiecta gradu penitus corruebat, cùm nutanti iam dudum atque labanti, opportune *Guillelmus* adfuit, atque nobiliori redditam formæ piorum placitorũ ſapientiſſimis ſuſtẽtaculis fulciuit erexitque. Vidabat quippe quinque ſupra viginti Canonicos, Archidiaconos ſenos, Operarium, Cancellarium, alioſque numeroſſimos quos olim ſplendidè aluiſſent 316

Eccle-

Eccl. prouentus, quoſque *Bartholomæus* Antiſtes, ex ſuo ſanciuiſſet calcu-
lo, & Pontificiæ authoritatis confirmatos munimine catè atque pruden-
ter voluiſſet, videbat inquam ad extremam mendicitatem redigi, ludi-
brioque eſſe iam ac contemptui ſingulis, præ vltima inopia, quam aleret
numeroſior alendorum cœtus, ſummaque id temporis annonæ flagellatio.
Videbat inſuper, qua erat animi ſagacitate, vir cordatiſſimus, à profanis
hominibus occupari etiam tenues illas reliquias ſtipendiorum ſacrorum
iuraque omnia Eccleſiæ violari, quando deeſſent viri gnaui ac ſtrenui, illa
ſcilicet egeſtate ſumma deterriti, qui ſeſe auſibus improborũ opponerẽt,
eoſque quà cõſilio quà auctoritate deprimerẽt. Edicit igitur vt deinceps
Canonicorũ numerus ne quatuordecim excedat, detractis de priore numero
omnino vndecim; quin & eorum 14. albo cenſeatur ipſe Antiſtes, maior
vti Capitulo auctoritas, dignitaſque concilietur; *Archidiaconi ne plures
ſint duobus*, futuri ſcilicet, maiori numero, impares tuendæ perſonæ, digni-
tatiſque conſeruandæ, quatuor alijs reciſis; *Cantor* & *Cancellarius* ne Di-
gnitatis ſed Eccleſiæ Officijs deinceps defungi dicantur (quod de Can-
toris munere iam ſtatuerat ante, anno 1414. ſi tabulis Capituli fides, vt &
de Cancellario *Bego*, ſeruatumque hactenus ab eo tempore, colliges
ex *Guillelmi* Actis inſerendis continuò) Cæterùm ne cui grauior hæc reci-
ſio videatur ſancit, vt ne quis ſuperſtitum adhuc, dignitate ideò ſpolietur,
ſed vni poſt hac ſucceſſuri; qui tamen iam præſcriptum numerum non
excedãt, & extinctis in perpetuum reliquis poſt ſuperſtitum fata, ni forte
commutatis temporum vicibus ad pinguiorem fortunã redeat Cadurc.
Eccl. tunc quippe reſtituendum numerum priſtinum cauet. Atenim ne Suprà n. 116.
quid moliatur auctoritate propria, neque *Bartholomæi* ſtatutis ſanctiorib⁹
ad quæ ſedis ſupremę calculus acceſſiſſet, irrito placito quid ipſe detrahat,
Martinum V. appellat, rem totam ad eius ſenſum arbitriumque refert.
Martinus inquirendi de re tota negotium *Priori Briuatenſi* cõmittit, Sedis Apoſtol.
ſediſque Apoſtolicæ vice ſtatuendi defert arbitrium re comperta, ac tandẽ aſſenſus.
Eugenius ipſe Pontifex IV. quãquam defuncto iam *Guillelmo*, poſt annos
aliquot, Guillelmi placitum omne cõfirmat. Docebunt negotij articulos
omnes tabulæ, quas ſeruatâ ſerie temporum inteximus integerrimâ fide,
liberalitatis Guillelmi in Capitulũ, aliquot adiũctis de nouo Eccl. vecti-
galibus, monimẽtis etiam nobiles, & ad Guillelmi gloriã non tacẽdos. Guillelmi ſta-
GVILLELMVS miſeratione diuina Epiſcopus Cadurc. ad perpe- tutum.
317 *tuam rei memoriam. Ex commiſſo nobis Paſtorali Officio, iure & ratione ad
hoc inuitantibus, mente ſolicita propulſamur, vt ſecundum varietatem tempo-
rum, ſtatuta etiam varientur humana; præſertim cùm vrgens neceſſitas aut
euidens vtilitas id expoſcunt.* NVPER *ſi quidem pro parte dilectorum fratrum
noſtrorum Capituli noſtræ Caturc. Eccleſiæ nobis expoſito, quòd cum dicta
Eccleſia in ſui fundatione in tantum fructibus & redditibus abundaret,
quòd iuxta modum & vires facultatum eiuſdem, fuit in eadem ordinatus nu-*

Qui olim cenſus Cathedralis Eccleſiæ.

merus vinginti quinque præbendarum, & totidem Canonicorum: quorum cuilibet reſidenti, horis Canonicis intereſſenti, dabantur quolibet die decem panes præbendales, valentes pro toto anno triginta ſextarios & tres cartas frumẽti, & decẽ quarti vini, valẽtes viginti octo pipas vini, & quatuor ſolidos Turon. vltra augmenta feſtiuitatum ſolennium, & ieiuniorum, valentia quater viginti & duas libras Turonenſes pro toto anno (incluſis tamen quatuor ſolidis de augmento pro qualibet die quadrageſimæ (& ſic computatis decem libris pro groſſo cuilibet Canonico aſſignato, necnon emolumentis obituum, qualibet præbenda valebat ſingulis Canonicis reſidentibus quadringentas libras & & vltra, & ſic prædicta præbendæ vnà cum diſtributionibus Hebdomadariorum, capellanorum: ſcholarium, clericorum, ſeruientium, cæterorumque officiariorum, & penſionariorum dicti Capituli aſcendebant prout aſcendunt, ſi dictæ facultates paterentur, in vniuerſo, videlicet mille & quinque ſextaria frumenti: & mille pipas vini, & tria millia libras Turonenſes, vel circa. Quæ quidem facultates abundanter & largiſſimè ſufficiebant prout longis temporibus eidem fundationi continuè ſucceſſiuè ſuffecerunt ad omnia præmiſſa, & alia ordinaria onera perſoluenda, & de ſuperfluo fiebat theſaurus magnus in eadem Eccleſia pro iuribus & libertatibus eiuſdem tuendis, & negotijs, ac oneribus extraordinarijs ſupradictis.

Status præſens Eccleſiæ, ob Aquitaniæ clades infelix.

HODIERNIS tamen temporibus & à triginta annis citra vel circa, 318
theſauro huiuſmodi antiquo per antea penitus exhauſto nihil in eo reconditur: ſed prædicta groſſa ſunt quaſi ad nihilum redacta, fructuſque & prouentus dictæ Eccleſiæ propter mortalitatem, peſtes, bellorum clades, hoſtium incurſus, & alia infortunia, quæ in præſenti Ducatu Aquitaniæ inueterata eſſe noſcuntur, proptereaque Ciuitas & Diœceſis noſtræ ſunt ad deſertionem & quaſi inhabitabiles derelictæ, & prædicti redditus ſunt taliter diminuti & attenuati, quod vix ſufficerent ad vitam decem vel duodecim ſimplicium Capellanorum. Nam recepta menſæ communis dicti Capituli, vltra ducentos triginta ſexarios eminam bladorum, centum pipas vini, & centum libras Turonenſes communiter non aſcendit nec ſperatur plus aſcendere; imò diminui in futurũ niſi Dominus tempora aliter diſponere dignetur, cùm ſemper ruina augeatur, & mala de die in diem malis accumulentur. Unde multa incommoda ipſam Eccl. quotidie propter hoc inſequuntur: Nam cultus diuinus, quem noſtris temporibus affectamus augeri: adeò eſt diminutus, quòd ſæpe non ſunt in eadem Eccleſiâ niſi tres, aut quatuor ſacerdotes ſimplices, & hi ad pſallendum, & officiandum ſolenniter, prout mos dictæ Eccleſiæ exiſtit non ſufficientes, qui horis Canonicis diuina myſteria peragant: & de talibus memorata Eccleſia paſſim impletur, cùm pauci viri notabiles ad præbendas vacantes propter inopiam earundem cupiant promoueri; imo quamplures Canonici, qui ſunt inibi ab antiquo promoti, ſcientiâ, moribus, vitâ, & genere multipliciter inſigniti, quorum præſentia Eccleſiam huiuſmodi decoraret, qui libenter in eadem reſiderent, ſi duntaxat medietatem

ſui victûs habere inde poſſent, nonnulli loca dimiſerunt matrimonia contrahentes: alij victum alibi quærentes in dictâ Eccleſiâ reſidere dedignantur: & reſidentium nonnulli formidant ad ſacros ordines promoueri, iuxta ipſius Eccleſiæ ſtatuta, cogitantes opprobrium futuræ mendicitatis eis imminere in Eccleſiâ ſæpe dictâ.

319 *ET CVM ſit iure cautum, quòd vniuſcuiuſque Eccleſiæ facultatibus augmentatis, per conſequens augmentari, & ipſis diminutis diminui deberet (etiamſi certus fuerit) numerus Clericorum; cùm tot ſint Eccleſiis præficiendi Clerici, quot de facultatibus earum valeant commodè ſuſtentari: cùm multo decentius exiſtat nouos non inſtitui miniſtros, quàm inſtitutos, victu debito præ multitudine carere. Idcirco nobis humiliter ſupplicarunt, vt dicta Eccleſia ſponſa noſtræ, hactenus tam laudabiliter decoratæ, debitis obſequijs deſtitutæ, & tam enormiter afflicta, vt præmittitur, pro compatientiæ affectu ſubueniremus de remedio opportuno, ſicut ex noſtro officio ſubuenire debemus, & tenemur; vt videlicet de aſſertis ſi certitudine clariori indigebamus (quàm in promptu facere erant parati) noſtrum animum informaremus: vt veritate compertâ, in dictâ Eccleſiâ proh pudor! nimis nota, Canonicorum numerum minueremus, certaſque dignitates, & officia dictæ Eccleſiæ, facultatibus propter cauſas præmiſſas carentes, & carentia de medio tolleremus. Adycientes inſuper quòd cùm dicta Eccleſia, propter eius inopiam prælibatam, & Canonicorum præſentium ſimplicitatem, facta eſſet iam contemptibilis, in tantum quòd multi Laici & Clerici eandem Eccleſiam inuadere, bonáque eius occupare: & retinere, perſonaſque dictorum Canonicorum, malitia, & potentia gentium huius bellicoſæ patriæ reſiſtere non valentium, grauiter offendere non vererentur, dictum antiquum numerum diminuendo, vnam præbendam in præſentiâ, & abſentiâ recipiendi nobis, & Epiſcopis Caturcenſibus ſucceſſoribus noſtris retineremus, vt quos timor Dei & zelus iuſtitiæ à malo non reuocaret, ſaltem terreret, autoritas, & ſublimitas Pontificalis dignitatis.*

Quæ cautio in augendo Clericorum numero,

NOS verò dictæ Eccleſiæ lactati vberibus, inter alias nobis
320 *commiſſas, ſpecialis curæ gerentes affectum, licet præmiſſa ſint apud nos valde nota, ea tamen nolentes alijs penitus occultari, præſertim Domino noſtro ſummo Pontifici, qui propter eius remotiſſimam diſtantiam, de præmiſſis plenam notitiam non haberet, ad cuius inſtructiones procedere diſpoſuimus nihil de nobis præter, aut contra voluntates ipſius præſumere intendentes, venerabili & diſcreto viro Magiſtro GISBERTO RVBET, Licentiato in decretis, Officialique, & Vicario noſtro Generali ſpecialiter, & expreſſè commiſimus, quatenus dictam Eccleſiam, & eius ſtatum, honores, & onera cum Notario publico, perſonaliter viſitaret, teſtes, inſtrumenta, libros,*

Ad ſedẽ Aplicam defertur negotium Eccleſiæ.

regiſtra, & alia probationum genera pro parte dicti Capituli exhibenda per modum informationis reciperet, ac in formam publicam redigi faceret, vt nos conſultiùs procedere valeremus, & negotium huiuſmodi dicto Domino noſtro Papæ remitteremus ſufficienter inſtructum.

Diminutio beneficiorum.

REPORTATA itaque nobis per dictum Commiſſarium fideliter, & per nos diligenter inſpectâ informatione prædictâ, habitâ collatione cum peritis, & cum dicto Capitulo tractatibus iteratis, apertè comperimus, vtile fore & expediens, imò neceſſarium, ne aliàs dicta Eccleſia in temporalibus & ſpiritualibus ſuccumberet in totum, dictum canonicatuum & prebendarum numerum fore diminuendum, & ſecundùm facultates dictæ Eccleſiæ moderandum, dictáſque Dignitates tanquam ſuperfluas eſſe ſupprimendas, vt ſequitur. 321

AD LAVDEM igitur & gloriam omnipotentis Dei beatæque virginis Mariæ *eius matris, beatique protomartyris* Stephani *patroni noſtri, ac diuini cultus augmentum, ac dictæ Eccleſiæ proſperum ſtatum ac fœlicem: ſequentes quippe veſtigia nonnullorum Fratrum Epiſcoporum vicinorum noſtrorum; in probitate, & ſcientia perfectorum, qui longè minore neceſſitate ducti ſuarum Eccleſiarum indemnitatibus ſimili modo proſpexerunt, quod fuit per Romanos Põtifices ſine difficultate qualibet prouidè roboratum, imitando etiam diuinæ, & æternæ ſapientiæ ordinem, cuius eſt omnia diſponere in numero, pondere, & menſurâ; numero quidem vt præceptum fuit populo Iſraël, vt non maior ſeu minor numerus per familias, & domos aſſumeretur, ſed qui ſufficere poſſet ad eſum agni. Pondere verò ſicut mandaſſe legitur Ezechieli Propheta figuratiuè loquens.* Cibus autem quo veſceris erit in pondere viginti ſtateres in die, à tempore vſque ad tempus. *Porrò menſurâ, ſicut mãdaſſe legitur Dom. per Moyſen populo*, vt vnuſquiſque colligeret manna quantum ſufficere poterat ad veſcendum iuxta menſuram gomor. *Subſequentia ſtatuentes, duximus, vt ſequitur, ordinandum.* 322

Ordinatio Guillelmi circa Canonicatus, & Præbendas.

IMPRIMIS *ſiquidem dictum viginti quinque Canoniarũ, & Præbendarũ numerũ, ad numerũ quatuordecim reducimus, diminuimus ſiue reſtringimus; Ita quòd de cætero ſaluis infrà ordinandis non ſint in dictâ Eccleſiâ niſi quatuordecim Canoniæ, & totidem præbendæ: tredecim videlicet pro tredecim Canonicis, & vna pro Epiſcopo Caturcenſi, pro tempore exiſtente, quæ ſibi de augmento à dictâ diminutione prouenienti ſoluetur, & non aliàs, neque ante. Itaque cedente, decedente, aut aliàs quomodolibet dimittentibus, vel amotis Canonicis, qui nunc ſunt, nullus in Canoniis, vel præbendis, huiuſmodi altero de prædictis modis, vel aliàs quouis modo vacãtibus per nos, aut ſucceſſores noſtros inſtituatur, ponatur, vel inſtalletur: ſed fructus, prouentus, & emolumenta Canonicatium, & præbendarum vacantium in eorum cumulo eiuſdem Capituli redigantur, ſiue applicẽtur aliis ſuperſtitibus Canonicis præbẽdatis, ſeruitoribus, & miniſtris, iuxta ordinationes ipſius Capituli prouenientia; donec, & quouſque reductio, ſiue diminutio noſtra huiuſmodi ſuum fuerit plenè ſortita effectum, ad numerum quatuordecim prædictum: quem numerum* 323

quatuordecim Canonicorum, & totidem præbendatorum exiſtere & obſerua-
ri volumus: & præſenti publicâ paginâ ſtatuimus in Eccleſiâ noſtrâ memora-
tâ, perpetuis temporibus in futurum, niſi, diuinâ fauente clementia, fructus,
& facultates ipſius Eccleſiæ in tantum excreſcerent, quòd numero antiquo
viginti quinque (ad quem eo caſu reuerti volumus) poſſet ſufficere competenter.
ITEM quia in dictâ Eccl. fuerunt ab antiquo, & adhuc ſunt ſex digni- Item circa dignitates & officia.
324 *tates Archidiaconales, & tria Officia, & ſic cōpletâ reductione noſtrâ huiuſ-*
modi non ſupereſſent, niſi quatuor ſimplices Canonici præbendati, quod eſſet
deriſorium Eccleſiæ prædictæ: attento permaximè, quia licet dicti Archidia-
coni quoſdam Vicarios perpetuos habeant, ſeu habere debeant ſub ſe in qui-
buſdam Eccleſiis parochialibus, eiſdem Archidiaconatibus annexis, pro
maiori parte deſertis, propter hoc tamen nullam habent curam actualem,
aliàs quàm ſuprà dictum eſt, nec in foro pœnitentiali, aut contentioſo, aut ad-
miniſtratione in dictâ Ecclſiâ, neque extra, niſi prout alij ſimplices Canonici,
excepto quòd in honoribus primas ſedes, & prima loca obtinent, qui tamen
ſunt eidem Eccleſiæ minus neceſſarij, imo oneroſi: cùm pauci ſint ex ipſis, qui
aliunde vitam habeant, quâm de menſâ Capituli prædicti, de & ex Duo Archidiaconi ſtatuuntur.
quibus honores, & onera dictarum dignitatum ſuſtinere non valent,, Ea pro-
pter à qualibet parte chori, vnum Archidiaconum tantùm exiſtere volumus
videlicet Archidiaconatum Caturci, quæ maior eſt dignitas poſt Pontifica-
lem ab vna, & Archidiaconatum de Torneſio, qui ſecunda dignitas fuit, & eſt Quatuor Archidiaconatus ſupprimuntur,
immediata poſt dictum Archidiaconatum Caturci, ex alterâ parte: quos cum
ſuis ſedibus, honoribus, dignitatibus & prærogatiuis, volumus manere ſicut an-
tè. Cæteros verò quatuor Archidiaconatus videlicet Figiaci. S. Sereni, Valliū,
& Montiſpenſati *vnà cum officio Operariæ, tanquam ſuperfluos, quantum ad*
nomina, res, & effectus tollimus & ſupprimimus: ſtatuentes quòd de cætero dicti
quatuor Archidiaconatus, & Operaria, ſublati & ſuppreſſi perpetuò repu-
tentur, ac de libris, regiſtris, matriculis, & tabulis dictæ Eccleſiæ penitus de-
leantur, & ampliùs in eiſdem nullatenus deſcribantur, Archidiaconatibus de
Caturco, & de Torneſio in ſuis dignitatibus: Cantoris, & Cancellariæ in offi- Cantor & Cancellaria ſeruantur.
cijs remanentibus perpetuis temporibus ſicut ante.
VOLUMUS tamen & ſtatuendo ordinamus quòd dicti ſuppreſſi Ar-
325 *chidiaconatus, & Operarius, qui interea ſunt, qui dictos Archidiacona-*
tus, & Operariam, ante noſtram reductionē, vnâ cum Præbendis, eiſ-
dem Archidiaconatibus annexis, obtinebant, dictas Præbendas, & nomen
earum, ſedes & loca ſua conſueta, tam in Capitulo, quàm in choro obtineant,
& poſſideant pacificè, & quietè quandiu viuent, aut dictas Præbendas
obtinebunt, ne ſuis temporibus videātur apud extraneos ignominiosè deſcen-
diſſe. Eccleſiæ vero, beneficia, vniones, poſſeſſiones, & alia iura eiſdem Archi-
diaconatibus ſuppreſſis antea pertinentia, quæcumque ſint & vbicumque,
menſæ communi dicti Capituli cedant & applicentur, datis & aſſignatis con-
gruis penſionibus eiſdem pro modo facultatum, & emolumentorum, quæ ex

dictis Archidiaconatibus ſuppreſſis,eidem Capitulo peruenient,vel fructibus
dictorum Beneficiorum*,vnionum, & aliorum iurium eiſdem Archidiaconis*
aſſignatorum,ſi de penſionibus non poterunt, cum dicto Capitulo concordare
& ſi placuerit Domino noſtro Papæ. Ipſis autem Archidiaconis,qui ſolebant
cedentibus,vel decedentibus,aut quomodolibet aliàs dimittentibus, aut amotis
nullus inſtituatur in locum ipſorum. Et nihilominus Dignitates; Perſonatus.
vel officia in dicta Eccleſia vt præmittitur,reſtantes ſeu reſtantia, Cùm altero
de prædictis modis vacabunt,pendente termino dictæ reductionis, nulli alteri
conferantur,per nos aut ſucceſſores noſtros,niſi Canonicis Præbendatis Eccl.
noſtræ prædictæ, quia aliâs niſi ſuper dignitatibus & officijs huiuſmodi tam
reſtantibus, quàm ſuppreſſis,per hunc modum prouidiſſemus, noſtra reductio
turbaretur,aut in tantum differretur, quòd inutilis & infructuoſa eidem Ec-
cleſiæ,ab omnibus qui in eâ pro præſenti exiſtunt, procul dubio cenſeretur.

Hebdomadarij, Capellani, & alij chori miniſtri ſeruantur.

ITEM numerum Hebdomadariorum, Capellanorum perpetuorum, & 326
aliorum chori miniſtorum, diuinis officijs de nocte pariter, & de die intenden-
tium,quem libenter,ſi poſſemus,augeremus, in ſuo ſtatu manere volumus abſq;
diminutione,ſeu mutatione quacunq;. Item ſtatuendo ordinamus quòd ſi Canon.
vel Præbendæ ſimplices,pẽdente dictâ reductione vacarent,de dictis locis ſequẽ-
tes Canonici in ſellis, vel locis ſuorum præcedentium Canonicorum ſedeant pa-
riter, & ſuccedant,à qualibet parte Capituli,ſiue chori; ſicque reſpectu ſediũ,
& locorũ, vltima Canonia & Præbenda vacare videantur ſaluo quod ſi dig-
nitas, aut officium,alicui de Canonicis ſuperſtitibus cõferebãtur, ille cui facta
eſſet collatio,ſequatur,ſedem & locum illius,cui in dignitate,vel officio ſuccedet.
Et ſaluo quod de dictis dignitatibus,& officio ſuppreſſis,eſt ſuperius ordinatum.

Subſcriptio tabularum.

HÆC autem ſtatuta & ordinationes legi,publicari, & fideliter recen- 327
ſeri fecimus in Capitulo dictæ Eccleſiæ noſtræ, vbi fuerant præſentes ad ſonum
Campanæ vt eſt moris,pro Capitulãdo cõgregati Canonici infrà ſcripti vide-
licet Magiſtri Antonius Bedolelly *Archidiaconus Caturcenſis*, Guil-
lelmus de Rupe *Archidiaconus de Torneſio*, Gisbertus Rubey, Ioannes
Boquerij, Ioannes Darnicij *Cantor*, Ioannes Vitalis *Cancellarius*; Regi-
naldus de Batuto, Geraldus Boquerij, Guillelmus Boquerij, Ioannes de
Narceſio, Nicolaus Amoroſi, Pontius Rebelly, Ioannes de Pradinis,
Berengarius *Dineti*, *præmiſſa omnia & ſingula, quatenus poſſibile & opus*
eſt,laudantes,& approbantes,die ſecundâ menſis Nouembris, anno à Nati-
uitate Domini Milleſimo quadringenteſimo decimo octauo, præſentibus
Venerabilibus & diſcretis viris magiſtris Petro de Fraxino, Ioanne de
Vernhio *Licentiatis.* Ramundo de Saliaco, *& pluribus alijs teſtibus ad*
præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, hic ſubſcriptis, de expreſſo Domini
mandato, de Molodino. *Et nos prædicti Canonici Capitulantes, & Capi-*
tulum noſtrum ad ſonum Campanæ,vt moris eſt, ſolenniter facientes, abſen-
tibus Canonicis debitè conuocatis, præmiſſis omnibus & ſingulis,per dictum
Dominum Epiſcopum ſæpe deliberatis, noſtrum præbemus & præſtamus

conſilium pariter & conſenſum: eaque, quatenus in nobis eſt tenore præſentium laudamus, & approbamus, honore & reuerentiâ Domini noſtri Papæ & in alijs iure noſtro, & dictæ Eccleſiæ ſemper ſaluis. Datum & actum
328 ſub noſtro ſigillo, & contraſigillo communibus, anno & die quibus ſuprà.

MARTINVS Epiſcopus ſer. ſer. D. Fil. Priori Briuatenſi Lemouicenſis Diœc. Sal. & Apoſtol. Benedict. Ad illa libenter vt tenemur intendimus, per quæ Eccleſiis præſertim Cathedralibus, earumque ſtatui ac perſonis (tum potiſſimè vbi maior conſpicitur neceſſitas) congruentius valeat ſubueniri. Exhibita ſiquidem nobis pro parte. Dil. Filiorum Capituli Cadurcenſis petitio continebat, quòd nuper Ven. Frater noſter Guillelmus Epiſcopus Cadurcenſis conſideraret quòd olim 25. Canonicorum, & totidem præbendarum, ac nouem tã dignitatum quàm officiorum, necnon competens aliorum Beneficiorum numerus, in eadem Eccleſia canonicè inſtitutus, pro perſonarum illa pro tempore obtinentium ſuſtentatione decenti, competeret inibi tam in generali quam in particulari, dos conſtituta fuerat: vſque etiam adeò quòd ſingulis Canonicis, ſingulos inibi Canonicatus, & ſingulas huiuſmodi prebendarum obtinentibus, ac diuinis intereſſentibus, quadringentæ libræ, & vltrà, ex ſuis Canonicatibus & præbendis huiuſmodi prouenire conſueuerant annuatim: vnde plerunque ſolebat contingere, quòd inibi viri ſcientia & moribus cõſpicui, ac genere nobiles promoueri aſpirabant, & promouebantur. Sed exortis poſtmodum, & à centum ferè annis interea non deſinentibus, in illis partibus guerris, emerſiſque nonnũquam mortalitatibus ac alijs varijs ibidem immiſſis cladibus, res eò vertebatur, quòd patria illa, maximè Ciuitati Caturcenſi circumpoſita, vbi fructus, redditus, & prouentus tam Eccleſiæ, quàm etiam præbendarum ac dignitatum & officiorum, aliorumque beneficiorum prædictorum pro maximâ parte olim conſiterãt, iam miſerabili tradita vaſtitati, inhabitata manebat, proindeque fructus, redditus, & prouentus, tàm præbendarum quàm etiam dignitatum & officiorum necnon Beneficiorum huiuſmodi, paſſim adeò decreuerant, quòd vix ex eis quilibet Canonicorum in eadem Eccleſia reſidentium, ac diuinis etiam interſſentium vltrà triginta, Archidiaconus verò eiuſdem Eccleſia, ratione Archidiaconatus eiuſdem, licet inibi dignitas maior poſt pontificaẽ exiſteret, & ei vna ex prabendis huiuſmodi, ab olim, Canonicè annexa fuiſſet, & ex proprijs Archidiac. fructibus prouẽtib[9] eiuſdẽ, vltrà quatuor lib. Turon. monetæ, ibidẽ vſualis, nequaquã percipere poterãt annuatim, alijs dignitatibus, officijs, & beneficijs huiuſmodi etiã ſuprà modũ in eorũ fructibus, & facultatib[9] propter præmiſſa nimirum, diminutis; ſed, quod deterius erat, tam etiam partium prædictarum ruina dietim exaugebatur in peius, ipſaque Eccleſia nedum rebus & bonis, vt præfertur, ſed etiam perſonis eam tueri & releuare valentibus deſtituta, tantæ deſolationis ac paupertatis, iam tam diutinum, tamque miſerabile ſuſtinebat opprobrium, quòd illius Canonicorum pauci, tanquam in vanum Canonici vel Beneficiati nomen erubeſcentes ſe gerere; apud

Martini Bulla pro contrahendis ad certum numerum Canonicatibus & præbendis Eccleſiæ Cadurc.

Eccleſiam ipſam reſidere: Alij verò beneficiati ad ſacros Ordines prout diuino cultui & illorum oneri congruebat nequaquam prom oueri ſe facere: Cæteri verò nuſquam ibidem inſtitui, ſeu Beneficia adipiſci curabant; voleſque idem Epiſcopus ſuper ijs, vtcumque commodè poterat ſalubriter prouidere, maturâ ſæpius cum eiſdem Capitulo deliberatione præhabitâ, tandem numerum præbendarum huiuſmodi ad 14. duntaxat, quarum vna ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, reliquarum verò tredecim: ſingulis Canonicis cederent; omnes Dignitates & Officia prædicta, ad duos Archidiaconatus tunc expreſſos, qui dignitates remanerent, nec necnon ad duo officia duntaxat donec ſaltē Eccl. ipſam, ad pinguiorē cōtingeret deuenire fortunā, autoritate ordinariâ reduxit, ſlla ex eiſdē, quæ donec ad reductū numerū huiuſmodi tā præbendarā, quàm etiā dignitatū & officiorum prædictorum deuentum foret, vacare quomodolibet contingeret, eadem authoritate ſupprimendo. Et nihilominus conſpiciens idem Epiſcopus præmiſſa ad tantam dictæ Eccleſiæ releuandam inopiam nullatenus ſufficere, De Lauſerta, ac S. Petri de Altorio, necnon S. Aniani de Cambolam, parochiales Eccleſias, Catur. Diœceſis, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, menſæ Capitulari dictæ Catur. Ecccleſiæ autoritate ordinariâ in perpetuum incorporauit, annexauit, & vniuit. Ita quòd cedentibus vel decedentibus Rectoribus earumdem Parochialium Eccleſiarum, aut eas aliàs quomodolibet dimittentibus, liceret eiſdem Capitulo, per ſe, vel per alium corporalem poſſeſſionem illarum, iuriumque, & pertinentiarum earumdem apprehendere, & in ſuos ac dictarum Eccleſiarū vſus perpetuò retinere: ipſaſq; S. Petri & S. Aniani Eccleſias per præſbyteros idoneos, ad hoc per eoſdem Capitulum pro tēpore deputandos, & amouendos, regi facere: reſeruatis tamen ex prædicta Eccleſia de Lauſerta fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, pro perpetuo Vicario ibidem inſtituendo, congruâ portione annuâ, de quâ idem Vicarius congruè ſuſtentari valeret. Epiſcopalia iura ſoluere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare, prout in diuerſis patentibus inde confectis literis, ipſorum Epiſcopi & Capituli ſigillis munitis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Capituli aſſerentium etiam de Lauſerta ſexaginta & S. Petri triginta necnon S. Aniani Eccleſiarum viginti, ac menſæ prædictarum, 400. florenorum auri de Camera, fructus, redditus & prouentus ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, adhucque Eccleſiam ipſam Caturc. eâ quâ ſuprâ miſerabiliter aggrauari inopiâ, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt reductioni, ſupreſſioni, vnioni, annexioni, & incorporationi prædictis, cæteriſque in dictis litteris contentis, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac aliàs ſtatui dictæ Catur. Eceleſiæ in præmiſſis opportunè conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

NOS IGITVR de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi 329
tamen ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de quâ in ijs & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circunſtantijs

Digitized by Google

vniuerſis authoritate noſtrâ te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi ea repereris fore vera; (ſuper quo tuam conſcientiam oneramus) reductionem, ſuppreſſionem, incorporationem, vnionem, & annexionem & alia in litteris contenta huiuſmodi authoritate noſtrâ confirmare procures, numerũq; tàm Canonicatuũ, & præbendarum, quàm etiam dignitatum & officiorũ huiuſmodi ſecundùm reductionẽ prædictã duntaxat obſeruandum fore ſtatuas, eadem noſtrâ auctoritate pariter & ordines: Ita quòd in poſterum aliqua ſedis Apoſtolicæ vel legatorum eius litteræ, per quaſcunque perſonas, ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de quibuſcũq; Canonicatibus, & præbendis, dignitatibus, vel officijs, ipſius Eccl. ſub quauis formâ vel cõceptione verborũ impetratæ vel impetrãdæ, ad huiuſmodi præbẽdas ac dignitates & officia, vt potè ſic ſuppreſſis, ſeu eorum vel earum aliqua vel aliquo, nullatenus ſe extendant, nec ipſarum literarum vigore de ipſis præbendis, dignitatibus, vel officijs Eccleſiæ Caturcenſis ſic ſuppreſſis, poſſit alicui commodè prouideri: ipſique Capitulum aliquem vel aliquos ad quamcunque ſeu quaſcunque præbendam ſeu præbendas in eadem Eccleſiâ, donec ad præbendarum reductum numerum huiuſmodi deuentum fuerit, ſeu etiam ad ſuppreſſas dignitates & officia huiuſmodi recipere nullatenus teneantur, nec ad id quomodolibet valeãt coarctari. Quin imo cedentibus vel decedentibus quibuſcunque, præbendas huiuſmodi nec non ſuppreſſas dignitates & officia obtinentibus, ſeu illa aliàs quomodolibet dimittentibus, etiamſi cedentes aut dimittentes ipſius ſedis Apoſtolicæ Capellani, aut noſtri, vel aliquorum ex venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalibus familiares, continui, commenſales exiſtant, & præbendæ ac dignitates & officia huiuſmodi, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum, aut dimiſſionem, aut per conſtitutionem felicis recordationis Papæ Ioannis *22. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,* execrabilis, *aut per aſſecutionem pacificam quorumcunque aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quacunque authoritate collatorum vacare cenſeantur, ac diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſeruata, eorumque collatio ad ſedem prædictam legitimè deuoluta exiſtat, præbendæ vſque ad reductum numerum, nec non ſuppreſſa dignitates, & officia prædicta iuxta ſuppreſſionem huiuſmodi dicti Epiſcopi ſuperiùs enarratam prorſus & firmiter cenſeãtur eſſe ſuppreſſa, ac pro talibus habeantur. Ita quòd liceat eiſdem Capitulo per ſe vel alium corporalem poſſeſſionem Parochialium Eccleſiarum iuriumque & pertinentiarum prædictarum in ceſſionis vel deceſſus aut dimiſſionis huiuſmodi Rectorum earumdem euentum authoritate propriâ apprehendere, ac in ſuos & illarum vſus perpetuò retinere, Diœceſani loci & cuiuſcunque alterius licentiâ minimè requiſitâ. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Catur. Eccleſiæ contrarijs, iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quacunque firmitate aliâ roboratis. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & præbendis, ac dignitatibus vel officijs ipſius Caturc. Eccl. necnon Parochialibus Eccleſiis, ſpeciales aut alijs beneficijs Eccleſia-*

Digitized by Google

ſticis in illis partibus generales dictæ ſedis vel Legatorum eius literas impetrarint etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, vel aliâs quomodolibet ſit proceſſum: quas quidem literas, necnon proceſſus habitos per eaſdem ad prabendas, donec ad prædictum 14. *numerum deuentum fuerit, necnon ad ſuppreſſas dignitates & officia, ac vnitas Eccleſias antedictas volumus non extendi, ſed nullum pro eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & præbendarum ac dignitatum & officiorum, necnon Eccleſiarum aut Beneficiorum aliorum præiudicium generari & quibuſcunque priuilegijs, indulgentijs & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Prouiſo tamen quòd vnitæ Eccleſiæ prædictæ debitis non fraudentur obſequijs, & animarum cura, in eis nullatenus negligatur, ſed ſupportentur earum onera conſueta: Volumus tamen quòd per præmiſſa ſeu eorum executionem quamlibet, Dilecto filio* Guillelmo de Verltris *Canonico prædictæ Caturc. Eccleſiæ, ad præbendam inibi, authoritate aliarum noſtrarum literarum, vt accepimus, expectanti, nullum in aſſecutione præbendæ huiuſmodi præiudicium quomodolibet generetur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Florentiæ, Kalendis Decemb. Pont. noſtri anno* 3.

Eugenij Bulla quâ confirmatur ſuperior Martini V.

E V G E N I V S *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Apoſtolicæ ſeruitutis, nobis iniunctæ deſuper officium ingiter mentem noſtram excitat, & inducit, vt circa ea, quæ pro ſtatu proſpero Eccleſiarum, necnon perſonarū inibi diuinis laudibus dicatarum profutura conſpicimus, operoſis ſtudijs intendamus, & ijs, quæ pro illarum indemnitatibus proceſſiſſe comperimus, vt illibata perſiſtant, libenter, cùm à nobis petitur, Apoſtolici muniminis adijciamus firmitatem. Dudum ſiquidem pro parte D. F. Capituli Eccleſ. Caturcenſis, fœlicis recordationis* Martino Papæ V. *prædeceſſori noſtro expoſito, quòd bonæ memoriæ Guillelmus Epiſcopus Caturcenſis attentè conſiderans, quòd olim* XXV. *Canonicatuum, ac totidem Præbendarum ac* IX. *tam dignitatum, quàm Officiorum, necnon competens aliorum Beneficiorum numerus in eadem Eccleſiâ Canonicè inſtitutus, & pro perſonarum illarum, pro tempore obtinentium, ſuſtentatione decenti competens inibi, tam in generali, quam in particulari dos conſtituta fuerat, in tantum etiam quòd ſingulis Canonicis, ſingulos inibi canonicatus, ac ſingulas præbendas eiuſmodi obtinentibus, & diuinis intereſſentibus, quadringentæ libræ, & vltrà, ex ſuis Canonicatibus, & præbendis huiuſmodi prouenire conſueuerant annuatim, vnde plerumque contigerat, quòd inibi viri ſcientiâ, & moribus conſpicui, ac genere nobiles promoueri aſpirauerant, & promoti fuerant: Sed exortis poſtea, & à centum ferè annis interea neque deſinentibus in illis partibus guerris,*

emerſiſque, nonnunquam mortalitatibus, ac aliys varys ibidem immiſſis cladibus, res eò verſa erat, quòd patria illa maximè Ciuitati Caturcenſi circumpoſita, vbi fructus, redditus, ac prouentus, tam Eccleſiæ, quàm præbendarum, ac dignitatum, & officiorum, aliorumque Beneficiorum, prædictorum, pro maximâ parte olim conſtiterant, miſerabili tradita vaſtitati, inhabitata manebat: proindeque fructus, redditus, ac prouentus prædicti paſſim adeò decreuerant, quòd vix eis quilibet Canonicorum, in eadem Eccleſiâ diuinis intereſſentium, vltra triginta: Archidiaconus verò ipſius Eccleſiæ, ratione Archidiaconatus eiuſdem, licet inibi dignitas maior poſt Pontificalem exiſteret, & ei vna ex præbendis ipſis ab olim Canonicè annexa fuiſſet, ex propriys Archidiaconalibus fructibus: & prouentibus vltra quatuor libras Turonenſis monetæ ibidem vſualis nequaquam percipere poterant annuatim, aliys dignitatibus officiys, & Beneficiys huiuſmodi etiam ſupra modum eorum fructibus, & facultatibus propter præmiſſa nimium diminutis, & quod deterius erat, tam Eccleſiæ, quàm partium prædictarum ruina dietim exangebatur in peius, ipſaque Eccleſia nedum rebus & bonis, ſed etiam perſonis eam tueri & releuare valentibus deſtituta manebat, tantaque deſolationis & paupertatis tam diutinum, tamque miſerabile ſuſtinebat opprobrium, quòd illius Canonicorum pauci, apud Eccl. ipſam reſidere; aly verò Beneficiati ad ſacros Ordines, prout diuino cultui, ex eorum onere congruebat, nequaquam promoueri ſe facere, cæteri verò nuſquam ibidem inſtitui, ſeu beneficia adipiſci curauant. Volenſque dictus Epiſcopus ſuper ys ſalubriter prouidere, maturâ ſæpius cum prædicto Capitulo deliberatione præhabitâ, numerum præbendarũ huiuſmodi ad quatuordecim duntaxat, quarum vna ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, reliquarum verò tredecim ſingulæ ſingulis Canonicis cederent: omnes verò dignitates & officia prædicta ad duos Archidiaconatus tunc expreſſos, qui dignitates manerent, necnon ad duo officia duntaxat, donec Eccleſiam ipſam ad pinguiorem contingeret deuenire fortunam, auctoritate ordinariâ reduxerat, illa ex eiſdem, quæ donec ad reductum huiuſmodi, tam præbendarum, quam dignitatum & officiorum prædictorum numerum deuentum foret, vacare quomodolibet contingeret, eadem autoritate ſupprimendo.

331 *ET nihilominus conſpiciens idem Epiſcopus, præmiſſa ad tantam dictæ Eccleſiæ releuandam inopiam nullatenus ſufficere*, de Lauſertâ & S. Petri, de Altorio, *necnon* S. Aniani de Camboulan, *Parochiales Eccleſias Caturcenſis Diœceſis in omnibus iuribus, & pertinentiys ſuis, menſæ Capitulari dictæ Caturcen. Eccleſiæ autoritate præfatâ in perpetuum incorporauerat, annexauerat, & vniuerat, ita quòd cedentibus, vel decedentibus Rectoribus earum Parochialium Eccleſiarum, aut aliàs quomodolibet dimittentibus, liceret eiſdem Capitulo per ſe, vel alium corporalem poſſeſſionem illarum rerum, & pertinentiarum earumdem apprehendere;*

ac in ſuos, & ipſarũ Eccleſiarum vſus perpetuò retinere, ipſaſque S. Petri & S. Aniani Eccleſias per Preſbyteros idoneos, ad hoc per eoſdem Capitulum pro tempore deputandos, & amouendos regi facere, reſeruatis tamen ex prædictâ Eccleſiâ de Lauſertâ fructibus, redditibus, & prouentibus pro perpetuo Vicario ibidem inſtituendo, congruâ portione annuâ, de quâ idem Vicarius congruè ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſoluere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare valeat, dictus prædeceſſor per ſuas literas D. F. Priori Briuatenſi Lemouicenſis Diœceſis, eius proprio nomine non expreſſo, dedit in mandatis, vt de præmiſſis omnibus & ſingulis eorumque circunſtantiis vniuerſis, autoritate ipſius prædeceſſoris, ſe diligenter informaret, & ſi per huiuſmodi informationẽ ea reperiret fore vera, ſuper reductione, & ſuppreſſione, incorporationem, vnionẽ, annexionẽ prædictas confirmaret, numerũq; tam Canon. & præbendarum, quàm dignitatũ, & officiorum huiuſmodi, ſecundùm reductionem prædictã duntaxat obſeruanda fore decerneret, ita quòd cedentibus, vel decedentibus quibuſcunque, præbendas huiuſmodi, necnon ſuppreſſas dignitates, & officia obtinentibus, ſeu illa aliàs quomodolibet dimittentibus, etiamſi ſedis Apoſtolicæ Capellani, aut eiuſdem prædeceſſoris, vel aliquorum ex Venerabilibus fratribus ſuis S. R. E. Cardinalibus, familiares, continui cõmenſales exiſterent, & præbendæ, ac dignitates necnõ officia prædicta ſiue per ceſſum, vel deceſſum, aut dimiſſionem eiuſmodi, vel conſtitutionem piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri quæ incipit: execrabilis; vel per aſſecutionem pacificam aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quacunque autoritate collatorum, vacarent, ac diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſeruata, eorumque collatio ad ipſam ſedem legitimè deuoluta forent, præbendæ vſque ad reductum numerum, necnon ſuppreſſæ dignitates, & officia prædicta, iuxta ſuppreſſionem Epiſcopi huiuſmodi, prorſus, & firmiter cenſerentur eſſe ſuppreſſa, & pro talibus haberentur: ſic quòd etiam liceret eiſdem Capitulo, per ſe vel alium, poſſeſſionem corporalem Parochialium Eccl. iuriumque, ac pertinentiarũ prædictarum in ceſſus aut deceſſus, vel dimiſſionis huiuſmodi euentum, autoritate propriâ apprehendere, & in ſuos, ac illarum vſus perpetuò retinere, Diœceſani loci & cuiuſcunque alterius ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ, prout in eiſdem literis plenius continetur.

CVM autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ipſe Prior ad dictarũ literarum 332
executionem procedens, illarum vigore incorporationem, vnionem & annexionem confirmauerit, ac numerũ huiuſmodi, iuxta prædictam reductionem obſeruandũ eſſe decreuerit, indeque Capitulũ præfati dictarum Parochialiũ Eccleſiarum, tunc certis modis vacantium, poſſeſſionem apprehendentes, illas ex tunc tenuerint aliquandiu, prout tenent, in vſus ante dictos, pro parte ipſorum Capituli aſſerentium quòd Parochialium Eccleſiarum centum & viginti, necnon menſæ prædictarum mille librarum Turonenſium paruorum fructus, redditus, & prouentus, ſecundùm communem æſtimationem, valorem

annum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt confirmationi, & decreto, ſiue conſtitutioni prædictis, pro illorum, ſiue illarum ſubſiſtentiâ firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque præfatis ſupplicationibus inclinati confirmationem, & decretum, ſiue conſtitutionem eiuſmodi, necnon quæcunque inde ſecuta, rata habentes, & grata, ea autoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui fortè interuenerint in eiſdem: non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Martinus *prædeceſſor in ipſis literis non obſtare voluit, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Datum Florentiæ anno Incarn. Domini* 1434. 13. *Kalend. Decemb. Pontificatus noſtri anno* 4.

333 Anno 1423. ſediſſe *Guillelmum* adhuc ſuperſtitem docent appellationis tabulæ Capituli armario, quibus Carthuſienſe Cœnobium, quia ſacri cenſus piæ familiæ, decreto Præſulis, ad Aedis Cathedralis ſarciendas ruinas diſtraherentur, ad ſedem Apoſtolicam prouocat. Iudicat & anno 1425. ſuper litigio Capitulum inter, ac Guillelmum de Roffillaco, nato, componitque atque conciliat de partium placito litem omnem, 2. Februarij vt fert Tabularum ſubſcriptio; alia quæ ſediſſe diutius *Guillelmum* atteſtentur, vnde promam non habeo; facilè tamen potuit ſedes Antiſtitis prorogari ad *Ioannis de Podio* ſuffecti tempora quem videlicet ann. 1431. Cadurci exceptum ſolenniter, docet in tabulario Ciuitatis Kalendarium Cadurcenſe: quamquam ecquonam die elatus ille, ecquonam hic ſuffectus, nulla quæ diſtinctè doceant Acta videre fuit hactenus. A. 1423. ſedes Guillelmi confirmatur. Temporis ratio.

334 Ad extremam Guillelmi ſedem refero Religioſæ familiæ nouam in vrbe allectionẽ. Cum enim *Sacrum Diui Georgij Ptochium*, trans Oltum, transque Pontem veterem Cadurcenſem, ad ipſam fluminis ripam ſitum, alendis fouendiſque mendicis, alijſque peregrè commeantibus inſtitutũ dudum anteà floruiſſet, bellis vaſtitateque publicâ pene deletum extinctũque, diſtractis abalienatiſque vectigalibus omnibus, vix vni aut alteri alendo par, Prædonum domicilium, prædatorumque aſylum in illa temporum licentiâ, ſcelerumque impunitate effectum erat. Triginta ipſos totos annos ſolitudine miſerandâ, pietatis illic munera omnia intermiſſa, aut reſtitui, aut commutari etiam in meliora poſſe, Xenodochij tandem Patroni, Mœcenateſque animaduertunt. Cogitant ſacram eſſe familiam in captiuorum ſalutem ſoſpitatemque, ad corroganda redimendis ſubſidia, de Eccleſiæ totius calculo conſtitutam, cui & *à mercede* quàm commutandis captiuis largiatur, nomen ſit factum, illis ſi cedat Domus, ſi cenſus annui, ſi ſtabilia vectigalia, viris ſcilicet ex religioſorum votorum formulâ, Deo pietatiſque muneribus penitus mancipatis, nihil decedere de prima illa ſanctitate, ſed verò non parum accreſcere; præſertim cùm in re conclamata, de nouo quid inſtituendi, quàm reparandi vetera Religioſorum à mercede in vrbem allectio & in hoſpitale S. Georgij A. C. 1429.

ſpes maior affulgeret. Itaque ad Fratrem Petrum Michaëlis ad id muneris ritè delectum præficiendum primis Cœnobij illius ſacri accolis, transcribunt bona omnia quæ quondam xenedochij fuiſſent. Sed eâ lege vt iurata fidelitate, ſe Regi, ſe Epiſc. ſe Conſulibus, ſe Ciuitati, ſe Patronis adſtringerent, quotquot menſibus pro Patronorum iam vita functorum ſalute litarent; ſuperſtites alerent ipſi, ſi fata, vt eſt mortalium ſors incerta, egeſtate olim forte damnarent. Docebunt rem omnem adſcriptæ tabulæ, ex publicis armariis ritè deſumptæ, quas ipſas pretium operæ fuerit non ommittere, quo ſe maiorum ſanctitas in nepotum pectus altè inſinuet, atque, vt fit, honeſto ſtudio æmulandi, ad pietatem priſtinam aſſequendam, ad pia inſtituta, ſi quæ tota vrbe collapſa videant, reſtauranda, integrandaque, curam induſtriamque tandem exacuant.

Tabulæ publicæ allectionis Religioſorum à mercede.

IN NOMINE Domini Amen, NOVERINT vniueſi & ſinguli, quod cum nobiles viri Antonius Ioannis. Do. Bertrandus de Cazelis *Archipreſbyter*, de Corduis *Albienſis Diœceſis*, & Antonius de Cazelis *eius frater germanus Ciues, & burgenſes Cadurci, Patroni, & nomine patronatus Hoſpitalis* S. Georgij *vocati Vulgariter* de Cazelis, *in ſuburbanis Ciuitatis Cadurcenſis extra pontem veterem dicta Ciuitatis Cadurci: videlicet dictus nobilis* Antonius Ioannis *pro mediâ parte, & prænominati* de Cazelis *pro aliâ medietate eiuſdem Hoſpitalis, videntes & conſiderantes quòd dictum Hoſpitale, in quo, tempore antiquo erant plures Hoſpitalaria & Capellani, ac aliæ perſonæ dedicatæ ad ſeruitiũ & honorẽ Dei, & dicti Hoſpitalis, & pauperum in eodem Hoſpitali confluentium, quibus dicta Hoſpitalaria, & dicti preſbyteri ſeruiebant, & nunc erat penitus, & omnino quocunque gubernatore deſtitutum, & fuit per ſpatium triginta annorum & vltrà cauſante guerrâ præſenti, quæ per dictum tempus & vltra, in præſenti patria viguit, & nunc de præſenti viget, & quod etiam redditus dicti Hoſpitalis ſint in tantum diminuti, quòd vix vna perſona vitam ſupportare poſſet ex eiſdem; quin imò tempore præſenti inhabitabile exiſtebat, & erat (prout eſt notorium) quaſi omnino deſtructum, niſi de celeri remedio prouideatur, & in tantum deuenerat, quòd erat ſpelunca latronum & deprædatorum, & ex eodem multi deprædatores & raptores nocte ac die latitabant, pro capiendo & deprædando laboratores dictæ Ciuitatis, & eoſdem & quoſcunque alios quos capere poterant damnificãdo, & appriſonando, propter quod multa pericula & damna ex dicto Hoſpitali dictæ Ciuitati Cadurci de die in diem euenire contingebat. Idcirco dicti patroni volentes periculis prædictis obuiare, & commodum dicti Hoſpitalis procurare pro poſſe ſuo, & quia ſpiritualia debent præferri temporalibus & dignum ac congruum diuinum officium augmẽtari quàm diminui volentes, de dicto Hoſpitali, domum* Religionis Ordinis Beatę Mariæ de mercede, *aliàs* S. Eulaliæ, *facere ad honorem & laudem Dei & glorioſiſſimæ* Virginis Mariæ *eius matris, & contemplatione Christi pauperum captiuorum in manibus infidelium, & fidelium etiam defunctorũ affectãtes, quòd cum ſummo deſiderio participes officij nunc, & in perpetuum tam in vitâ* 335

quàm in morte miſſarum & aliarum piarum orationum quæ fiunt & celebrãtur inceſſanter in dictâ Venerabili Religione Ordinis Diuæ Mariæ de Mercede aliàs vocata de S.Eulaliâ,& redempione Chriſtianorum in manibus Sarracenorum deprehenſorum. Et eapropter prænominati patroni, & eorum quilibet vt quemlibet tangit,non vi nec dolo inducti,non ſeducti,nec machinatione aliquâ ab aliquo circumuenti ſeu decepti,ſed ex ſuis certis ſcientijs & ſpontaneis animi voluntatibus vt dixerunt, habitoque conſilio & diligenti tractatu cum quibuſdam amicis ſuis ſapientibus & diſcretis, & ſpecialiter cum honorabilibus & prouidis viris,dominis Cõſulibus Ciuitatis Cadurci prædicta,de,& ſuper omnibus & ſingulis in hoc præſenti publico inſtrumento contentis pariter ſcriptis.vt aſſeruerunt,Hoſpitale prædictum tranſtulerũt, remiſerunt, nunc & in perpetuum deſamparauerunt Religioni prædictæ S. Mariæ de Mercede,Religioſo viro Fratre Petro Michaelis,Fratre dicti ordinis & notario publico infra ſcripto autoritate ſui publici, ad requæſtã dicti fratris Petri, & quolibet ipſorum ſtipulantibus & recipientibus pro dicta Religione,& dominis ac Religioſis viris fratribus eiuſdẽ Religionis,qui nunc ſunt & pro tempore erunt. Item omnes ac ſingulos redditus, cenſus, acapita,vendas,terras cultas & incultas,borias.prata,nemora, domos & quæcunq; alia bona mobilia & immobilia ad dictũ Hoſpitale nunc & in perpetuũ pertinẽtia & pertinere debentia quocunq; titulo & quauis ratione ſiue causâ, ad habendum,tenendum,poſſidendum,venandũ,exigendum,recipiendũ & perpetuò pacificè expletãdũ per F.F.dictæ religionis S.M.de mercede,Hoſpit.prædictũ cũ omnibus & ſingulis ſuis iuribus,deueriis & pertinẽtijs ad dictũ hoſpit. nunc vel in futurũ pertinẽtibus quouis modo,in & prout in talibus eſt fieri cõſuetum, & ad finẽ,vt fratres dictæ Religionis qui nunc ſunt,& erunt pro tẽpore,debeãt & teneantur hoſtias immolare,& preces deo fundere pro animabus ipſorũ patronorum,& omnium & ſingulorum de genere ſuo nunc, & in perpetuum ac fundatorũ & benefactorũ hoſpit. prædicti.ſaluis eiſdẽ pactionibus.& retentis cõuẽtionibus,cõditionibus & retẽtionib⁹ cõtentis & declaratis,ac ſpecificatis in quadã papiri ſedula per dictos patronos,notario infra ſcripto eidẽ tradita,& & per ipſũ Notariũ ibidẽ ad plenũ de verbo ad verbũ altâ & intelligenti voce,dicto F.P.Michaelis audiẽte & intelligẽte,perlectâ quæ cõtinet hũc tenorẽ.

Aue Maria. premieramen ordonnero & volo lous dits patros, ſoes aſſaber los nobles Antoni, Ioan, M.Bernat de CaZelas, Archipetre, & oncle de Põcet de CaZelas,& Antoni de Cazelas, que loſdits fraires iuraran ſobre los S. de Dieu Euang.,qu'els ſaran bons,& loyals al Rey de Franſa, noſtre ſeignor, & Monſſeignor de Caors, & tota la Ciutat de Caors, & tout mal que los agues a venir, elſes los a faran aſſauer, ſi o ſabian a lor poder. Item que los dits Antoni,Joan.Bernat. Antoni, & Poncet de CaZelas demouraran toutionin patros,& los heritiers,comma deuant non derogan en re,ny perre de lor patronage. Item que las cauſas deudit Hoſpital gardaran & approcheran tant qu'an poiran a lor poder, ny non ho tranſportarà en autre part. Item que loſdits fraires ſian tenguZ peraras & per iamai de dire vna meſſa

*au nota, au Diague, & Subdiague, de requiem cada cap de mes, ſonnam vns
clas, & dire la vigilie des mors de ſere, e aquo far per las armas de ſes pa-
tros, & tot los lignage, & de tos aquere, qu'an aiudat a baſti, & y an fat
bes, & aiudat a fondar lodit hoſpital en totas las autras pregarias los recui-
liran. Item ſi era cas, dom a Diu no plaſſo, que los patros venian a miſe-
ria, & a tan gran paubretat, que los dits fraires los ayo a recebre & a donnar
mãgear & a beure comma als autres fraires. Item proteſto loſdict patros quelz
baillo ledict hoſpital an la ſeruitut en que es pagar les rentes, ho deimes. Item
la penſſio del Reitor de ſanc Sorciſi, ſo es aſſaber, vn marbols daur a Reitor
Noel, & 20. ſols caorcens cada an mas tot quan que ve ni vendra lhoſpital
ſio cere ve luminaria e tota cauſa que hi peruenia, tot es ledict hoſpital. Item
ſeran tẽguts per aras & per iamai que ſi on los leichaua hoſtals, terras, vignas,
prats, de pagar ces rendes, deimes an aquels de qui ſeran degudas, & ſeſcaieran
que no eſtairan per los priuilegis, an y renonciaran be quant an aquella cauſa.
Item ſi per temps auenir, ho de dits fraires cercauo neguna nouelletat per
conſequentia de los priuilegis al Seignor Eueſque, o al Capitol, o a la Cieu-
tat de Caors, ne als habitans, loſdicts patros an aquel cas reuoco tota dona-
tio, coſſentimen que los dict patros agueſſio facha, aros commas adonquas &
loſdits fraires iuro que no iran encontra el dit ſeignor Eueſque & lo Capitol.
els patros, nauran lettras ſagelladas de lors maiors. Item loſdicts fraires ni
hommes de lor Religio no gitaran homme ni fenne, per demanda ces ni ren-
das que lors ſot degut foras de la Cieutat de Caors. Itẽ quels non pouiran de-
manda nulla cauſa an aquels hommes de qualque eſtat que ſian que aie tengu-
da nulla adminiſtratio deldit hoſpital.*

*Quæ quidem pacta & conuentiones prout ſuperiùs ſunt expreſſa, dicti
contrahentes, videlicet dicti patroni pro ſe ipſis & nomine quo ſupra & præfa-* 337
tus Frater *Petrus Michaelis pro ſe & nomine dicto religionis, & eorum qui-
libet in ſolidum vt quemlibet tangit, pro ſe & nominibus quibus ſupra promi-
ſerunt, & firmiter conuenerunt vnus alteri ad inuicem mutuò & viciſſim, ſo-
lenni ſtipulatione & legitimâ hinc inde interueniente, tenere, attendere, com-
plere, & inuiolabiliter perpetuò obſeruare, & non contra facere, dicere vel ve-
nire, nec venienti in contrarium conſentire iure aliquo, ratione aliquâ, ſiue cau-
sâ; de quo quidem hoſpitali cum ſuis iam dictis Iuribus & pertinentijs vni-
uerſis, prænominati patroni nomine patronatus quo ſupra, præfatum Pe-
trum Michaelis nomine antedicti ordinis ſiue religionis inueſtiuerunt, & in
poſſeſſiones eiuſdem poſuerunt & induxerunt, ſeu quaſi, cum traditione notæ
huius præſentis publici inſtrumenti, ſaluis tamen retentionibus prædictis, &
in eodem hoſpitali fecerunt & conſtituerunt dictam religionem, ac dominos
Fratres Religioſos eiuſdem religionis veros detentores, poſſeſſores, procurato-
res & dominos, ita vt à modo de eodem hoſpitali poſſint & valeant gaudere,
vti, frui & expletare pacificè & quietè pariter. Et de ſuis emolumentis, cenſi-
bus, redditibus & alijs iuribus, deuerijs & pertinentijs eiuſdem hoſpitalis, ac*

etiam

Digitized by Google

etiam agere, petere, defendere, paciſci & experiri iuxta traditam ſibi ſuperiùs formam: & hi nomine precario eiuſdem Religionis, conſtituerunt ſe tenere, & poſſidere abſque præiudicio ſui patronatus, dictum Hoſpitale, quouſque ipſa Religio fuerit in vera, reali, corporali & actuali, per Fratres eiuſdem Religionis, poſſeſſione eiuſdem Hoſpitalis, *& dictorum ſuorum iurium, pro quibus præmiſſis omnibus & ſingulis tenendis, attendendis, complendis, & inuiolabiliter obſeruandis, & non contra faciendis, dicendis vel veniendis, dictæ partes contrahentes pro ſe, & omnibus, quibus ſupra, obligauerunt & expreſſè hypothecauerunt, vna alteri viciſſim, & ad inuicem ſolenni ſtipulatione, hinc inde interueniente; videlicet dicti Patroni dictum Hoſpitale, & omnia & ſingula bona, mobilia, & immobilia, quæcũq; ſint, & quocunque nomine nuncupentur, præſentia & futura dicti Hoſpitalis, & dictus* Frater *Petrus Michaelis pro promiſſis tenendis, faciendis, complendis & inuiolabiliter obſeruandis, prout præmiſſa per ipſum ſunt promiſſa, etiam obligauit, dictis Patronis ibidem præſentibus, & ſtipulantibus pro ſe ipſis, & pro omnibus illis, quorum intereſt, & in futurum poterit intereſſe, omnia & ſingula bona, mobilia, & immobilia dictæ ſuæ Religionis, præſentia & futura, & omnia, ac ſingula in præſenti inſtrumento ſcripta & contenta, promiſerunt, & firmiter conuenerunt dicti contrahentes, vnus alteri ad inuicem, mutuò & viciſſim, & ad hæc, ſupra quatuor Dei Euangelia, per ipſos, & eorum quemlibet, manibus ſuis dextris, gratis & corporaliter tacta, iurauerunt ſe tenere, attendere, complere & inuiolabiliter obſeruare, prout & conuenit, præfatis Patronis vt ſupra ſtipulantibus, ſe facturum: & cum effectu procuraturum, quòd* præceptor *generalis dictæ ſuæ Religionis præmiſſa omnia, & ſingula, in Præſenti publico inſtrumento contenta, & prout per dictum* Fratrem *Petrum ſuperiùs ſunt promiſſa, laudabit, ac probabit, emologans ratificabit & confirmabit, toties quoties fuerit debitè requiſitus.*

339 *ET renunciauerunt ſuper præmiſſis dicti contrahentes, prout quemlibet ipſorum tangit, concernit & pertinet, exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis in factum, actioni & exceptioni omnium, & ſingulorum præmiſſorũ non ſic factorum, promiſſorum, & conceſſorum per modum præmiſſum, & omnibus & ſingulis priuilegijs Papalibus, Imperialibus & Regalibus conceſſis vel concedendis, & priuilegijs, etiã iuratis, impetratis, vel impetrandis, & priuilegijs quarũcunq;* Baptiſtaliũ *Eccl. & pontium ac iuriſdictionũ conſtitutarum, & inſtitutarum, ferijſque meſſium & vindemiarum, & inducijs quinquẽnalibus, & ſpatio decem, viginti, triginta, quadraginta dierum, & quatuor menſium, forique, religionis, & deceptionis, & iuri per quod deceptis, ſeu læſis in facto aliquo, ſeu contractu, in iure ſuo ſubuenitur, & beneficio reſtitutionis in integrum, & omnibus illis beneficijs quæ dantur læſis, omnique iuri ſcripto, & non ſcripto, Canonico & Ciuili & omni vſui & cõſuetudini, terræ, villæ ſeu patriæ, quibus contra præmiſſa venire poſſent, aut ſe ſuper his tueri, iuuare vel defendere & iuri, dicenti generalem renunciationem non valere, niſi ſpecialis*

renuntiatio antecedat & ſit expreſſa. Pro quibus omnibus & ſingulis ſic tenendis, attēdendis, explendis & inuiolabiliter obſeruādis dicti cōtrahentes & eorū quilibet vt quemlibet ipſorum tangit, pro ſe & nominibus quibus ſupra ſuppoſuerunt & ſubmiſerunt ſeſeque & dicta bona ſuperiùs obligata fori coercitionibus, compulſionibus, meroque examini curiarum Cameræ Apoſtolicæ domini noſtri Papæ, eiuſque cameræ, auditoris Vicegerentis ac Commiſſarij & loca tenentis eorumdem, tam in curiâ Romanâ, quàm in Auenione reſidentium, & domini Officialis Cadurcenſis, & domini Seneſcalli Cadurcenſis, per quasquidem curias voluerunt & conceſſerunt ſe, & ſuos ſucceſſores poſſe & debere cogi, compelli, & coërceri ad præmiſſa tenenda, attendenda, complenda, & inuiolabiliter obſeruanda, prout ſtylus, conſuetudines ac mandata dictarum Curiarum poſtulant & requirunt, tāquam pro re iudicatâ in iudicio conf ſ.â & in rem iudicatam tranſactâ: de quibus præmiſſis omnibus, & ſingulis prænominati cōtrahētes, videlicet dicti Patroni, pro ſe & nomine quo ſuprâ, & prænominatus Frater Petrus Michaelis pro ſe & etiam vice nominis dictæ Religionis requiſiuerunt, fierique ac confici voluerunt duo publica inſtrumenta, vnius & eiuſdem ſubſtantiæ & tenoris, cuilibet parti vnum, per Notarium publicum infra ſcriptum dictata, correcta, & emendata, ſi fuerit neceſſe, cum conſilio peritorum: ſubſtantiâ facti in aliquo non mutatâ, poſito quod in iudicio extitiſſent, producta & oſtenſa. Acta fuerunt hæc apud Cadurcum in Eccleſiâ prædicti Hoſpitalis, die octauâ menſis Octobris, anno incarnationis Domini 1429. regnante illuſtriſſimo Principe Domino Carolo Dei gratiâ Frācorum Rege Dom. noſtro, præſentibus ibidem, Bernardo Ricaldi burgenſi, Adhemario Lacoſta mercatore, Guillelmo de Guaſc aſtanatore, Adhemario Mayme fuſterio, & pluribus alijs Ciuibus Cadurci teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis, & Magiſtro Iacobo Simonis quondam Notario autoritate Regiâ publico, Ciue & habitatore Cadur. qui dum viuebat de præmiſſis, vt præmittitur requiſitus notam ſumpſit, & in ſuis originalibus repoſuit protocollis, ſed morte præuentus prædicta inſtrumenta groſſare nequiuit; idcirco ego Ioannes de Lalo Notarius eadem autoritate Regiâ publicus, Ciuis & habitator Cadurci, cuius quidem Notarij vitâ functi libri, papiri, protocolli & notæ per Dominū Seneſcallum Cadurcenſem, de conſenſu eiuſdem quondam Notarij tempore vitæ ſuæ fuerunt mihi collati, & commiſſione mihi attributâ, hoc præſens publicum inſtrumētum pro parte ante dictæ Religionis ac Fratrum & Religioſorū prædicti Hoſpitalis, ex libris dicti quondam Notarij extraxi, & manu meâ propriâ ſcripſi, & groſſam in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito ſequenti, quo dictâ autoritate vtor in inſtrumentis publicis per me eadem autoritate receptis, ſignaui in fidem & verum teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.

IOANNES I. DE PODIO.

339 IOANNES eô nomine primus totâ hâc ſerie, ad *Guilelmi* euectus gradum in vrbem ſolenniter admittitur anno 1431. ſic enim habent Acta Ciuitatis noſtræ materno idiomate tùm, vt fit conſcripta fideliter. L'An 1431. & lou 22. de Decembrè, Mouſſen Ioan del Puech, Aueſqué & Comté de Caours, intrec. Aliâ vix occurrunt Præſulis monumēta, neque diune antea, an tùm ſolùm creatus Præſul fuerit, nec quando deceſſerit ſatis conſtat. Obſcurarunt hominis acta, bellorum ab Anglo illatorum ſtrages, id temporis grauiſſimæ; ferunt quippe Epiſcoporum noſtrorum tabulæ, caſtra, oppidaque omnia noſtris Antiſtitibus contributa, ab Anglo occupata id temporis, inque mœrore maximo, quem & propria damna, & publicæ calamitates acuerent, breui defunctum Ioannem noſtrum. Certe Anno 1438. iam obijſſe conſtat ex Baſileenſis ſynodi literis, quas coacto tùm frequentiore Comitio, contra Antiſtitum, ipſiuſque Ioãnis exactiones duriores, Capitulum Cadurcenſe expreſſit An. 1438. 18. Kal. Sept. ſubſcriptas, in hæc verba. QVIA *bonæ memoriæ* Ioannes Epiſcopus Cadurc, *prætextu cuiuſdam facultatis ſibi ſuper viſitatione Cleri ſuarum Ciuitatis & Diœceſis, per ſe vel alium faciendâ, a ſede Apoſt. vt dicebat, conceſſæ, Capitulum & Clerum prædictos, nonnunquam per indebitas exactiones & extortiones pecuniarum, ſumptâ occaſione viſitationis huiuſmodi plurimùm prægrauare, & ab eis procurationes immoderatas exigere, leuare, etiam cõtra formam facultatis huiuſmodi conſueuerat; Et propterea ipſi Capitulum & Clerus, timentes, ſe per ſucceſſores dicti Ioannis, Epiſcopos Cadur. pro tempore, eiuſdem facultatis prætextu peramplius prægrauari, pro defenſione Eccleſiaſticæ libertatis, & ſtatus eorum, ſi forte ipſos contra Epiſcopum Cadurc. pro expenſis ac oneribus his, diſſidere contigerit, ſe inſimul congregare, & ſuper ijs communicare, necnon inter eos & eorum ſucceſſores Collectas imponere, Syndicos tàm coniunctim quàm diuiſim creare permittimus &c.* Hæc Concilium; cuius Acta ad hiſtoriam noſtram faciunt: quamquàm nulla tum foret id autoritate, Eugenij quippe ſummi Pontificis obnitens ſanctionibus, nullius *Legati* Pontificij autoritate ſe fulciens, & ſolenni Lateranenſis Concilij Occumenici

Ioannes I. de Podio ab A.C. 1431. ad 1436.

Anglorum ſtrages in Diœceſi Cadurcenſi.

Ioãnis 1. mors.

Antiſtitum exactiones pro viſitationibus ſuarum Diœceſeon.

Baſileenſis ſynodus damnat.

ſub Leone X. feliciter coacti ſuffragio, ceu Conuenticulum, Conciliabulumque damnatum, vnà cum Bituricenſi conuentu eâdem cauſa tum reprobato. Ita ſiquidem cauet Leonis X. Diploma A.C.1516. 14. Kal. Ian. datum, vniuerſæ ſynodi frequentiſſimæ calculo comprobatum, ſeſſione vndecimâ, vno Terdonenſi Epiſcopo reclamante. Sederit itaque Ioannes hic noſter ab A. C.1430. ad 1437. circiter.

Tom.5. Concil. Temporis ratio.

IOANNES II. DE CASTRONOVO.

Ioannes II. ab A.C. 1438. ad 1460.

IOANNES alter, Begonem cognatione, gentilitiaque nobilitate attingens, ex illa celebri Caſtronouorum familia, ſuffragijs ipſius Cadurcenſis Capituli, eligitur Antiſtes, illo ipſo 1438. anno, quo Ioannis deceſſoris extincti, paulò antea exactionibus concitatam Baſileenſem ſynodum inclamarat. Equidem vetuerat antè *Eugenius, Joanne I* ſuperſtite, ne quem eligerent, ſed verò rem omnem ſibi integram, curamque reſeruaret ſubſtituendi alterum: Tamen *Joannis II.* nomen, merita, gentiliti[illegible]cus, vim depellendo Anglo, ſi ſe nobilitati reliquæ iungeret, periti[illegible]oteſque animi longè clariſſimas, ſemel intuiti audendum rati, coacto pro more Comitio, vno conſenſu deligunt; quò ſe delectus ipſe ab ſede Apoſtolica, in gradu delato retinendum, confirmandumque curaret, qua erat apud ſupremam ſedem etiam autoritate. Nec fefellere vota. Hoc ipſo anno approbat actum Pontifex, totamque rei geſtæ ſeriem, deceſſoris etiam *Joannis* nomen inſerit; inſuperque Ruthenenſi Eccleſia Archidiaconum tùm fuiſſe, hypodiaconis tantùm adſcripum docet. Perlegere Reſcriptum ipſum pergratum fuerit, ex quo, & moris etiã tum noſtros inter retenti, eligeretur vt à clero Antiſtes, qui pluribus calculis probaretur, eruere erit monumentum clariſſimum. 340

Summi Pontificis cura in delectu Epiſcoporum.

EVGENIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,* DILECTIS *filijs, Populo Ciuitatis, & Diœc. Cadurc. ſal. & Apoſtol. Bened. ECCLESIARUM vtilitati tunc rectè conſulitur, & indemnitati ſalubriter prouidetur, cum prouidis & diſcretis earum cura committitur, illarumque vacantium regimini Paſtores idonei præponuntur. Hinc eſt, quòd Rom. Pontifex,* Cui ex Apoſtolatus officio incumbit, de vniuerſis orbis Eccleſijs ſollicitè cogitare, *ad id propenſius vigilat & intendit, vt Eccleſiæ ipſæ perſonis talibus committantur, per quarum induſtriam præſeruentur à noxijs, ac felicibus in ſpiritualibus & temporalibus dante Domino, proficiant incrementis: Dudũ ſiquidem bona memoriæ* Ioanne Epiſcopo Caturcenſi *regimini Caturcenſis* 341

Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cùm vacaret, per Apoſtolicæ ſedis prouidentiam vtilem & idoneam præſidere perſonam, prouiſionem eiuſdem Eccleſiæ, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus eâ vice, ſpecialiter reſeruandam, decernentes extunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari; Poſtmodum verò præfata Eccleſia, per obitum ipſius Ioannis Epiſcopi, qui extra Romanam curiam diem clauſit, extremùm vacante, Dilecti filij, illius Capitulum, vocatis omnibus qui potuerunt, voluerunt & debuerunt electioni huiuſmodi commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, vt moris eſt, conuenientes in vnum dilectum filium Ioannem electum Caturcenſem, tunc Archidiaconum Amiliani, in Eccleſiâ Ruthenenſi Notarium noſtrum, in Caturcenſem Epiſcopum elegerunt: ipſeque electus, electionis illius ſibi præſentato decreto conſenſit, & deinde rcſeruatione & decreto prædictis, ad ipſius electi deductis notitiam, huiuſmodi electionis negotium proponi fecit in Conſiſtorio coram nobis.

Electio Epiſcoporum facta à Clero.

342 *Nos igitur, ad prouiſionem ipſius Eccleſiæ Caturcenſis celerem, & felicem, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudijs intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ Caturcenſi perſonam vtilem, & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad eundem electum in ſubdiaconatus Ordine conſtitutum, cui de* literarum ſcientiâ, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium prouidẽtia, temporalium circunſpectione, alijs multiplicium virtutum donis *apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, conuertimus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus, nec non dictorum Capituli ipſorum eligentium voluntate, attentâ meditatione penſatis, de perſona eiuſdem electi, nobis & eiſdem Fratribus, ob ſuorum exigentiam meritorum, acceptâ, eidem Caturcenſi Eccleſiæ de perſonâ ſuâ, de dictorum Fratrum conſilio, authoritate Apoſtolica prouidimus, ipſumque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam, requiem, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Caturcenſis, eidem electo in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo, in illo qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd dirigente Domino actus ſuos, præd. Eccl. Caturcenſis per eiuſdem electi circunſpetionis induſtriam, & fructuoſum ſtudium regetur vtiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca vniuerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem electum, tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum, deuotè ſuſcipientes, ac debitâ honorificentiâ proſequentes eius ſalubribus monitis & mandatis humiliter intendatis: ita quòd ipſe in vobis deuotionis filios, & vos in eo Patrem inueniſſe beneuolum gaudeatis. Datum Ferrariæ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo, nono Kalendas Nouembres. Pontificatus noſtri anno octauo.*

Encomia Ioannis de Caſtronouo.

343 Subijſſe vrbem, nõ ſine pompa feſtiuiſque acclamationibus Ordinum

Seminarium & Collegiu n Rutheneuſe.

omnium, virum ad omnium ſtomachum, ac vota factum, electumque 16. Maii anno 1443. docet Calendarium Ciuitatis, deque nobili illa ſtirpe oriundum deprædicat. Toto ſedis tempore nobilem, illuſtremque fuiſſe Clientum aduolantium frequentiâ, docent me Tabularia noſtrorum Præſulum: quibus & id paſſim notaui, ad celebriores quoſque genere ac ſtirpe Antiſtites, frequentius libentiuſque à magnatibus etiam, id genus honores delatos, ſeminarii Collegiiue Ruthenenſis *in tenuioris fortunæ, viliorisque ſortis adoleſcentum ſubſidium* inſtituti, prouentus auxit

BullaPij II. pro illo Collegio.

Eccleſiaſticis cenſibus ſtabilibus illis adiunctis, quamquam quo nominatim anno, mihi hactenus lateat. *D*ocebit Pij II. Bullata charta, & Ioãnis liberalitatem, & alia non pauca ad id Collegium facientia, data illa A.C.1460. Pontificatus Pij tertio anno.

PIVS Epiſcopus ſer. ſer. Dei, Dilecto fillio Archidiacono Eccleſiæ Ca- 343
turcenſis, ſalutem & Apoſt. Benedict. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem

Commendatio literarum.

ſupernâ licet immeriti diſpoſitione vocati, ſingulis qui ad apprehendendam meliorẽ cunctis opibus diſciplinę ſcientiam, & cui omne deſiderabile nequit meritò comparari, aſpirant; vt tam commendabile & vtile exercitium continuare, & in illo proficere valeant, *quantùm nobis ex alto permittitur, fauoribus opportunis adſiſtimus; & ne rerum temporalium carentia eos à ſtudio retrahat, ſed ipſis impendiorum cedant accõmodè facultates, libenter Apoſtol. diffundimus iugiter cogitatus, atque iis: quæ propterea proceſſiſſe comperimus, vt perpetuò illibatè perſiſtant, Apoſtolici muniminis adiicimus firmitatem.*

Bernard. de Ruthena fundator Collegij.

Sanè pro parte dilectorum filiorum Conſulum Ciuitatis Caturcenſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Bernardus de Ruthena *Archiepiſcopus Neapolitanus, de propriâ ſalute recogitans, ac terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna commutare deſiderans, de bonis ad eum ratione perſonæ ſuæ ſpectantibus, quoddam Collegiũ Scholarium ad addiſcendum Grammaticam & Logicam habilium, in certâ domo, ad hoc per eum in eadem Ciuitate deputatâ, & pro vno Presbytero, qui curam dictæ domus, atque Scholarium eorundem gereret, nec non adminiſtrationem bonorum ipſius domus haberet, fundauit, ac decem libras monetæ Cat. annui redditus eidem Presbytero adſignauit, nec non voluit & ordinauit, quòd ſi aliqui dociles & habiles Scholares de ſuo genere eſſent, ii aliis præferrentur, & in aſſecutione locorum in eodem Collegio inſtitui deberent, nulluſque ad ipſum Collegium niſi nonum ſuæ ætatis annum excederet, ac pſalterium legere ſciret, pariter & Donatum recipi & admitti, nulluſque in eo vltra quinquennium moram facere poſſet, ac eodem lapſo quinquennio, eius loco alius ſubrogari deberet, nec non omnes, & ſinguli ipſius Collegii Scholares ſingulis diebus dominicis miſſam ab eodem Presbytero vel alio, in certâ tũc deſignatâ Eccleſiâ audire, & pro ipſius Fũdatoris, eiuſque parentum animarum ſalute orare tenerentur. Præterea voluit, quòd ad ipſius Ciuitatis Conſules, qui eſſent pro tempore, procuratio &*

Quales Scholares admittendi.

Presbyter.

Procuratio penes Conſules.

adminiſtratio, necnon executio omnium præmiſſorum pertineret, quibus ſuper iis ſpecialem tribuit poteſtatem, prout in quodam publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri.quodque poſtmodum,cùm propter guerrarum turbines, peſtilentias, calamitates, ac alios ſiniſtros euentus, qui illas partes hactenus afflixerant, fructus, redditus, & prouentus eiuſdem Collegij ſiue domus, adeò attenuati eſſent, quòd ex illis presbyter, & Scholares in eo degentes, ſuſtentari non poſſent, ac pauci in eo remanſiſſent, venerabilis Frater noſter Ioannes Epiſcopus Caturcenſis *charitate, & ipſorum Conſulum precibus inclinatus, Eccleſiam* ſancti Petri de Dalmairaco *Caturcenſis Diœceſis, cum illi annexis, eiſdem Collegio, ſiue domui autoritate ordinariâ perpetuò incorporauit, annexuit, vniuit, ac poſtquam vnio, incorporatio, & annexio præd. ſuum plenarium fuerant ſortita effectum* Pontius de Gauleiaco *Archidiaconus*, Ioannes de Boſco *Cantor*, & Petrus Cambery *Canonicus Eccleſiæ Caturcen. tunc Vicarij generales in ſpiritualibus, & temporalibus Capituli Caturcenſis, ſede vacante eiſdem presbytero, & Scholaribus vnam Capellam in dicta domo de Rectore Parochialis Eccleſiæ, infrà cuius Parochiæ limites domus ipſa conſiſtit, expreſſo conſenſu, fundandi licentiam & facultatem conceſſerunt.*

Ioannes Episc. Cadurcen. amplificauit.

Capellę erectio permittitur.

345 *Quare pro parte Conſulum prædictorum, aſſerentium Eccleſiæ vnitæ, & annexarum triginta; Collegij verò prædictarum viginti quinque librarum Turonenſium paruorum, fructus, redditus & prouentus, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tam erectioni, fundationi, ſtatutis, & ordinationibus Archiepiſ. præfati, tam prouide & ſalubriter per ipſum factis, & editis, in eodem inſtrumento contentis, quàm incorporationi, annexioni, vnioni prædictis, pro eorum ſubſiſtentiâ firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac aliàs ſuper iis, ſtatui, directioni, & reformationi Collegij & Scholarium prædictorum, opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.*

Superiorum cõfirmatio petitur à Papâ.

Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi, & poſtquam tibi de eiſdem legitimè conſtiterit, fundationem, erectionem, ſtatuta, ordinationes, & pro vt illa contingunt, quæcunque in dicto inſtrumento contenta, necnon incorporationem, annexionem, & vnionem prædictas, approbare & confirmare, omneſque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplere ac eis, quòd dictæ Eccleſiæ vnitæ per idoneum Sacerdotem, ad vitam amobilem, loci tamen Ordinario præſentandum deſeruire valeant, concedere autoritate noſtra procures. Et nihilominus ad abundantem cautelam, eandem domum in Collegium eiuſmodi, vna cum, eadem Capellâ de nouo erigere, ac iuxta ipſius facultates certum numerum Scholarium ſiue Collegiatorum, qui pauperes, aliàs tamen idonei & habiles ſint, & tam in iure Canonico quàm

Papa cõfert poteſtatẽ eorũ cõfirmandorum, Archidiacono Cadurc.

Quales admitti Scholares velit Papa,

ciuili, ſeu ipſorum altero ſtudere valeant, *ipſius teſtatoris voluntate nonobſtante, vnà cum Capellà, pro Miſſis celebrandis huiuſmodi instituere: Necnon quæcunq; alia ſtatuta & ordinationes vtilia, & rationabilia, & inter cætera, quòd ſcholares, ſeu Collegiati, per Conſules prædictos, Cancellario ſtudij Caturcenſis, infra quadrimeſtre a die vacationis cuiuſlibet loci, præſentari,*

Præſentatio cuius ſit & cuius inſtitutio.

& per ipſum Cancellarium inſtitui, & ſi mala vita aut conuerſationis fuerint amoueri debeãt, ipſique præſentandi, in grammaticalibus ſufficienter inſtructi exiſtant, & per eundem Cãcellarium, vel eius locum tenentem, examinentur antea, ad effectum admittendi, eos vel repellendi; ità tamen quòd ſi aliquem repelli contigerit, alius idoneus per ipſos Conſules infra menſem præſentari, & ſi Conſules concordes non fuerint, à maiori parte ipſorum præſentatus admitti debeat. Si vero dicti Conſules impediti forent, ità quod infra dictum tempus præſentare non poſſent, idem Cancellarius ea vicè idoneum valeat inſtituere, nullusque Religioſus, aut coniugatus ad dictum locum reputetur idoneus.

Et ſi quis Scholarium, ſiue Collegiatorum eorumdem, interim Religionem intrauerit, aut matrimonium cõtraxerit per verba legitimè, de præſenti illius locus eo ipſo vacare cenſeatur, & alius loco ſuccedat, ſimiliter quoque ſi quiſquam ex ipſis Scholaribus Eccleſiaſticum beneficium, cuius fructus, redditus,

Prioris electio.

& prouentus, ad ſummam triginta vel quadraginta librarum Turonenſium ſimilium aſcendat, pacificè aſſequutus fuerit, etiam à dicto Collegio ſit eo ipſo excluſus, quodque Scholares, ſiue Collegiati prædicti, ſingulis annis in feſto ſancti Stephani, Priorem dicti Collegij eligere, & vnà cum eiſdem Conſulibus computa, & rationes antiqui Prioris audire teneantur, & debeant, edere ſtatuere, *ordinare pariter, & decernere eadem autoritate procurent, nonobſtante voluntate, & ordinatione dicti teſtatoris, nec non conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1466. 6. Idus Nouembris, Pontificatus noſtri, anno 3.*

Inſtitutio Canonicorum à Ioanne de Caſtronouo.

Sacrum Canonicorum Collegium gemino Diœceſeos ſuæ Caſtro, à 346
Ioanne inſtitutum gentilitio vno de Caſtronouo. Bretenoſio altero: Comitia Ordinum Cadurcorum, bis ſæpiuſque quotquot annis, ſuis etiam ſumptibus coëgiſſe, aluiſſeque, ineundis de Anglo fugando pellendoque conſilijs; ac de fugato tandem hoſte ex Comitatus omnis finibus, victoriæ

Anglorum exterminatio.

immenſum quantum decus reportaſſe docent noſtratũ tabulæ aliquot. A. C. 1459 auri non modicam ab illo vim Eccleſ. Cadurc. donatam, ad duo etiam ſcutatorum aureorum millia docet necrologicus liber Capituli:

Libertas in Eccleſia.

quamquam admonetur ibidem ex morbo, quem fatalem decretoriumque cenſuerat, releuatum Antiſtitem teſtamentarios interim recidiſſe codicillos. Anno. 1460. defunctum tamen oportuit, aut ipſis proximè ſequentis auſpicijs, delatis ſcilicet ad Ludouicum infulis, vt iam conſtabit.

Ioannis obitus

Certè ipſo anno ſeculi huius 60. ipſis Nouembris menſis Idibus, Ioannem ſuperſtitem credebat Pontifex, quando Diplomate exſcripto, nullam

demor-

Digitized by Google

demortuo deſignando Præſuli, notam conſtat adhibitam, quæ tamen omitti non ſolet in demortuorum bona memoria, feliciqüe recordatione refricanda, ingerendaque. Omnino ab A. C. 1438. quo creatum Eugenij diplomate Præſulem conſtat, ad annum 1460. noſtris præfuit.

LVDOVICVS
D' ALBRET.

347 LVDOVICVS nobiliſſimâ ſtirpe, ſi quæ vlla in Galliâ, quæ ſe etiam Regibus iunxerit Hërico noſtro, poſteriſque feliciter gignendis, vir tanto ſatu digniſſimus, ad ſupremi Eccleſiæ Senatus euectus purpuram, Cadurcenſi etiam ſede, poſt Ioannem II. ius noſtris dixit. Docent ſiquidem Ciuitatis monimenta certiſſima, M.S. Kalendario aſſeruata maximâ fide, vltimâ Februarij menſis die, an. 1461. omnium Ordinum gratulatione admiſſum, hoc ipſo anno ſacrâ donatum purpurâ. Imò libellum vetuſtô illô, ſed fœdiori inquinatiorique charactere conſcriptum, ex Epiſc. Armario extraxi ipſe, quo infinitæ Clientelarij officij ſignificationes, ab Optimatibus quàm nobiliſſimis, delatæ Ludouico d'Albret Cardinali, lõga omninò ſerie inſeruntur. Extat & Bullato Diplomate Sixti IV. quo leges *Eccl. Figiacenſi B. MARIÆ de Podio* ſanciuntur, inſerta Ludouici noſtri comprobatio, qua ſe *Ludouicus d'Albret* S.S. Apoſtol. Proton. adminiſtratorem Cadurcenſis Eccleſiæ nominat Romæ 26. Martij 1461. ſic certè de illo Ciaconius in Pij II. geſtis rebus *A. D.* 1461. *Pontificatus ſanctiſſ Dom. noſtri* Pij II. *Papæ anno* 3. *die* 15. *Kal. Ianuar. factus eſt Cardinalis*, Ludouicus de Albreto Gallus, *Regio ſanguine oriundus*, *Epiſcop.* (omiſit Ciuitatis noſtræ nomen, atque aſteriſco notauit, quia ex actis vllis certis, qualibus iam noſtra probauimus, deſignare non poterat) *Præsbyter Cardinalis titulo SS. Marcellini & Petri, inſignes literas ſortitus, verùm dotatus animo nobili, & ſyncero, moribus erat honeſtiſſimis, & grauibus, quæ illum reddebant vnicuiq; gratiſſimum. A Collegio Cardinalium, & à tota Curiâ vnicè diligebatur, vt amor, & deliciæ vrbis vocaretur: Nobilitas namque ſanguinis certabat cum candore animi; plenus religione, & modeſtia; non prodyt verbum ab ore ſuo arrogans, vel inhoneſtum; conuerſatione ſe oſtendit vrbanum, & ciuilem, & moriens reliquit deſiderium vniuerſale cunctis, & mœſtitiam ſua mortis.* Quibus pauculis verbis infinita complexus auctor, quàm dignum noſtrâ ſede Antiſtitem, quàm ſedi noſtræ illuſtrandæ eductum, atque factum repræſentarit, nemo certè nõ videat. Obitum ſic perſtringit, Pauli II. narrandis actis, eo quippe ſedente obiit. Ludouicus de

Ludouicus ab A. C. 1461. ad 1465. eius nobilitas. Cardinalatus.

Protonotarius romæ degit

Titulus Cardinalatus.

Ludouici de Albreto integritas morum, & comitas

Digitized by Google

Ludouici Car. mors.

Alþreto Gallus, Præsb. Cardin. tit. SS. Marcellini & Petri, Romæ mortuus eſt 14. Kal. Oct. an. 1465. Pontificatus Pauli 2. ſepultus ad S. Mariani de Capitolio, aliàs de Ara Cœli, ad Fratres Minores marmoreo, quòd adhuc extat, ſepulchro, corpus eius conditum eſt. Inuidit nimirum ipſos etiam cineres viri tanti, Cadurco noſtro Romana vrbs: cui vt ſatisfaceret abeſſe ab Diœceſi etiam, ſuamque in Romanâ Curiâ explicare induſtriam, deſertis nobis, eſt coactus. Sediſſe interim habeto, ab extremis Ioannis temporibus, ad Antonij mox ſufficiendi auſpicia, hoc eſt ab ann. C. 1461. ad 1465.

Sedit annos quatuor.

ANTONIVS I.

ALAMANDI.

Antonij I. proſapia, & mors. Sedet ab A.C. 1466. ad 1475.

ANTONIVS Alamandiorum ſtirpe, Delphinates inter clariſſima, 348
Ludouici Alamandi Cardinalis, Arelatenſis Archiepiſcopi ſanctitate etiam commendabilis, vti nobile ſtemma nactus, ita æmulatus animi vim, anno quartidecimi ſeculi, ſupra ſexageſimum, ſexto, Epiſcopali dignitate iuréque, à noſtris, pro more, ritè admittitur. Extant in Capituli Archiuo tabulæ teſtes tum concepti iuriſiurandi: *Anno Dom. 1466. & die 8. Februarij apud Cadurcum, cùm Reuerendiſſimus in Christo Pater, & Dominus, Dom.* Antonius Alamãdi *Epiſcopus, & Comes Cadur. aſſociatus pluribus Abbatibus, ac quamplurimis nobilibus, vel notabilibus viris, & alijs gentibus vniuerſis, in Ciuitate Cadurci, pro adipiſcendo poſſeſſionem dicti Epiſcopatûs, vt moris eſt; & cùm dictus Dominus aſſociatus eſſet in introitu Eccleſia Cathedrâlis Cadurcen. pro intrando in dictâ Eccleſiâ, Venerabiles viri Domini* Pontius de Gauleiaco *Archidiaconus maior.*, Ioannes Rubei, *Archid. de Torneſio. Canonici dictæ Eccleſia, Syndici dicti Capituli, ad hoc expreſsè cõſtituti, prout de dicto Syndicatu conſtat, mediãte inſtrumento, per me Notarium infrà ſcriptum, anno & die prædictis ſumpto, & recepto, requiſiuerũt Reuerendiſſ. P. Dom. Epiſcopum & Comitem præd. quatenus iuramentum, per prædeceſſores ſuos præſtari ſolitum, dictis Dominis Canonicis præſtaret: qui quidem Dom. Cadurcenſis Epiſcopus, auditâ huiuſmodi requeſtâ, iurauit ad & ſuper ſancta Dei Euang. iura, libertates, dicta Eccleſ. tenere, & obſeruare prout prædeceſſores ſui obſeruauerunt, & non contrauenire contra ſtatuta, & libertates dicta Eccleſiæ, & aliàs iurauit, & iuramentum prædictum præſtitit, prout per eius prædeceſſores dictum iuramentum eſt præſtari conſuetum. De quibus dicti Domini Syndici petierunt ſibi retineri in-*

Aditus ad Epiſcopatum, & in vrbem ingreſſus ſolennis.

Deputatiã Clero ſuſcipiendo ſacramento.

Ritus iuriſiurandi ab Epiſcopo vſurpati.

Digitized by Google

ſtrumentum &c. teſtibus præſentibus diſcretis viris Mag. Petro Grauelli *&c.*

391 A.C. 1470. quarto poſt ſolennem initiationem anno Carolus, Ludouici Regis germanus, Aquitaniæ Dux, ius omne, actionémque in Ecclesiaſticas perſonas Antonio reſtituit, vetito diſertiſſimè, ne Seneſcallus, aliúſue id iuris occuparet; Néue cauſas Ecclesiaſticas, etiam quæ perſonā attingunt, ad profanum forum traheret vllatenus; id teſtantur codicilli hoc ipſo anno, 4. Iunij ſcripti. Inſecuto proximè anno, ad omnium Aquitaniæ Ordinum celebria illa comitia euocatum, ſuffragij ius inter proceres, quibuſcum conſideret, Sanctonas inter habuiſſe, conuentus illius Acta abundè docent. Septuageſimo ſecundo ſeculi iſtiuſmet anno, per Antonium Alamandum cognominem, ac Proëpiſcopum, olim in ſede ipſa ſufficiendum, fundos oppidi de Pradinis Ciuitati confinis, emphyteuſeos perpetuæ nomine cedit, ſi Antiſtitum Tabulario à me perlecto fides. Quo ipſo anno, clientum etiam nobilium aliquot, ſponſam delatamque admiſit fidem, ex eiuſdem Archiui tabulis.

Carolus Dux Aquit. reſtituit Antonio iuriſdictionem Ecclesiaſticam externi fori.

In Comitijs Aquitaniæ iure ſuffragij vtitur

350 ANNO 1473. ab Antonio noſtro, vnà cum Abbate Marciliacenſi, Academiæque Cadurc. Profeſſoribus conuentione initâ, veteribus diſſidijs aliquot, renuntiarum eſt in ſolidum, die Decembris decimâ: placuitque partibus ſingulis, ſupremi vt cōſilij, iudiciique placito, æternùm pacta confirmarentur; quibus & id muniminis ad perpetuitatem acceſſit. An. 1478. iam ſublato Antonio, tertiâ ſupra vigeſimam Quintilis menſis die. Celebris fuit idem initæ pactionis annus, nouo ſeminarij tertij Collegiiue Cadurcenſis acceſſu, ab omnibus ſtipendiis inſtructiſſimo, ad iuuentutem Chriſtianam, paupere loco natam, & præ egeſtate, literariâ alioquin excluſam laurea, pietate, moribus, literis, altius ac penitius imbuendam; Qui nouus Ciuitatis ſplendor, non ideò ſolùm hoc loci memoratur, quia Antonio iam ſedente acceſſerit, ſed verò quia bonam laudis huiuſce partem vindicat, ſuo ſibi iure Antonius, parte quippe prouentuum liberaliter contributa. Ioannes quippe Rubei Archidiaconus de Torneſio, vt ferunt fundationis tabulæ, anno 1473. ſcriptæ, octonis fouendis alumnis, alendiſque, quos inter, Sacerdotes gemini forēt, ſumptus cedit ampliſſimos, eoſque, de Eccleſiæ, deque Chriſti ærario, minùs vt hodie ſit licitum, hæc ipſa venditare, mercari, cauponari. Tranſcribit in eoſdem Antonius Eccleſias de Perno, de Gelato, earūque prouentus, Eccleſiam item vicinam, ac ſacrum Cœmeterium, in Pauperū iam tū vſus deſtinatum, vt conſtat ex Capituli Cadurc. decreto, quinto Maii, eodem ſcilicet die, annòque ſcripto. Verùm ſeminarii huiuſce, cui à Sancto Michaële de Torneſio nomen, alumni aliò commearunt non ita pridem, ſub ſeculi ſeptimidecimi auſpicia, Societatis IESV Collegio, tum in vrbe fundato, ſuo vt loco differetur, ſuum ceſſuri domicilium, ad publicæ rei emolumentū non mediocre, vicino alio cōmutatum. Anno 1474. qui de-

Veteres inimicitiæ ponuntur

Tertii ſeminarii inſtitutio.

S. Michaeli alumni aliò migrant. Patrib. Societatis Ieſu cedunt.

Antonij I. obitus.

cretorius vltimuſque noſtro fuit Antonio, clientelaris profeſſionem fidei delatam ſibi, admiſiſſe per Antonium Alamandi cognominem, Vicariumque, docent frequentes tabulæ Cadurcenſis Antiſtitis à me perlectæ, quales & in ſuperiores aliquot annos incidunt non abſimiles aliæ. Admiſſam in fidem ac patrocinium, circa hæc ipſa tempora, Academiam Cadur. tùm ab ſummo Pontifice Sixto IV. tum ab Galliæ Rege Ludouico XI. Vniuerſitatis noſtræ tabularium monet: *Anno* quippe 1472. *accipit in protectionem dilectam filiam Vniuerſitatem Cadurc. eiuſque conſeruatores Seneſcallum Cad. & Iudicem maiorem conſtituit* Ludouicus, *Datis Guierchiæ in Britannia, Auguſto menſe.* Tum Sixtus IV. inſequenti proximè anno Kal. Maii, tuendi, propugnandi, conſeruandique Vniuerſitatis eiuſdem iura, prouinciam demandat Sarlatenſi Antiſtiti, Marciliacenſi, & Moyſiacenſi Abbatibus. In ſumma ſedit Antonius ab A. C. 1466. ad 1475. nouem omnino annos.

Academiam Cadurc. S. Pontifex, & rex in ſuum patrocinium recipiũt.

Tempus Epiſcopalis ſedis Antonij. I.

GVISCARDVS.

Guiſcardus Cadurcum ingreditur

GVISCARDI inaugurationem ſolennem habent vetuſta, ſitúque ac puluere oblita Cadurcenſis Capituli M. S. ex quibus vnà cum *Domino Beluſio* Archiui illius præfecto, hoc ſolennis in vrbem, inque Aedem principem admiſſionis, monumentum exſcripſi, *Anno Dom. 1475. die 10. Octobr. apud Cadurcum, & ante fores Eccleſiæ Cathedr. Cad. Cùm R. in Chriſto P. & Dominus, Dom. Guiſcardus miſeratione diuina Epiſcopus Cadurc aſſociatus pluribus nobilibus, & notabilibus viris, & alijs gentibus diuerſis in Ciuitate Cadurci, pro adipiſcendo corporalem poſſeſſionem dicti Epiſcopatus Cadurc, vt moris eſt; Et cùm dictus D. Epiſcopus eſſet in introitu Eccleſiæ Cathedr. præd. pro ingrediendo in eamdem, Venerabiles viri, Dom.* Ioannes de Boſco Canror, *&* Ioannes de Gauleiaco *Canonicus & Syndici dictæ Eccleſiæ, nomine aliorum Concanonicorum ad hoc expreſſe deputati, requiſiuerunt præfatum R. in Chriſto P. Dom. Epiſcopum Cadur. quatenus iuramentum per prædeceſſores ſuos præſtari ſolitum dictis Dominis Canonicis præſtaret: qui quidem Dominus Cadurc. Epiſcopus auditâ requeſtâ iurauit, ad & ſuper Sancta Dei 4. Euangelia ſuis ambabus manibus corporaliter gratis tactis, iura, libertates dictæ Cathedralis Eccleſiæ tenere, & obſeruare promiſit, & contra non venire; & aliàs iurauit, & iuramentum præſtitit, prout per Prædeceſſores ſuos dictum iuramentum eſt fieri conſuetum, quibus ſic peractis, ibidem infrà dictam Eccleſiam intrauit, continuando poſſeſſionem ſuam, & ad altare S. Stephani, & ibidem exauit, & in cathedra vbi prædeceſſores ſui ſedere conſueuerunt, ſedit pacificè, & quietè: Et dicti*

151

Iuramentum Guiſcardi.

Domini Canonici,vnà cum venerabilibus viris, Dominis Ioanne Rutenæ, Pontio de Boſco , & Ioanne Rutenæ iuniore *Canonicis,iuramentum & præſtationem receperunt , & oſculum pacis præſtiterunt. De quibus dicti Dom.Syndici petierunt ſibi retineri inſtrumentum-præſentibus &c.* Alia ab Guiſcardo deinceps geſta, meas fugerunt hactenus manus: Ex Conſuranæ ſedis, Auſcitanæ Metropoli contributæ,pedo ac infulis,ad ſedem Cadurc. traſlatum, eique *de Albucouio* cognomentum fuiſſe,docent Conſuranorum tabulæ. Cadurcis duos ad ſummum annos præfuit, quando Antonij Alamandi alterius continuò ſuffecti,certa ſunt monumenta.

Reliqua Guiſcardi geſta non extant.

ANTONIVS II.

ALAMANDI.

352 ANTONIOS duos inter cognomines,*Guiſcardus* interiectus ,facit vt duos aſſeram,quos alioqui nominum ſimilitudine deluſus,in vnum facile confudiſſem, fauente præſertim,errori tàm probabili ,doctiſſimorum etiam virorum, noſtrarumque rerum minimè inſolentium calculo, qui aut ignorato Guiſcardo,aut quia Alamandi acta quem vnicum rebantur,interturbaret,ex albo noſtrorum Præſulum expuncto , vnicum hactenus Antonium Alamandum arbitrabantur. Horum errorem emendandi, auctoritatem tribuunt tria probationum capita,quorum ſingula plus multò ſufficiant.Imprimis enim Guiſcardum cùm aſſerat,vindicetque & noſtræ, & Conſuranæ ſedis Archiuum, exiſtimare neceſſum eſt,duos eſſe quorum Acta partim iam in Antonio I.adſcripſimus,partim annis Guiſcardi ſedem inſecutis occurrent , Guiſcardi interiectu diſtincta ſatis diuerſiſque adiudicata.Deinde vero M.S. tabularii Codex ille, ex quo Antonium I.admiſſum anno 1466. docuimus,ſolẽnem Antonii felicemque ingreſſum,inaugurationem, iuramentumque ſolẽne aliud commemorat, anno 1477. Cum iam extra controuerſiam ſit non niſi vnico , primoque ingreſſu ritus hos adhiberi. Denique geſta omnia Alamandi quæ Guiſcardi ſedem præcedunt,homagia , iudiciaque, paſſim geri Antonii Alamandi Epiſcopi nomine , Antonio Alamandi Proëpiſcopo , Vicarioque promouente; quæ ſubſequuntur annotatos Guiſcardi annos ,Antonium Alamandi vnicum annotant , qui non iam per Vicarium , ſed ipſe coram, clientes in fidem recipiat,iudicet ,conteſtetur : quæ varietas haud ægrè perſuaſerit , Antonium illum primum ,Antonio ſeu fratre,ſeu fratris filio, ſeu alio ſanguinis nexu iuncto , in opem adminiſtrationiſque partem vocato vſum,ſed qui ſuffectus patruo,fatriue poſtmodum fuerit,mox ſubla-

Antonij Epiſcopi Cadurcen. ambo Alamandij.ſedit hic II. ab A.C.1477. ad 1493.

Inita Epiſcopatus poſſeſſio ab Antonio II.

to Guiſcardo,ipſóque iam vſu doctus,Eccleſiaſticóque foro quàm idoneus,rem per ſeipſum adminiſtrarit, vt ideò binos Antonios Alamandi, Sedis noſtræ Acta præferant. vnum tantum deinceps. inaugurationem Antonii II.auſpicatam, & Ciuitatis,& Capituli tabulæ ad eundem diem annúmque referunt,maiorem vt conciliet hæc concordia, fidem. harun. quidem hæc verba ſunt.

Exigitur ab Antonio iuramentum.

ANNO Domini 1477. *& 18. Decemb. apud Cadurcum. Cùm R. in Chriſto Pater,& Dominus.*Dom. Antonius Alamandi *Epiſcopus, & Comes Cadurc.aſſociatus pluribus Rectoribus Eccleſiarum Parochialium Ciuitatis Caturci,& quamplurimis nobilibus,Conſulibus,ac Burgenſibus Ciuitatis Caturci,& alijs generibus vniuerſis, dicta Ciuitatis Caturci, pro adipiſcendo poſſeſſionem dicti Epiſcopatus Cadurcen. vt moris eſt,Et cùm dictus Dominus R.P. Dominus Epiſcopus,& Comes Cadurcen. aſſociatus eſſet, in introitu Eccleſiæ Cathedralis, pro intrando in dictâ Cathedrali Eccleſiâ, Venerabilis vir Dominus* Pontius de Gauleiaco, *in Theologiâ,& vtroque iure Bacallarius, Archidiaconus maior, ac Canonicus dictæ Eccl.baiuluſque,ac ſyndicus eiuſdem, requiſiuit Dominum Dom. Epiſcopum,quatenus iuramentum per prædeceſſores ſuos, & per ipſum aliàs præſtari ſolitum, Dominis Canonicis,& Eccleſiæ præd.& Capitulo eiuſdem præſtaret. qui quidem Dom. Epiſcopus Cadurc.auditâ huiuſmodi requeſtâ iurauit ad & ſuper Sancta Dei Euangelia quatuor, ambabus ſuis manibus tacta, ſtatuta iura,libertates,& priuilegia dictæ Eccleſiæ tenere,& obſeruare, prout prædeceſſores ſui obſeruauerunt,& non contrauenire,iure aliquo, ratione aliquâ: de quibus &c.* Vnum tamen eſt,quod ſcrupulum hîc non leuem injiciat, & penè ab ſententiâ iam cõſtitutâ,deque gradu deijciat. Cauetur quippe diſertè hiſce iam ſcriptis tabulis, ab ipſomet Antonio præſtitum aliàs iuramentum idipſum; quò enim referas aliò verba illæc iuramentum per prædeceſſores ſuos,& per ipſum aliàs præſtari ſolitum: Fuerit ergo antehàc Epiſcopus: quare Antonij duo, in vnum commiſcendi venient, & Guiſcardo valere iuſſo,vnus Antonius Alamandi ab A.C.1466. ad 1493. ſedem noſtrã tenuerit. Verùm neque Gordius hic eſt nodus, nec diſcindendo Alexandri gladius opus: Cùm enim Antonius hic noſter,deceſſoris alterius Vicarius fuerit, vt ex infinitis, Epiſcopalis Archiui tabulis didici, quàm pronum,ac facile fuerit, non niſi iuratum, admiſſum olim ab Capitulo,ad id muneris obeundum, priuſquam ipſe Antiſtes, cuius perſonam ſuſtinebat, coram adeſſet, iuramentóque aſſerta fide Deceſſorum Cathedrâ cõſideret; qualia iuramenta ab Proëpiſcopis, Præſulum nomine concepta, habent & Archiua noſtra nonnulla. Certè neque Guiſcardus interiectus omitti poteſt, neque vero eſt ſimile, Epiſcopatum vt ceſſerit Antonius Alamandi, poſt biennium denuo inaugurandus; maximè cùm. & duo Alamandi diſtinctiſſimi illi, Antonij I. actis legantur paſſim, & allata ſuperiùs rationum momenta, ſatis fidei, no-

353

Ratio quæ vnũ tantum Antoniũ aſſerat.

Diluitur.

Proëpiſcopi olim iurare ſoliti.

ſtræ ſententiæ conciliaſſe videantur.

354 ANNO ſeculi huius 81. 82 88. 89. 90. accurrit ad Antonium non infrequens, neque ignobilis clientum turba, fidei obligandæ ſolenniter. Quibus ex actis ſediſſe tùm, Archiuum Antiſtitum noſtrorum docet. Anno 82. nobile pulpitum, cælatura percelebre, atque hiſce oris illuſtre, Euangelij ſacri (dum inter litandum ſolenniter, maiori in ara recitatur ad populum) codice ſuſtentando, artifici, tabulis ſeruatis hactenus imperat, mercede perquàm amplâ ſponsâ: quod ipſum opus mirâ ſtructurâ diu ſtetit, donec expilauere Caluiniſtæ principem Aedem, & ſi quid aut dignitate nobile, aut religione ſanctum occurrit, flammis ac ferro vaſtauerũt. Interceſſere deinceps lites aliquot, Antiſtitem inter, atque Capitulum (quod in Eccleſiaſticâ Cadurcorum hiſtoriâ omni, perrarum, perque infrequens atque inſolens fuit) adeò vt Canonici ſe ſuáque exempta ab Antiſtiſtis iure voluerint, Sixtique Pôtificis max. calculo, immunitatem eam, priuilegiumque munitum impetrarint, anno 1483. Bullatæ quippe chartæ authenticæ, quam ex Capituli Archiuo ipſe exſcripſi, ità cauent articuli.

Antonius II. cliẽtes in fidem recipit.

Pulpitum Euangel. inſigne.

Lis orta inter Epiſcopum & Capitulum.

355 *SIXTUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. LICET omnes Eccleſiæ per vniuerſum orbem conſtitutæ, ſedi Apoſtolicæ, quæ ſuper illas obtinet, diuinâ diſpoſitione principatum ſint ſubiectæ: ipſa tamen ſedes nonnullas, ex eis præſertim inſignes, ac perſonas Eccleſiaſticas in ea altiſſimo famulantes, ſibi aliquando ſpecialiter ſubdit, ipſiſque perſonis, ne in debitis moleſtijs afficiantur, opportunè prouidet, à cuiuſlibet alterius iuriſdictione prorſus eximens, prout perſonarum, temporum, & locorum qualitate penſatâ id conſpicit in Domino ſalubriter expedire.*

ACCEPIMUS ſiquidem, quòd dilecti filij Capitulum Eccleſiæ Caturcenſis, propter lites & cõtrouerſias, quæ inter eos & venerabilem Fratrem Antonium Epiſcopum Caturcenſem, ſuper ſtatutorum, & conſuetudinum dictæ Eccleſiæ, etiam Apoſtolicâ autoritate confirmatorum, ac priuilegiorum, præeminẽtiarum, ac prærogatiuarum, ac immunitatum, Capitulo prædictis conceſſorum, vſu & obſeruatione, necnon bonorum menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ defenſione, ac alijs vigent per eundem Epiſcopum, eiuſque Vicarios & Officiales, non modicùm hactenus grauati fuerint, & in dies magis grauari formident, cùmque collatio, prouiſio, & omnimoda diſpoſitio Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarum dictæ Eccleſiæ, in illa, pro tempore vacantium, ad dictum Epiſcopum ſolum, eiuſque Vicarios, & Officiales, & in ſolidum pertineant: ipſe Epiſcopus dignitates eaſdem illarum occurrente vacatione, Nepotibus & ſibi cõiunctis, ac aliàs talibus cõfert perſonis, quæ potius ad ipſius Epiſcopi, quàm Eccl. vtilitatem intendentes, ipſius Epiſcopi ſuffulti præſidio, Capitulo prædictis, cõminationem, & iacturã inferunt, ſingulares ipſius Capit. perſonas, à diuinis officijs retrahendo. Nos igitur quieti, & trãquillitati

Sixti bulla.

Cura Pontificis in Eccleſias particulares.

Controuerſiæ inter Capitulum & Epiſcopum.

Exemptio Capituli ab exiſtē te tunc Epiſcopo.

Capituli prædictorum prouidere volentes, Motu proprio, non ad Capituli prædictorum, vel alicuius alterius, pro eis nobis ſuper hac re oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtrâ merâ liberalitate, & certâ ſcientiâ, Eccleſiam ac Capitulum prædictos, ipſiuſque Eccleſiæ Canonicos, Hebdomadarios, Vicarios, Chorarios, Rectores ſeu Vicarios perpetuos, etiam curam animarum habentes, Eccleſiarum ad præſentationem, vel quamuis aliam diſpoſitionem Capituli & Canonicorum prædictorum, coniunctim vel diuiſim pertinentium, & ſpectantium perſonas, familiares, ſeruitores, Officiarios, eorumque domos beneficia, res & bona mobilia & immobilia, paterna etiam & hæreditaria, quæcunque, ab omni iuriſdictione, viſitatione, correctione, dominio, poteſtate, & procuratione dicti, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Caturcēſis, Archiepiſcopi Bituricenſis: & Vicariorum ac Officialium ſuorum, nunc & pro tempore exiſtentium, aliorumque Iudicum ordinariorum quoruncunque, autoritate Apoſtolicâ, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, ac prædictæ ſedi immediatè ſubijcimus, ac ſub noſtra & Beati Petri protectione ſuſcipimus.

Itaque Archiepiſcopus, Epiſcopus, Officiales & iudices prædicti, in Capi- 357
tulo, Canonicis, Chorarijs, & vtriuſque Vicarijs, Rectoribus, perſonis, familiaribus, ſeruitoribus, eorumque domibus, beneficijs, rebus, & bonis mobilibus & immobilibus, quæ in Ciuitate & Diœceſi Caturcenſi obtinent, & impoſterum obtinebunt, etiam ratione cōtractus, delicti, vel res de qua agitur, vbicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam cenſuram, dominium, poteſtatem, iuriſdictionem, aut viſitationem quomodolibet exercere, ſeu procurationem, & iura teſtamentaria ab eiſdem exigere poſſint.

ET inſuper motu, ſcientiâ, & autoritate ſimilibus, volumus & ſtatuimus,
quòd cognitio, & deciſio tam Eccleſiaſticarum, & Beneficialium, quàm pro- 358
phanarum, cæterarumque cauſarum omnium, quæ pro tempore inter Capitulū, Canonicos, Rectores, vtriuſque Vicarios, Chorarios, perſonas familiares, ſeruitores prædictos oriri, aut contra eos, vel aliquem eorum moueri contigerit in futurum, necnon punitio, inquiſitio, & correctio quorumcunque errorum & exceſſuum, etiam quantumcunque enormium, quæ per ſingulares perſonas Capituli, & alios præmiſſos, pro tempore committentur, ad Capitulum huiuſmodi communiter, cum poteſtate, quoſcunque ex præmiſſis, excommunicationi, alijſque ſententijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis innodandi, & ab illis abſoluendi pertineant de iure, & illas per ſe vel alium ſeu alios libere exercere, ac Rectoribus & Vicarijs perpetuis prædictis, quoties opus fuerit, regendi & non reſidendi, Archiepiſcopi, Epiſcopi & aliorum prædictorum licentiâ ſuper hoc minime requiſitâ, licentiam & facultatē concedere poſſint, quodque in dictâ Eccleſiâ reſidendo, ratione quorumcunque Beneficiorum aliorum Eccleſiaſticorū cum curâ & ſine curâ, in quarumcunque qualitatum, quæ alibi vbicunque eos pro tempore obtinere contigerit, ad reſidendum in Eccleſiis ſiue locis, in quibus alia Beneficia huiuſmodi forſan fuerint, minimè teneantur, nec

ad

*ad id inuiti compelli,ſeu coarctari poſſint : decernentes ex nunc, omnes , & ſin-
gulos proceſſus,ſententias,cenſuras,& pœnas, quos & quas,per Archiepiſcopum,
Epiſcopum, Iudices ordinarios eiuſmodi,contra promiſſa eorum ſingula habe-
ri,vel promulgari, necnon totum id,& quidquid ſecùs ſuper his , à quoquam
quauis autoritate,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari , irrita & ina-
nia,nulliuſque roboris,vel momenti.*

*QVOCIRCA dilectis filijs, Abbati Moyſiacenſi, Cluniacenſi, &
359 Priori ſancti Antonij,per Priorem gubernari ſoliti,ſancti Auguſtini ordi-
num, Monaſteriorum dicta ,& Ruthenenſis Diœceſis , ac Officiali Toloſa-
no,motu,ſcientia , & autoritate ſimilibus,per hæc Apoſtolica ſcripta manda-
mus, quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum, per ſe , vel alium,ſeu alios,eiſdem
Capitulo,& alijs,vt præfertur exemptis perſonis, efficacis defenſionis præſidio
aſſiſtentes,non permittant eos, vel aliquem eorum,contra præſentium litera-
rum tenorem,ſuper præmiſſis,vel eorum aliquo,ab aliquibus moleſtari. Mo-
leſtatores huiuſmodi,cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,vel cõditionis exi-
ſtant, quotieſcunque expedierit,autoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſti-
cam,& alia iuris remedia , appellatione poſtpoſita,compeſcendo : inuocato ad
hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtãtibus conſtitutionibus
fœlicis recordationis Bonifacij Papæ 8. prædeceſſoris noſtri , quibus cauetur,
ne quis extra ſuam Ciuitatem,aut Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus,
& in illis,vltra vnam diætam,à fine ſuæ Diœceſis , ad iudicium euocetur , ſeu
ne iudices , & conſeruatores , à ſede deputati prædictâ, extra Ciuitatem, &
Diœceſim, in quibus deputati fuerint , contra quoſcunque procedere , ſeu alij
alijs vices ſuas committere , intromittant ac de perſonis vltra certum nume-
rum,ad iudicium non vocandis,quàm piæ memoriæ Innocentij 3. quæ,cum Ca-
pella,& Innocentij 4. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum,cir-
ca exemptos,quæ,volentes,incipiunt :ac alijs conſtitutionibus , & ordinationi-
bus Apoſtolicis , contrarijs quibuſcunque : aut ſi Archiepiſcopo , Epiſcopo,
Officialibus,& Vicarijs prædictis,vel quibuſuis alijs,coniunctim , vel diuiſim,
à dictâ ſit ſede indultum,quòd interdici,ſuſpendi ,vel excõmunicari,aut extra,
vel vltra certa loca,ad iudicium euocari non poſſint,per literas Apoſtolicas,
non facientes plenam,& expreſſam de verbo ad verbum , de indulto huiuſmo-
di,& eorum perſonis,locis, ordinibus , & nominibus proprijs mentionem , &
qualibet alia,dictæ ſedis indulgentiâ generali,vel ſpeciali , cuiuſcunque tenoris
exiſtat,per quam,præſentibus non inſertam, vel totaliter non inſertam , ipſo-
rum per nos deputatorum iudicum, iuriſdictionis explicatio , in hac parte
valeat quomodolibet impediri,& de qua,cuiuſque toto tenore,de verbo ad ver-
bum,habenda ſit in noſtris literis,mentio ſpecialis.*

*360 CÆTERVM volumus, & eadem Apoſtolicâ autoritate decerni-
mus,quòd quilibet ipſorum iudicum, proſequi valeat articulum, per alium in-
choatum,quamuis idem inchoans,nullo fuerit impedimento Canonico præpe-
ditus,quòdque à datis præſentium,ſit eis,& cuilibet eorum in præmiſſis, & eo-*

rum ſingulis,cœptis,& non cœptis, præſentibus & futuris,pepetuata poteſtas, & iuriſdictio attributa,vt eo vigore & eâ firmitate poſſit,in præmiſſis præſentib⁹ & futuris,& pro prædictis concedere,ac ſi prædicta omnia,& ſingula coram eis cœpta fuiſſent,& iuriſdictio eorũ,cuilibet ipſorũ in præmiſſis omnibus, & ſingulis,per citationẽ,vel modũ aliũ,perpetuata legitimè extitiſſet, quòdque per contrariũ vſum,aut nõ vſum, præſentibus literis, omnibusque, & ſingulis in eis contentis,in totum,vel in partem non ſit neceſſe, intelligatur renunciatũ, nec literæ ipſæ perdantur, aut pereant,imo pro locorum, temporum, aut perſonarum opportunitate, & varietate,liceat omnibus, & ſingulis, quibus literæ huiuſmodi cõceduntur,eiſdem literis vti,& non vti,prout eis placuerit.

Et quia difficile eſſet,præſentes literas ad ſingula loca deferre, volumus ac 361
etiam decernimus,quòd illarum tranſumpto, manu duorum Notariorum publicorum ſubſcripto, ac alicuius Prælati,ſeu perſonæ in Eccleſiaſticâ poteſtate conſtitutæ ſigillo,munito,in iudicio & extra, talis, & tanta fides adhibeatur, qualis,& quanta præſentibus adhiberetur,ſi originaliter præſentatæ,vel oſtenſæ forent,prædictis ſuper, conſeruatoribus,& conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominũ,liceat hanc paginam noſtræ exẽptionis, libera- 362
tionis,ſubiectionis,ſuſceptionis,ſtatuti,conſtitutionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum. Anno Incarnationis Dom.milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio. Quartodecimo menſis Octob. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Antiquatio chartæ Pontificiæ, per curiam Toloſanam.

Verùm vt Labyrinthæi anfractus,ex alijs naſcuntur paſſim alij, nullo 363
exitu,fine nullo, contendens Antiſtes violatum ius hac prouocatione, conteſtans,quia Canonici,geſtorum antea veritatem celaſſent Apoſtolicam ſedem(quo iure,quaúe iniuria iam non diſputo) Curiæ Toloſanæ placito,ſibi ius priſtinũ vindicat omne chartãq; Pontific.ceu clancularijs fraudibus impetratam irritam facit, ſic enim cauent Senatus verba, anno 1484. *Præfata noſtra Curia appellationẽ,& id à quo appellatum fuit, annullauit,& annullat,& inſuper dicta Curia, per idem Arreſtum, ſuprà dictum Conſiliarium noſtrum,Cadurcenſem Epiſcopum, in poſſeſſione & ſaiſinâ iuriſdictionis,& ſuperioritatis ordinariæ,& exercitijs eiuſdem,in,& ſuper Canonicos,& gentes alias,Eccleſiæ & Capituli Cadur. aliosque in exemptione, in contrarium per prætaxatum Syndicum prætensâ comprehenſos, manutenuit & conſeruauit, manum noſtram, & omne impedimentum in poſſeſſione huiuſmodi,& gaudentiâ dictæ iuriſdictionis propter prædictum debatum appoſitam, & apponendam ad ipſius Epiſcopi voluntatem, leuando &c.* Rex ipſe Carolus 8. damnat Canonicos hoc ipſo anno, Antoniumque Præſulem laudat,omniumque diſſidiorum fomitem,& cauſam aperit,quia videlicet liberiùs ſe Canonici,ab Præſulis Bartholomæi, ſancitis

olim legibus,ſupremique Sacerdotij calculo confirmatis eximerent ,ab Choro,nullâ etiam cauſa legitimâ ,abeſſent , vix Sacroſancto Sacrificio miſſæ diebus profeſtis,vnquam adeſſent ; ſibique propriâ autoritate,aliorum alij promoturi licentiâ,vacationem trimeſtrem à Choro ,annis ſingulis permiſiſſent,nullâ aliâ etiam cauſâ,quæ iure ab officio poſſet eximere .Nec Canonicis modo ſuperior iudicio Senatus fuit Antonius, Regiſque Caroli ſententiâ, : Sed & inſecuto proximè anno, Hebdomadarijs, Præbendarijſque,vt vocitant nonnullis ; quos ſupremi Senatus ſuffragio, coëgit ad officium,ſeceſſit tandem in oras patrias,vltimo ſedis anno, ibique animum efflaſſe,docet,Cadurcenſis vrbis M.S. Kalendarium Ciuitatis Archiuo,in hæc verba, *L'an 1493. reddet l'eſprit à Dieu, Mouſſen Antoni Alamandi, à la ville de ſant Nazari, et pais de Dauphinat : & l'ay és enſeuelit ſon corps*.Quare omnino ſedit 16. annos,ab 1477. ad 1493.

Carolus VIII. damnat Canonicos repugnantes ſuo Epiſcopo.

Obitus Alamandij.

Hæc conſignata erant,cum venit in manus noſtras liberalitatis iuxtâ,ac
364 pietatis Pontificiæ præclarum monumentum,poſterorum memoriâ & cõmendatione digniſſimum , quòd ſi demortui ſubſicimus hiſtoriæ, non tam caſu,vt res habet,factum videri poſſit, quàm approbari, quòd adhuc in omnium ore viuit Antonij ſingulare præconium. Ille ſcilicet diuini cultus ſtudioſiſſimus,& Eccleſiæ ſponſæ ſuæ amplificandæ ; *Octo ſacerdotia*(quas Capellanias dicunt)inſtituit,quibus *Clerici octo* ,honeſtate morũ,& probitate ſpectati,& artis muſicæ peritiſſimi,à ſe,& ſucceſſoribus ſuis inſtructi , diebus ſingulis trium celebrationi miſſarum, in ædiculis; Auguſtiſſimo Chriſti corpori , & Sanctiſſimæ virgini Mariæ ſacris , intereſſent , & cantu muſico piè ſplendidéque proſequerentur,Primam addixit *Deiparæ* ; proximo poſt matutinum officium tempore. *Alteram de officio Corporis Chriſti* peragi voluit, vbi in altari principe ,ſolenni ſacrificio adoranda populo hoſtia propoſita fuiſſet. Tertiam deſignauit recolẽdæ *Crucis pretij noſtri memoriæ*,ſingulas ſuis in ſacellis,à ſe magnificè conſtructis aut conſtruendis.Pleraque ſunt obſeruatione digna præfatæ inſtitutionis capita ,tùm dotatio ſingulorum beneficiorum , tùm quæ exigeret in ſuis Beneficiarijs, quàm accuratè numinis venerationem in omnibus promoueret.ſed operæ parcimus,vt plenum deſiderij dimittamus lectorẽ ad tabulas ſolidas inſtitutionis,& Papalis confirmationis.In quibus, vt ſperamus,recreabitur maximè auditâ eiuſdẽ,de omnibus optimè meriti *Antonij*,in egenos munificentiâ , quâ triginta pauperibus quotidie, panes triginta,qualibus menſa ſua onerabatur, dimidi ſtatuit per eũ ſacerdotẽ,cui Capellanos inter,per Hebdomadã,rei diuinæ moderatio incũbebat;Hæc,& alia vt faciliùs capias,obſerua *Inn.8.* literas inſertas ab Antonio II Alamandio fuiſſe propoſitas in eo conuentu, ſed quæ adiiciuntur *Alexandri VI.* non illæ ab Alamandio prolatæ,vt pote iam emortuo, ſed *ab Antonio Luzech*.vt exiſtimari par eſt firmando inſtituto ,deinceps impetratæ videntur.Hunc ergo tenorem Actorum accipe.

Inſtitutio & fundatio 8. Capellaniarum.

Munificentia in Pauperes.

Acta inſtitutionis.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, præſentis publici inſtrumenti ſeriem, & tenorem inſpecturi, lecturi, & audituri: quod anno ab incarnatione Domini, milleſimo quadringenteſimo, nonageſimo primo, & die quadam Sabbathi, vigeſimâ octauâ menſis Ianuarij intitulata, circa primam horam poſt meridiem eiuſdem diei, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Innocentij, diuinâ prouidentiâ Papæ octaui, anno octauo: illuſtriſſimoq; Principe, & Domino noſtro Carolo, Dei gratiâ Francorum Rege regnante, apud Caturci Ciuitatem, & infra Capellam ſancti Martini, eiuſdem cathedralis Eccleſiæ, in venerabilium & circumſpectorum virorum duorum Talabardi Alamandi Archidiaconi maioris, Antonij Alamandi Archidiaconi de Torneſio, Guidonis de Caſtro-nouo, Raymundi de Calciata dicti de Podrocorneto, Antonij de Luſeſio, Ludouici de Theſio Canonicorum prædictæ Cathedralis Eccleſiæ, ad ſonum campanæ dictæ Eccleſiæ, more ſolito congregâtorum, & Capitulum facientium, ad, de negotijs ipſius Eccleſiæ tractandum, in mei Notarij publici, & teſtium infra ſcriptorum, ad infrà dicta ſpecialiter vocatorum præſentia, venit, & ſe perſonaliter præſentauit, Reuerendus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Antonius Alamandi, miſeratione diuinâ, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ gratiâ, Epiſcopus, & Comes Caturcen. aſſociatus, & ipſum concomitantibus nobilibus, & potentibus viris Raymundo de Cardalhaco, Domino ſancti Sirici, & Seneſcallo Seneſcalliæ Caturcenſis, Ioanne Durefort, Domino de Boyſſieres, Domino Ioanne Rubei vtriuſque iuris Licentiato, Officiale Caducenſi, Guillelmo Benedicti vtriuſque iuris Profeſſore, Regente in Caturcenſi Vniuerſitate, Fratre Guidone de Calciatâ Ordinis Prædicatorum, ſacræ paginæ præſentato, Priore conuentus Caturc. & in dictâ Vniuerſitate, & ſacræ paginæ facultate Regente Guillelmo Caminata, Ioãne Touſeau, & Ioanne Valeta, Petro Saurasſa dictæ Ciuitatis Conſulibus, Ioanne Boudoſquier, Antonio de Orto Mercatoribus ipſius Ciuitatis, nobilibus Petro de Boſqueto, Domino de Arcambal, Ioanne de Belfort, Domino del Soulier, Domino Ioanne de Goudito Canonico, ac Rectore de Fãr. & de Piaco, Carturcenſis Diœceſis & Ioanne Cabaiac præſbyteris, & pluribus alijs notabilibus perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, dictæ Ciuitatis, ac ſeruitoribus prædicti Dom. Epiſcopi, & per ipſum, vt dixi, ad infrà ſcripta videnda fieri, conuocatis; quiquidem Dominus Epiſcopus, Dominis de Capitulo, & alijs perſonis prænominatis explicauit, & narrauit, quòd ipſe erigere, inſtituere, ac fundare, pro Diuini cultus augmento, intenderet, octo Capellanias, in Capella & altaribus quam, & quæ, in dictâ cathedrali Eccleſiâ, in honorem glorioſiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac Beatiſſimæ glorioſiſſimæq; Virginis Mariæ eius matris, & totius cœleſtis curiæ, nouiter, ſumptuoſo opere fabricari fecerat, pro octo Capellanis, per ipſum ad ibidem in diuinis deſeruiendum nominandis, & inſtituendis, autoritate Apoſtolicâ, ſibi in hac parte commiſſâ, iuxta, &

Mirare zelum Antiſtitis.

in formam, & tenorem literarum, ſiue bullarum Apoſtolicarum, per pręfatum Dominũ noſtrum Papam, ſibi conceſſarum, ac ſtatutorum articulatorum per ipſum Dominum Epiſcopum, eadem autoritate editorum: quę quidem literas ſiue bullas in pergameno ſcriptas cũ pendulis vrbis bullis plumbeis, cum cordulis ſericis, rubei croceique coloris, bullatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliquâ earũ parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione, liberas prout in iiſdẽ, primâ facie apparebat, cum dictis ſtatutis articulatis, in certis folietis papyri ſcriptis, idem Dominus Epiſcopus ſuis in manibus tenebat, & tenorem illorum ibidem, altâ & intelligibili voce, in quorum ſuprà pręſentiâ, per me notarium infrà ſcriptum legi fecit, vt de huiuſmodi Capellaniarum fundatarum creatione, nullam valerent pretendere ignorantiam in futurum, quarum quidem literarum Apoſtolicarum, & ſtatutorum prędicti tenores deſcribuntur, de verbo ad verbum, ac ſunt tales.

366 INNOCENTIVS *ſeruus ſeruorum Dei, venerabili* Fratri *Antonio Epiſcopo Caturcenſi ſalutem, & Apoſtolicam* Benedictionem. *Pręcipua deuotionis integritas, qua nos, & Romanã revereris Eccleſiam, non indignè meretur, vt votis tuis, ex quibus pręcipue in Eccleſia tua Caturcenſi, Miniſtrorum Eccleſię numerus, & diuinus ibi cultus cum populi deuotione, & animarum ſalute, incrementum ſuſcipiat, fauorem Apoſtolicum impendamus. Sanè pro parte, tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ſi ad Corporis Chriſti, & Beatę Virginis altaria, ſita in Capella, quam tu nuper in pręfata Eccl. digno ac ſumptuoſo opere inſtaurari feciſti, octo perpetuę Capellanię, pro totidem perpetuis Capellanis, qui aliquas miſſas, ad dicta altaria ſingulis diebus celebrare, ac in Choro dictę Eccl. cum illius Canonicis, & aliis perſonis, diuinorum celebrationi, horis debitis intereſſe adſtricti eſſent, erigerẽtur & inſtituerentur & hoc perfecto, in dicta Eccl. diuinus cultus, ac populi deuotio, cum animorum ſalute ſuſciperent incrementum. Quare pro parte tua, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis Cad. pro tempore exiſtentibus, octo Capellanias prędictas pro earum dote, & dictorum Capellanorum decenti ſuſtentatione, vltra quadringentas libras, monetę illarum partium, erogare intentis, ad dicta altaria erigenda & inſtituenda, necnon illis tot Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ad collationem, prouiſionem, pręſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Epiſcopi Cadurcenſis, pro tempore exiſtentis, pertinentia, quorum fructus, redditus, & prouentus ad ſexaginta libras Turonenſium paruorum, iuxta communem ęſtimationem valoris annui, aſcendentium, dummodò illum non excedant, perpetuò vniendi, annectẽdi, & incorporandi, illiſque perſonis idoneis conferendi, & de illis etiam prouidendi, necnon ad quę onera dicti Capellani, pro primâ vice, & extunc deinceps tenebuntur, inſtituendi & ordinandi facultatem concedere, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.*

Innocentij 8. bulla.

367 *NOS igitur qui in cunctis, pręſertim cathedralibus Eccleſiis, diuinum cultum, cum deuotione fidelium, & animarum ſalute, augere, intentis deſideriis*

Digitized by Google

affectamus, quique dudum inter aliâ, voluimus, quòd ſemper in vnionibus vacarent quorum intereſſet; Te a quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, & ſi quibus quomodolibet innodatus, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ ac ſucceſſoribus tuis Epiſcopis Cadurcenſibus pro tempore exiſtentibus, octo Capellanias præfatas, ad dicta altaria erigendi, & inſtituendi, illaſque ab illarũ primaria erectione vacantes, perſonis idoneis, etiam quæcũq; quodcunq; & qualiacunq; beneficia Eccleſiaſtica obtinẽtibus, & expectantibus conferendi, & de illis etiam prouidẽdi, necnon ad quæ onera dicti Capellani, tam pro prima vice quam ex tunc deinceps tenebuntur, ſtatuendi, & ordinandi, ac eiſdem Capellanijs, tot beneficia Eccleſiaſtica cum curâ, & ſine curâ, ad collationem, promotionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Epiſcopi Cadurcenſis pro tempore exiſtentis, pertinentia, quæ dicti Capellani infra vnius menſis ſpatium poſt illorum vacationem duxerint, erigendi & acceptandi, & quorum fructus redditus, & prouentus in ſimul ad ſexaginta librarum Turonenſium paruorum, iuxta æſtimationem prædictam, valorem annuum aſcendant, dummodò illum non excedant, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis perpetuò vniendi, annectẽdi, & incorporandi; ita quòd cedentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſiuè dicta vnienda beneficia obtinentibus, liceat Capellanis, vel, pro eis, Epiſcopo prædicto corporalem poſſeſſionem iurium, & pertinentiarum, per ſe vel per alium, ſeu alios, propriâ autoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque fructus, & prouentus in Capellanorum, vel Capellaniarum prædictarum vſus, & vtilitatem conuertere, alicuius licentiâ ſuper hoc, minime requiſitâ, necnon omnia & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam, autoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, concedimus facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac voluntate noſtrâ prædictâ necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ, iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quauis firmitate aliâ roboratis priuilegijs quibuſcunque: Aut ſi aliquis ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, de huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis, in illis partibus, ſpeciales, vel generales Apoſtol. ſedis, vel legatorum eius literas impetrauit; etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alia quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad dicta beneficia vnienda, volumus non extendi: ſed nullum per hoc, eis quoad perſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibus, ſicut alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, & de quibus quæcunque, totis tenoribus, de verbo ad verbum, habenda ſit in

noſtris litteris mentio ſpecialis: prouiſo quòd dicta vnienda beneficia debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis ſi qua illis immineat, nullatenus negligatur, ſed eorum congruè ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper eis, à quoquam quauis autoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dom. milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, Kalendis Martij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Tenor alterius bullæ, ab Antonio de Luezch, confeſtim Alamandio ſuffecto, impetratæ, ſic habet.

368 *ALEXANDER, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Prauiſioni noſtræ decet, prouidere ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt quòd nos, tenorem quarumcunque literarum, felicis recordationis, Innocētij Papæ octaui, prædeceſſoris noſtri, in Regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, pro eo quòd, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte, venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi Caturcēſis petitio continebat, ipſe huiuſmodi tenore excerptis, quibus noſcitur indigere, de regiſtro ipſo, de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſius moderni Epiſcopi, ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Innocentius, vt ſuprà. Cæterum vt earumdem literarum tenor prædictus his inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, autoritate Apoſtolicâ decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eumq; vigorem dictus tenor per omnia habeat, quē haberent originales literæ ſupradictæ: & eadem prorſus, eidem tenori fides adhibeatur, quandocunque, & vbicunque, ſiue in iudicio, ſiue alibi fuerit exhibitus, vel oſtenſus: & eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquirri volumus, ſed tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, pridie Nonas Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto.* Alexandri VI. Bulla.

Tenor ſtatutorum talis eſt.

AD LAVDEM, ET gloriam Dei, Omnipotentis, Singulare exēplum.
369 *Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, qui notificauit miſericordiam nobis, in Ciuitate munita. Optaremus, ne Beneficiorum diuinæ ſuæ bonitatis erga nos, & noſtros immemores eſſe videremur, ad Laudem,*

*diuinæ ſuæ bonitatis, & amplia tionem diuini cultus, & in ſalutem animæ no-
ſtræ, & animæ Domini progenitoris noſtri, & animæ progenitricis, & anima-
rum fratrum, & aliorum amicorũ, parentum noſtrorum viuorum, & defun-
ctorum, & totius gregis, & populi nobis commiſſi, cunctorumque noſtrorum
peccaminum remiſſionem, & indulgentiam conſequendam, cupientes diuinum
cultum in ipſâ Eccleſiâ ſponſâ noſtrâ Cadurcenſi ampliare, prouidè conſide-
rãtes, quòd oratio penetrat cœlos, & quòd eleemoſyna extinguit peccatũ, quæ
inquit Auguſtinus, eſt ſola comes defunctorum, inſtituimus cum Dei Bene-
dictione fundare Capellã noſtram, quam in honorẽ ipſius Dei, & glorioſiſſimæ
Mariæ matris eius ſemper virginis, erexinius & conſtruximus infra cor-
pus ipſius Eccleſiæ cathedralis, ſponſæ noſtræ Caturcenſis, ſub duobus altari-
bus: vnum ſcilicet in honorem Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & alte-
rum in honorem glorioſiſſimæ Mariæ matris eius ſemper virginis. Pro
cuius quidem Capellæ, & ipſorum altarium ſeruitio, Domino noſtro Ieſu
Chriſto adiuuante, intendimus fundare, de licentiâ, & autoritate Sanctiſſimi
Domini noſtri Papæ Innocentij octaui, octo Capellanias perpetuas, quæ de-
ſeruientur per octo Capellanos, bonæ & honeſtæ vitæ, ſufficientis literaturæ,
& in artis muſicæ ſpeciali, & expreſſè ſufficienter doctos & approbatos, ita
quòd alij non poſſint pro tempore futuro, in dictâ Capellaniâ incorporari, ni-
ſi in ipſa arte muſicæ, & cantoriâ fuerint examinati, & approbati ſufficien-
ter ſtabiles, nedum pro decore ipſius noſtræ capellæ, verum etiam pro amplia-
tione, & ſplendore diuini cultus, ipſius Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, cum ipſos octo
Capellanos, & cantores noſtros examinatos, & approbatos, vt dicetur, intelli-
gamus & cupiamus perpetuis temporibus ſeruire & deſeruire nedum Capellis
neceſſarium, verùm etiam in choro ipſius Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, certis horis,
vt inferius dicetur.*

Quales ſacerdotes exigebat.

*ITEM vt, ne dicti Capellani occaſionem habeant non deſeruiendi dictis 370
ſuis Capellanijs, ſed vt liberius eiſdem dictis Capellanijs inſeruiant, ad ſimiliter
volumus, & ordinamus quòd in futurũ vacãtibus dicti Capel. eadẽ Capellaniæ
conferri non poſſint, nec de eiſdem quoquo modo prouideri alicui, vel aliquibus,
habenti, vel habentibus aliud beneficium cuiuſcunque conditionis, qualitatis,
& valoris exiſtat, neque habenti aliam Capellaniam, neque locum in aliquo
Collegio; quinimo ſi alicui dictorum Capellanorum, Beneficium quodcunque
conferatur, hoc ipſo quòd Capellanus ipſum acceptauerit, eius Capellania va-
care cenſeatur; Ita quòd liberè poſſit, per Epiſcopum pro tempore exiſtentem,
alteri Cantori Beneficium non habenti conferri, & quòd ipſi Capellani infra
annum adeptæ poſſeſſionis pacificæ, teneantur ad ſacerdotium promoueri, ali-
ter, vt dictum eſt, dictæ Capellaniæ cenſeantur vacare.*

*ITEM & pro cuius Capellæ, & octo Capellaniarum fundatione, inſtitui- 371
mus, Domino iuuante, dare & aſſignare cuilibet ipſorum Capellanorum, an-
nuatim perpetuis temporibus, ſexaginta libras Turon. qui omnium octo Ca-
pellaniarum valor ſimul coniunctus, aſcendat ad ſummam quadringentarum*

&

& octoginta librarum Turonenſium annuatim.

372 *ITEM & quas* cccc. *lib. Turon. annuales, intendimus aſſignare dictis octo Capellanijs, tam in duobus beneficijs, ſcilicet in beneficio de Funtanis, & in beneficio de Gaudoleno noſtræ Diœceſis, reſeruata ſufficienti portione pro Vicariis perpetuis inſtituendis, in dictis beneficijs vniendis, autoritate ſedis Apoſtolicæ, nobis conceſſâ & virtute indulti Apoſtolici nobis conceſſi, per ſanctiſſimum Dominum noſtrum D.* Innocent. Pap. 8. *quàm in certis annuis, & perpetuis redditibus, per nos emendis, & acquirendis in perpetuum à Ciuitate, & communitate Ianuenſium, vel alibi, prout melius videbitur ſuper fructibus, & redditibus ſpectantibus ipſi Communitati, ſuper lodijs S. Georgij, vt plenius deducetur, &c. prout ſpecialiter, & ſingulariter dicta ſumma quadringentarum, & octoginta librarum Turon. aſſignabitur, & declarabitur particulariter, tam ſuper dictis beneficijs, quàm etiam ſuper dictis redditibus per nos acquirendis.*

373 *ITEM, & licet ex indulto Apoſtolico, nobis conceſſo ſit gratioſè conceſſum, quòd poſſimus in dictis Eccleſiis, noſtræ Capellæ ſic vniendis, facere deſeruire per Vicarios conductitios, ſeu amobiles, tamen ne diuinus cultus in ipſis Eccleſiis, in futurum negligatur, & omittatur, ac etiam ne ius collationis ſucceſſorũ noſtrorũ in futurũ in Eccleſiâ Caturcenſi lædatur, aut diminuatur, NOS intendimus in dictis Eccleſiis perpetuò relinquere Vicarios perpetuos, vt ius collationis ordinariæ non perdatur, nec iura Epiſcopalia diminuantur, quæ iura Epiſcopalia ipſi Vicarij perpetui in futurum, perpetuò ſupportare tenebuntur, & præſtare iuxta valorem ipſarum Vicariarum.*

374 *ITEM & quia, per huiuſmodi vnionem ipſorum duorum beneficiorum, iura ipſius Epiſcopi, præſertim in procurationibus debitis, ratione viſitationis, quæ Epiſcopo debentur, ius ipſius procurationis quodammodò videtur attenuari, tamen ne propter huiuſmodi vnionem ipſorum beneficiorum, Domini Epiſcopi ſucceſſores noſtri, poſſint ſe prætendere eſſe grauatos. Nos in ſupplementum, & recompenſationem illorum, decreuimus, nullum ius Patronatuum reſeruare Domino* Rupis Chinardi *moderno nepoti noſtro, nec ſucceſſoribus ſuis, à quibus originem traximus, nec alteri cuicunque, ſed inſtituimus, & ordinamus ad nos, & ſucceſſores noſtros inſtitutionem ipſarum octo Capellaniarum perpetuò pertinere, & ſpectare cum modificationibus ſubſequentibus.*

375 *ITEM. ex qua ratione inſtituimus & ordinamus Dom. Epiſc. Eccleſiæ Cadurc, ſucceſſ. noſtros, ſpeciales protectores, & conſeruatores dictæ Capellæ, & fundationis, & intentionis noſtræ, rogantes eos in Deo, ex intimo animi noſtri. vt hanc fundationẽ, & Capellam, ſicut eam in augmentum, & ſplendorem diuini cultus, nedum ipſius Capellæ, ſed etiam totius Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, velint ſub ſpeciali curâ, & peculiari protectione, & defenſione ſuſcipere, conſeruare, & protegere, & vt liberiùs animus eorum inclinetur. NOS volumus & optamus hoc agendo, eos participes, & conſortes fieri, in omnibus bonis,*

Miſſis, & orationibus, quæ ibi in perpetuum diuinæ largitionis bonitate efficientur, & Domino Deo offerentur.

ITEM quoniam intentionis noſtræ ſemper extiterat huiuſmodi fundationem fieri per nos, non per vnionem & adiutorium quoruncunque Beneficiorum, ſed de noſtrâ propriâ ſubſtantiâ, & quia experientiâ docente, nullatenus potuimus habere facultatem, dictam fundationem faciendi in redditibus, aut in alijs bonis inuiolabilibus in iſta patriâ Cadurcenſi. Declaramus hæc duo beneficia, ſcilicet de Fundanis, & de Gandoleno *vnire dictæ Capellæ, & fundationi noſtræ, non in exonerationem noſtram, aut ſubſtantiæ noſtræ, quoniam ex nunc promittimus, & vouemus Domino noſtro* Ieſu Chriſto, *Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ* Mariæ *genitrici ſuæ ſemper virgini, Beato* Michaëli *Archangelo, & glorioſo protomartyri* Stephano *Patrono noſtro, ac Vniuerſ. triũphanti refundere tantã pecuniæ quantitatem, ad quantã aſcendit ſumma fructuum annualium, dictorum duorum beneficiorum, ad rationem vnius ſolidi pro librâ, ſeu ad rationem quinque pro centenario, & dictam ſummam conuertens in vtilitatem, & decorem dictæ Eccleſiæ noſtræ, in pijs cauſis, ſicut in amplificatione veſtimentorum, aliorum Iocalium, & ornamentorum, & reparationem Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, melius, vtilius, & honeſtius videbitur in ſplendorem, & decorem Eccleſiæ., & diuini cultûs.* 376

ITEM & quoniam facta diligenti inqueſtâ ſuper valore fructuum dictorum duorum beneficiorum de Fundanis, & de Gandoleno, reſeruata ſufficienti penſione cuilibet Vicario in dictis inſtituendo, ſcilicet Vicariæ perpetuæ de Fundanis, *quam vniuimus, & etiam vnimus autoritate Apoſtolica Magiſterio dictæ noſtræ Capellæ* &c. *& Vicariæ perpetuæ* de Gandoleno *&c. ſcilicet ad valorem ducentûm viginti, aut &c.* Promittimus *ex hac horâ, conſtituens nos debitorem ad ſummam* 4400. *librarum Turon. exponendam, & conuertendam in vtilitatem dictæ Eccleſiæ noſtræ, vt ſuprâdictum eſt ad rationẽ quinq. pro cẽtum, ad hoc obligantes ex nunc prout ex tunc, & è conuerſo omnia bona noſtra mobilia, & immobilia, præſentia & futura, prout nobis de conſilio Capituli noſtri Caturcenſis, melius & tutius fieri videbitur; declarãdo tamen quòd quotieſcunque apparuerit, dictam exburſationem* 4400. *lib. Turon. per nos aut alium noſtræ, noſtro in toto, vel in parte, in vtilitatem vt ſuprà factã fuiſſe, quòd modus dictæ exburſationis, & in quibus rebus facta extiterit declaretur per inſtrumentũ publicum, cuius duplum authenticum reperietur in Armario Capellæ noſtræ, exonerationi noſtræ, aut hæredum noſtrorum, & aliud inſtrumentum in manibus noſtris, vel hæredum noſtrorum.* 377

ITEM & quia vt ſuprà diximus, optamus & inſtituimus ipſos octo Capellanos in ipsâ Capellâ noſtrâ tam per nos, quâm per ſucceſſores noſtros inſtituendos fore bonæ & honeſtæ vitæ., ſufficientiſque literaturæ., ac etiam 378

præcipuè eſſe in arte Cantoria, & Muſicali doctos, & ſufficienter approbatos inſtituimus & ordinamus, vt cum locus vacationis alicuius Capellaniæ aduenerit, in futurum, de directo verò in margine papyri huiuſmodi articulus deſcriptus, eſt talia verba ſunt ſcripta, relinquimus Domino Doctori de iſto articulo reformando, volendo docere de Benedicti.

379 ITEM & in eligendo Capellano ad dictam Capellaniam vacantem, ſi recipiatur aliquis ex clericulis, qui priùs fuerit habituatus in Choro Eccleſiæ, eique idoneus in cantum & honeſtate vitæ, volumus & ordinamus quòd præferatur alteri in Eccleſiâ, in quâ non fuerit habituatus.

ITEM & quia ſingulari deſiderio prouocamur, vt diuinus cultus augeatur, perpetuis temporibus & in ipsâ Eccleſiâ ſponsâ noſtrâ ſemper augeatur de bono in melius, rationique conuenit, qui de altari viuit, etiam officium reddat altari, ordinamus quòd ipſi octo Capellani futuri, perpetuis temporibas teneãtur quotidie celebrare; & dicere tres Miſſas, vnam ſcilicet altari erecto in honorem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, quæ dicitur quotidie poſt exitum matutinarum, per omnes octo Capellanos, in cantu & diſcantu, ſicut tum per aliquos annos fieri ſolitum eſt, honeſtè & debitè in honorem & laudem Dei & Virginis Mariæ eius matris, de officio ipſius glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, ſecundum occurentiam temporis, cum quinque collectis, ſcilicet cum collecta de officio virginis Mariæ, & cum collectâ feſti occurentis, & cum collectâ pro grege nobis commiſſo, & amicis benefactoribus. Item Collecta pro fundatore. Item pro defunctis patris & matris, ac aliorum parentum ipſius fundatoris, & aliorum defunctorum animabus, quâmdiu ipſe fundator in humanis egerit, & poſt deceſſum ſuũ quarta collecta dicetur pro ipſius fundatoris, & animabus patris & matris & parentum ſuorum. Item alia Miſſa dicetur in altari corporis Chriſti in eadem Capellâ quotidie de officio Corporis Chriſti in memoriam Paſſionis ſuæ glorioſiſſimæ, quâ proprio ſanguine ſuo glorioſiſſimo, nos redimere dignatus eſt, immediate poſt eleuationẽ Corporis Chriſti, maioris Miſſæ ipſius Eccleſiæ, cum Collectâ propriâ officij Corporis Chriſti, & cum Collectis ſupra dictis modo ſupradicto. Item tertia Miſſa dicetur in Capellâ Crucis de nouo erigendâ Domino adiuuãte, & interim, vbi per nos inſtituetur. Item Ordinamus & inſtituimus, quòd omnes octo Capellani perpetuis futuris temporibus, ſingulis diebus quatuor ex vnâ parte Chori, & alij quatuor ab aliâ parte interſint in horâ tertiâ, & magnâ Miſſâ, & in veſperis cantantes, & pſallentes, & diuinum famulatum præſtantes in ipſis horis, ſicut & alij Hebdomadarij, & Chorarij ipſius Eccleſiæ, ac etiam teneantur intereſſe in matutinis diebus ſolemnibus, & alijs quando continget Nos, aut ſucceſſores noſtros, futuros Epiſcopos in eiſdem intereſſe. Item & quia nauis ſine Rectore non bene regitur, Ordinamus & inſtituimus quòd de ipſis octo Capellanis, vnus ordinetur & inſtituatur Magiſter Capellæ, qui habeat ſuper intendere ſeruitio & diuino cultui Capellæ noſtræ, ac etiam in Choro, per Capellanos alios exhibendo, qui etiam

rum ſingulis,cœptis,& non cœptis, præſentibus & futuris,pepetuata poteſtas,
& iuriſdictio attributa,vt eo vigore & eâ firmitate poſſit,in præmiſſis præſen-
tib⁹ & futuris,& pro prædictis concedere,ac ſi prædicta omnia,& ſingula co-
ram eis cœpta fuiſſent,& iuriſdictio eorũ,cuilibet ipſorũ in præmiſſis omnibus,
& ſingulis,per citationẽ,vel modũ aliũ,perpetuata legitimè extitiſſet, quòdque
per contrariũ vſum,aut nõ vſum, præſentibus literis, omnibusque, & ſingulis
in eis contentis,in totum,vel in partem non ſit neceſſe, intelligatur renunciarũ,
nec literæ ipſæ perdantur, aut pereant,imo pro locorum, temporum, aut perſo-
narum opportunitate, & varietate,liceat omnibus, & ſingulis, quibus literæ
huiuſmodi cõceduntur,eiſdem literis vti,& non vti,prout eis placuerit.

Et quia difficile eſſet,præſentes literas ad ſingula loca deferre, volumus ac 361
etiam decernimus, quòd illarum tranſumpto, manu duorum Notariorum pu-
blicorum ſubſcripto, ac alicuius Prælati,ſeu perſonæ in Eccleſiaſticâ poteſtate
conſtitutæ ſigillo,munito,in iudicio & extra, talis, & tanta fides adhibeatur,
qualis,& quanta præſentibus adhiberetur,ſi originaliter præſentatæ,vel oſten-
ſæ forent,prædictis ſuper, conſeruatoribus,& conſtitutionibus, & ordinationi-
bus Apoſtolicis,cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominũ,liceat hanc paginam noſtræ exẽptionis, libera- 362
tionis,ſubiectionis,ſuſceptionis,ſtatuti,conſtitutionis, mandati, decreti, & vo-
luntatis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
tare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,&
Pauli Apoſtolorum, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum
Petrum. Anno Incarnationis Dom. milleſimo quadringenteſimo octuageſi-
mo tertio. Quartodecimo menſis Octob. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Antiquatio chartæ Pontificiæ, per curiam Toloſanam.

Verùm vt Labyrinthæi anfractus,ex alijs naſcuntur paſſim alij, nullo 363
exitu,fine nullo, contendens Antiſtes violatum ius hac prouocatione,
conteſtans,quia Canonici,geſtorum antea veritatem celaſſent Apoſtoli-
cam ſedem(quo iure, quaúe iniuria iam non diſputo) Curiæ Toloſanæ
placito,ſibi ius priſtinũ vindicat omne chartãq; Pontific. ceu clancularijs
fraudibus impetratam irritam facit, ſic enim cauent Senatus verba, anno
1484. *Præfata noſtra Curia appellationẽ,& id à quo appellatum fuit, annulla-*
uit,& annullat,& inſuper dicta Curia, per idem Arreſtum, ſuprà dictum
Conſiliarium noſtrum,Cadurcenſem Epiſcopum, in poſſeſſione & ſaiſinâ iu-
riſdictionis,& ſuperioritatis ordinariæ,& exercitijs eiuſdem,in,& ſuper Ca-
nonicos,& gentes alias,Eccleſiæ & Capituli Cadur. alioſque in exemptione,
in contrarium per prætaxatum Syndicum prætensâ comprehenſos, ma-
nutenuit & conſeruauit, manum noſtram, & omne impedimentum in
poſſeſſione huiuſmodi,& gaudentiâ dictæ iuriſdictionis propter prædictum de-
batum appoſitam, & apponendam ad ipſius Epiſcopi voluntatem, leuando
&c. Rex ipſe Carolus 8. damnat Canonicos hoc ipſo anno, Antonium-
que Præſulem laudat,omniumque diſſidiorum fomitem,& cauſam ape-
rit,quia videlicet liberiùs ſe Canonici,ab Præſulis Bartholomæi, ſancitis

olim legibus,ſupremique Sacerdotij calculo confirmatis eximerent ,ab Choro,nullâ etiam cauſâ legitimâ ,abeſſent , vix Sacroſancto Sacrificio miſſæ diebus profeſtis,vnquam adeſſent ; ſibique propriâ autoritate,aliorum alij promoturi licentiã,vacationem trimeſtrem à Choro ,annis ſingulis permiſiſſent,nullâ aliâ etiam cauſâ,quæ iure ab officio poſſet eximere .Nec Canonicis modo ſuperior iudicio Senatus fuit Annonius, Regiſque Caroli ſententiâ, : Sed & inſecuto proximè anno, Hebdomadarijs, Præbendarijſque,vt vocitant nonnullis , quos ſupremi Senatus ſuffragio, coëgit ad officium,receſſit tandem in oras patrias,vltimo ſedis anno, ibique animum efflaſſe,docet,Cadurcenſis vrbis M.S. Kalendarium Ciuitatis Archiuo,in hæc verba , *L'an 1493. reddet l'eſprit à Dieu, Mouſſen Antoni Alamandi, à la ville de ſant Nazari, el pais de Dauphinat : & l'ay ès enſeuelit ſon corps*. Quare omnino ſedit 16. annos,ab 1477. ad 1493.

Carolus VIII. damnat Canonicos repugnantes ſuo Epiſcopo.

Obitus Alamandij.

Hæc conſignata erant,cum venit in manus noſtras liberalitatis iuxtâ,ac
364 pietatis Pontificiæ præclarum monumentum,poſterorum memoriâ & cõmendatione digniſſimum , quòd ſi demortui ſubſicimus hiſtoriæ, non tam caſu,vt res habet,factum videri poſſit, quàm approbari, quòd adhuc in omnium ore viuit Antonij ſingulare præconium. Ille ſcilicet diuini cultus ſtudioſiſſimus,& Eccleſiæ ſponſæ ſuæ amplificandæ ; *Octo ſacerdotia* (quas Capellanias dicunt) inſtituit,quibus *Clerici octo* ,honeſtate morũ,& probitate ſpectati,& artis muſicæ peritiſſimi,à ſe,& ſucceſſoribus ſuis inſtructi , diebus ſingulis trium celebrationi miſſarum, in ædiculis, Auguſtiſſimo Chriſti corpori , & Sanctiſſimæ virgini Mariæ ſacris , intereſſent , & cantu muſico piè ſplendidéque proſequerentur,Primam addixit *Deiparæ* , proximo poſt matutinum officium tempore. *Alteram de officio Corporis Chriſti* peragi voluit, vbi in altari principe ,ſolenni ſacrificio adoranda populo hoſtia propoſita fuiſſet. Tertiam deſignauit recolẽdæ *Crucis pretij noſtri memoriæ*,ſingulas ſuis in ſacellis,à ſe magnificè conſtructis aut conſtruendis. Pleraque ſunt obſeruatione digna præfatæ inſtitutionis capita , tùm dotatio ſingulorum beneficiorum , tùm quæ exigeret in ſuis Beneficiarijs, quàm accuratè numinis venerationem in omnibus promoueret .ſed operæ parcimus,vt plenum deſiderij dimittamus lectorẽ ad tabulas ſolidas inſtitutionis,& Papalis confirmationis. In quibus, vt ſperamus,recreabitur maximè auditâ eiuſdẽ,de omnibus optimè meriti *Antonij*,in egenos munificentiâ , quâ triginta pauperibus quotidie, panes triginta,qualibus menſa ſua onerabatur, diuidi ſtatuit per eũ ſacerdotẽ,cui Capellanos inter,per Hebdomadã,rei diuinæ moderatio incũbebat; Hæc,& alia vt faciliùs capias,obſerua *Inn.* 8. literas inſertas ab Antonio II Alamandio fuiſſe propoſitas in eo conuentu, ſed quæ adijciuntur *Alexandri VI*. non illæ ab Alamandio prolatæ,vt pote iam emortuo, ſed *ab Antonio Luzech*,vt exiſtimari par eſt,firmando inſtituto ,deinceps impetratæ videntur. Hunc ergo tenorem Actorum accipe.

Inſtitutio & fundatiò 8. Capellaniarum.

Munificentia in Pauperes.

Acta inſtitutionis.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, præſentis publici inſtrumenti ſeriem, & tenorem inſpecturi, lecturi, & audituri: quod anno ab incarnatione Domini, milleſimo quadringenteſimo, nonageſimo primo, & die quadam Sabbathi, vigeſimâ octauâ menſis Iannarij intitulata, circa primam horam poſtmeridiem eiuſdem diei, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Innocentij, diuinâ prouidentiâ Papæ octaui, anno octauo: illuſtriſſimoq; Principe, & Domino noſtro Carolo, Dei gratiâ, Francorum Rege regnante, apud Cadurci Ciuitatem, & infra Capellam ſancti Martini, eiuſdem cathedralis Eccleſiæ, in venerabilium & circumſpectorum virorum duorum Talabardi Alamandi Archidiaconi maioris, Antonij Alamandi Archidiaconi de Torneſio, Guidonis de Caſtro-nouo, Raymundi de Calciata dicti de Podrocorneto, Antonij de Luſeſio, Ludouici de Theſio Canonicorum prædictæ Cathedralis Eccleſiæ, ad ſonum campanæ dictæ Eccleſiæ, more ſolito congregâtorum, & Capitulum facientium, ad, de negotijs ipſius Eccleſiæ tractandum, in mei Notarij publici, & teſtium infra ſcriptorum, ad infrà dicta ſpecialiter vocatorum præſentia, venit, & ſe perſonaliter præſentauit, Reuerendus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Antonius Alamandi, miſeratione diuinâ, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ gratiâ, Epiſcopus, & Comes Caturcen. aſſociatus, & ipſum concomitantibus nobilibus, & potentibus viris Raymundo de Cardalhaco, Domino ſancti Sirici, & Seneſcallo Seneſcalliæ Caturcenſis, Ioanne Durefort, Domino de Boyſſieres, Domino Ioanne Rubei vtriuſque iuris Licentiato, Officiale Cadurcenſi, Guillelmo Benedicti vtriuſque iuris Profeſſore, Regente in Caturcenſi Vniuerſitate, Fratre Guidone de Calciatâ Ordinis Prædicatorum, ſacræ paginæ præſentato, Priore conuentus Caturc. & in dictâ Vniuerſitate, & ſacræ paginæ facultate Regente Guillelmo Caminata, Ioãne Touſeau, & Ioanne Valeta, Petro Saurassa dictæ Ciuitatis Conſulibus, Ioanne Boudoſquier, Antonio de Orto Mercatoribus ipſius Ciuitatis, nobilibus Petro de Boſqueto, Domino de Arcambal, Ioanne de Belfort, Domino del Soulier, Domino Ioanne de Goudito Canonico, ac Rectore de Fār. & de Piaco, Carturcenſis Diœceſis & Ioanne Cabaiac preſbyteris, & pluribus alijs notabilibus perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, dictæ Ciuitatis, ac ſeruitoribus prædicti Dom. Epiſcopi, & per ipſum, vt dixi, ad infrà ſcripta videnda fieri, conuocatis; quiquidem Dominus Epiſcopus, Dominis de Capitulo, & alijs perſonis prænominatis explicauit, & narrauit, quòd ipſe erigere, inſtituere, ac fundare, pro Diuini cultus augmento, intenderet, octo Capellanias, in Capella & altaribus quam, & quæ, in dictâ cathedrali Eccleſiâ, in honorem glorioſiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac Beatiſſimæ glorioſiſſimæq; Virginis Mariæ eius matris, & totius cœleſtis curiæ, nouiter, ſumptuoſo opere fabricari fecerat, pro octo Capellanis, per ipſum ad ibidem in diuinis deſeruiendum nominandis, & inſtituendis, autoritate Apoſtolicâ, ſibi in hac parte commiſſâ, iuxta, &

Mirare zelum Antiſtitis.

in formam, & tenorem literarum, ſiue bullarum Apoſtolicarum, per præfatum Dominũ noſtrum Papam, ſibi conceſſarum, ac ſtatutorum articulatorum per ipſum Dominum Epiſcopum, eadem auctoritate editorum: quas quidem literas ſiue bullas in pergameno ſcriptas cũ pendulis vrbis bullis plumbeis, cum cordulis ſericis, rubei croceique coloris, bullatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliquâ earũ parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione, liberas prout in iiſdẽ, primâ facie apparebat, cum dictis ſtatutis articulatis, in certis folietis papyri ſcriptis, idem Dominus Epiſcopus ſuis in manibus tenebat, & tenorem illorum ibidem, altâ & intelligibili voce, in quorum ſuprâ præſentiâ, per me notarium infrà ſcriptum legi fecit, vt de huiuſmodi Capellaniarum fundatarum creatione, nullam valerent prætendere ignorantiam in futurum, quarum quidem literarum Apoſtolicarum, & ſtatutorum prædicti tenores deſcribuntur, de verbo ad verbum, ac ſunt tales.

366 INNOCENTIVS *ſeruus ſeruorum Dei, venerabili* Fratri *Antonio Epiſcopo Caturcenſi ſalutem, & Apoſtolicam* Benedictionem. *Præcipue deuotionis integritas, qua nos, & Romanã reuereris Eccleſiam, non indignè meretur, vt votis tuis, ex quibus præcipue in Eccleſia tua Caturcenſi, Miniſtrorum Eccleſiæ numerus, & diuinus ibi cultus cum populi deuotione, & animarum ſalute, incrementum ſuſcipiat, fauorem Apoſtolicum impendamus. Sanè pro parte, tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi ad Corporis Chriſti, & Beatæ Virginis altaria, ſita in Capella, quam tu nuper in præfata Eccl. digno ac ſumptuoſo opere inſtaurari feciſti, octo perpetuæ Capellaniæ, pro totidem perpetuis Capellanis, qui aliquas miſſas, ad dicta altaria ſingulis diebus celebrare, ac in Choro dictæ Eccl. cum illius Canonicis, & alijs perſonis, diuinorum celebrationi, horis debitis intereſſe adſtricti eſſent, erigerētur & inſtituerentur & hoc perfecto, in dicta Eccl. diuinus cultus, ac populi deuotio, cum animorum ſalute ſuſciperent incrementum. Quare pro parte tua, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis Cad. pro tempore exiſtentibus, octo Capellanias prædictas pro earum dote, & dictorum Capellanorum decenti ſuſtentatione vltra quadringentas libras, monetæ illarum partium, erogare intentis, ad dicta altaria erigenda & inſtituenda, necnon illis tot Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Epiſcopi Cadurcenſis, pro tempore exiſtentis, pertinentia, quorum fructus, redditus, & prouentus ad ſexaginta libras Turonenſium paruorum, iuxta communem æſtimationem valoris annui, aſcendentium, dummodò illum non excedant, perpetuò vniendi, annectẽdi, & incorporandi, illiſque per ſenis idoneis conferendi, & de illis etiam prouidendi, necnon ad quæ onera dicti Capellani, pro primâ vice, & extunc deinceps tenebuntur, inſtituendi & ordinandi facultatem concedere, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.*

Innocentij 8. bulla.

367 *NOS igitur qui in cunctis, præſertim cathedralibus Eccleſiis, diuinum cultum, cum deuotione fidelium, & animarum ſalute, augere intentis deſiderijs*

affectamus, quæque dudum inter alia, volumus, quod ſemper in unionibus vocarent quorum intereſſet; Te aquibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, & ſi quibus quomodolibet innodatus, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ ac ſucceſſoribus tuis Epiſcopis Cadurcenſibus pro tempore exiſtentibus, octo Capellanias præfatas, ad dicta altaria erigendi, & inſtituendi, illaſque ab illarũ primaria erectione vacantes, perſonis idoneis, etiam quæcũq; quodcunq; & qualiacunq; beneficia Eccleſiaſtica obtinẽtibus & expectantibus conferendi, & de illis etiam prouidẽdi, necnon ad quæ onera dicti Capellani, tam pro prima vice quam ex tunc deinceps tenebuntur ſtatuendi, & ordinandi, ac eiſdem Capellanijs, tot beneficia Eccleſiaſtica cum curâ, & ſine curâ, ad collationem, promotionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Epiſcopi Cadurcenſis pro tempore exiſtentis, pertinentia, quæ dicti Capellani infra vnius menſis ſpatium poſt illorum vacationem duxerint, erigendi & acceptandi, & quorum fructus redditus, & prouentus in ſimul ad ſexaginta librarum Turonenſium paruorum, iuxta æſtimationem prædictam, valorem annuum aſcendant, dummodò illum non excedant, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis perpetuò vniendi, annectẽdi, & incorporandi; ita quòd cedentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſiuè dicta vnienda beneficia obtinentibus, liceat Capellanis, vel, pro eis, Epiſcopo prædicto corporalem poſſeſſionem iurium, & pertinentiarum, per ſe vel per alium, ſeu alios, propriâ autoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque fructus, & prouentus in Capellanorum, vel Capellaniarum prædictarum vſus, & vtilitatem conuertere, alicuius licentiâ ſuper hoc, minime requiſitâ, necnon omnia & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam, autoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, concedimus facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac voluntate noſtrâ prædictâ necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ, iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quauis firmitate aliâ roboratis priuilegijs quibuſcunque: Aut ſi aliquis ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, de huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis, in illis partibus, ſpeciales, vel generales Apoſtol. ſedis, vel legatorum eius literas impetrauit; etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alia quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad dicta beneficia vnienda, volumus non extendi: ſed nullum per hoc, eis quoad perſecutionem beneficiorum aliorum, præiudicium generari, & quibus, ſicut alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quæcunque, totis tenoribus, de verbo ad verbum, habenda ſit in

noſtris litteris mentio ſpecialis: prouiſo quòd dicta vnienda beneficia debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eiſ ſi qua illis immineat, nullatenus negligatur, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper eis, à quoquam quauis autoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dom. milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, Kalendis Martij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Tenor alterius bullæ, ab Antonio de Luezch, confeſtim Alamandio ſuffecto, impetratæ, ſic habet.

368 *ALEXANDER, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Prouiſioni noſtræ decet, prouidere ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt quòd nos, tenorem quarumcunque literarum, felicis recordationis, Innocētij Papæ octaui, prædeceſſoris noſtri, in Regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, pro eo quòd, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte, venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi Caturcēſis petitio continebat, ipſe huiuſmodi tenore excerptis, quibus noſcitur indigere, de regiſtro ipſo, de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſius moderni Epiſcopi, ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Innocentius, vt ſuprà. Cæterum vt earumdem literarum tenor prædictus his inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, autoritate Apoſtolicâ decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eumque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quē haberent originales literæ ſupradictæ: & eadem prorſus, eidem tenori fides adhibeatur, quandocunque, & vbicunque, ſiue in iudicio, ſiue alibi fuerit exhibitus, vel oſtenſus: & eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquirri volumus, ſed tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, pridie Nonas Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto.* Alexandri VI. Bulla.

Tenor ſtatutorum talis eſt.

AD LAVDEM, ET gloriam Dei, Omnipotentis, Singulare exēplum.
369 *Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, qui notificauit miſericordiam nobis, in Ciuitate munita. Optaremus, ne Beneficiorum diuinæ ſuæ bonitatis erga nos, & noſtros immemores eſſe videremur, ad Laudem,*

& octoginta librarum Turonenſium annuatim.

372 *ITEM & quas cccc. lib. Turon. annuales, intendimus aſſignare dictis octo Capellanijs, tam in duobus beneficijs, ſcilicet in beneficio de Funtanis, & in beneficio de Gaudoleno noſtra Diœceſis, reſeruata ſufficienti portione pro Vicariis perpetuis inſtituendis, in dictis beneficijs vniendis, autoritate ſedis Apoſtolicæ, nobis conceſſâ & virtute indulti Apoſtolici nobis conceſſi, per ſanctiſſimum Dominum noſtrum D.* Innocent. Pap. 8. *quàm in certis annuis, & perpetuis redditibus, per nos emendis, & acquirendis in perpetuum à Ciuitate, & communitate Ianuenſium, vel alibi, prout meliùs videbitur, ſuper fructibus, & redditibus ſpectantibus ipſi Communitati ſuper lodijs S. Georgij, vt pleniùs deducetur, &c. prout ſpecialiter, & ſingulariter dicta ſumma quadringentarum, & octoginta librarum Turon. aſſignabitur, & declarabitur particulariter, tam ſuper dictis beneficijs, quàm etiam ſuper dictis redditibus per nos acquirendis.*

373 *ITEM, & licet ex indulto Apoſtolico, nobis conceſſo ſit gratiosè conceſſum, quòd poſſimus in dictis Eccleſiis, noſtra Capella ſic vniendis, facere deſeruire per Vicarios conductitios, ſeu amobiles, tamen ne diuinus cultus in ipſis Eccleſiis, in futurum negligatur, & omittatur, ac etiam ne ius collationis ſucceſſorũ noſtrorũ in futurũ in Eccleſiâ Caturcenſi lædatur, aut diminuatur, NOS intendimus in dictis Eccleſiis perpetuò relinquere Vicarios perpetuos, vt ius collationis ordinariæ non perdatur, nec iura Epiſcopalia diminuantur, quæ iura Epiſcopalia ipſi Vicarij perpetui in futurum, perpetuò ſupportare tenebuntur, & præſtare iuxta valorem ipſarum Vicariarum.*

374 *ITEM & quia, per huiuſmodi vnionem ipſorum duorum beneficiorum, iura ipſius Epiſcopi, præſertim in procurationibus debitis, ratione viſitationis, quæ Epiſcopo debentur, ius ipſius procurationis quodammodò videtur attenuari, tamen ne propter huiuſmodi vnionem ipſorum beneficiorum, Domini Epiſcopi ſucceſſores noſtri, poſſint ſe prætendere eſſe grauatos. Nos in ſupplementum, & recompenſationem illorum, decreuimus, nullum ius Patronatuum reſeruare Domino* Rupis Chinardi *moderno nepoti noſtro, nec ſucceſſoribus ſuis, à quibus originem traximus, nec alteri cuicunque, ſed inſtituimus, & ordinamus ad nos, & ſucceſſores noſtros inſtitutionem ipſarum octo Capellaniarum perpetuò pertinere, & ſpectare cum modificationibus ſubſequentibus.*

375 *ITEM. ex qua ratione inſtituimus & ordinamus Dom. Epiſc. Eccleſiæ Cadurc. ſucceſſ. noſtros, ſpeciales protectores, & conſeruatores dictæ Capellæ, & fundationis, & intentionis noſtræ, rogantes eos in Deo, ex intimo animi noſtri, vt hanc fundationẽ, & Capellam, ſicut eam in augmentum, & ſplendorem diuini cultus, nedum ipſius Capellæ, ſed etiam totius Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, velint ſub ſpeciali curâ, & peculiari protectione, & defenſione ſuſcipere, conſeruare, & proregere, & vt liberiùs animus eorum inclinetur. NOS volumus & optamus hoc agendo, eos participes, & conſortes fieri, in omnibus bonis,*

Miſſis, & orationibus, quæ ibi in perpetuum diuina largitionis bonitate ef-
ficientur, & Domino Deo offerentur.

ITEM quoniam intentionis noſtræ ſemper extiterat huiuſmodi funda-
tionem fieri per nos, non per vnionem & adiutorium quoruncunque Bene- 376
ficiorum, ſed de noſtrâ propriâ ſubſtantiâ, & quia experientiâ docente, nulla-
tenus potuimus habere facultatem, dictam fundationem faciendi in redditi-
bus, aut in alijs bonis inuiolabilibus in iſta patriâ Cadurcenſi. Declaramus
hæc duo beneficia, ſcilicet de Fundanis, & de Gandoleno vnire dictæ Capellæ,
& fundationi noſtræ, non in exonerationem noſtram, aut ſubſtantiæ noſtræ,
quoniam ex nunc promittimus, & vouemus Domino noſtro Ieſu Chriſto,
Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ Mariæ genitrici ſuæ ſemper virgini, Beato Mi-
chaëli Archangelo, & glorioſo protomartyri Stephano Patrono noſtro, ac
Vniuerſ. triūphanti refundere tantā pecuniæ quantitatem, ad quantā aſcendit
ſumma fructuum annualium, dictorum duorum beneficiorum, ad rationem
vnius ſolidi pro librâ, ſeu ad rationem quinque pro centenario, & dictam
ſummam conuertens in vtilitatem, & decorem dictæ Eccleſiæ noſtræ, in pijs
cauſis, ſicut in amplificatione veſtimentorum, aliorum Iocalium, & orna-
mentorum, & reparationem Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, melius, vtilius,
& honeſtius videbitur in ſplendorem, & decorem Eccleſiæ, & diui-
ni cultûs.

ITEM & quoniam facta diligenti inqueſtâ ſuper valore fructuum dicto-
rum duorum beneficiorum de Fundanis, & de Gandoleno, reſeruata ſufficienti 377
penſione cuilibet Vicario in dictis inſtituendo, ſcilicet Vicariæ perpetuæ de
Fundanis, quam vniuimus, & etiam vnimus autoritate Apoſtolica Magi-
ſterio dictæ noſtræ Capellæ &c. & Vicariæ perpetuæ de Gandoleno &c. ſci-
licet ad valorem ducentûm viginti, aut &c. Promittimus ex hac horâ, con-
ſtituens nos debitorem ad ſummam 4400. librarum Turon. exponendam, &
conuertendam in vtilitatem dictæ Eccleſiæ noſtræ, vt ſuprà dictum eſt ad ra-
tionē quinq; pro cētum, ad hoc obligantes ex nunc prout ex tunc, & è conuerſo
omnia bona noſtra mobibia, & immobilia, præſentia & futura, prout nobis de
conſilio Capituli noſtri Caturcenſis, melius & tutius fieri videbitur; decla-
rā do tamen quòd quotieſcunque apparuerit, dictam exburſationem 4400. lib.
Turon. per nos aut alium noſtræ, noſtro in toto, vel in parte, in vtilitatem vt ſu-
pra factā fuiſſe, quòd modus dictæ exburſationis, & in quibus rebus facta ex-
titerit declaretur per inſtrumentū publicum, cuius duplum authenticum repe-
rietur in Armario Capellæ noſtræ, exonerationi noſtræ, aut hæredum
noſtrorum, & aliud inſtrumentum in manibus noſtris, vel hæredum noſtro-
rum.

ITEM & quia vt ſuprà diximus, optamus & inſtituimus ipſos octo
Capellanos in ipsâ Capellâ noſtrâ tam per nos, quâm per ſucceſſores noſtros 378
inſtituendos fore bonæ & honeſtæ vitæ, ſufficientiſque literaturæ, ac etiam

præcipuè eſſe in arte Cantoria, & Muſicali doctos, & ſufficienter approbatos inſtituimus & ordinamus, vt cum locus vacationis alicuius Capellaniæ aduenerit, in futurum, de directo verò in margine papyri huiuſmodi articulus deſcriptus, eſt talia verba ſunt ſcripta, relinquimus Domino Doctori de iſto articulo reformando, volendo docere de Benedicti.

379 *ITEM & in eligendo Capellano ad dictam Capellaniam vacantem, ſi recipiatur aliquis ex clericulis, qui priùs fuerit habituatus in Choro Eccleſiæ, eique idoneus in cantum & honeſtate vitæ, volumus & ordinamus quòd præferatur alteri in Eccleſiâ, in quâ non fuerit habituatus.*

ITEM & quia ſingulari deſiderio prouocamur, vt diuinus cultus augeatur perpetuis temporibus & in ipsâ Eccleſiâ ſponsâ noſtrâ ſemper augeatur de bono in melius, rationique conuenit, qui de altari viuit, etiam officium reddat altari, ordinamus quòd ipſi octo Capellani futuri, perpetuis temporibus teneātur quotidie celebrare; & dicere tres Miſſas, vnam ſcilicet altari erecto in honorem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, *quæ dicitur quotidie poſt exitum matutinarum, per omnes octo Capellanos, in cantu & diſcantu, ſicut tum per aliquos annos fieri ſolitum eſt, honeſtè & debitè in honorem & laudem* Dei *& Virginis* Mariæ *eius matris, de officio ipſius glorioſiſſimæ Virginis* Mariæ, *ſecundum occurentiam temporis, cum quinque collectis, ſcilicet cum collecta de officio virginis Mariæ, & cum collectâ feſti occurentis, & cum collectâ pro grege nobis commiſſo, & amicis benefactoribus. Item Collecta pro fundatore. Item pro defunctis patris & matris, ac aliorum parentum ipſius fundatoris, & aliorum defunctorum animabus, quâmdiu ipſe fundator in humanis egerit, & poſt deceſſum ſuū quarta collecta dicetur pro ipſius fundatoris, & animabus patris & matris & parentum ſuorum. Item alia Miſſa dicetur in altari corporis Chriſti in eadem Capellâ quotidie de officio Corporis Chriſti in memoriam Paſſionis ſuæ glorioſiſſimæ, quâ proprio ſanguine ſuo glorioſiſſimo, nos redimere dignatus eſt, immediate poſt eleuationē Corporis Chriſti, maioris Miſſæ ipſius Eccleſiæ, cum Collectâ propriâ officij Corporis Chriſti, & cum Collectis ſupra dictis modo ſupradicto. Item tertia Miſſa dicetur in Capellâ Crucis de nouo erigendâ Domino adiuuāte, & interim, vbi per nos inſtituetur. Item Ordinamus & inſtituimus, quòd omnes octo Capellani perpetuis futuris temporibus, ſinguli diebus quatuor ex vnâ parte Chori, & alij quatuor ab aliâ parte interſint in horâ tertiâ, & magnâ Miſsâ, & in veſperis cantantes, & pſallentes, & diuinum famulatum præſtantes in ipſis horis ſicut & alij Hebdomadarij, & Chorarij ipſius Eccleſiæ, ac etiam teneantur intereſſe in matutinis diebus ſolemnibus, & alijs quando continget Nos, aut ſucceſſores noſtros, futuros Epiſcopos in eiſdem intereſſe. Item & quia nauis ſine Rectore non bene regitur, Ordinamus & inſtituimus quòd de ipſis octo Capellanis, vnus ordinetur & inſtituatur Magiſter Capellæ, qui habeat ſuper intendere ſeruitio & diuino cultui Capellæ noſtræ, ac etiam in Choro, per Capellanos alios exhibendo, qui etiam*

habeat tenere punctuationem, ſuper Capellanos, deficientes in Miſſa Dominæ noſtræ, in magnâ miſſâ & veſperis, ſcilicet quando defecerint in Miſſâ Dominæ noſtræ, punctuentur per dictum Magiſtrum Capellæ, in ſex denarijs Turon. & deficientes in dictâ Miſſâ maioris Eccl. & veſperis, punctuētur ad mandatum Capituli Eccl. noſtræ, & eidem ſubijciantur in dicto Choro, prout cæteri Capellani dictæ Eccl. in duobus denarijs Turon. pro qualibet horâ pro primâ vice, & ſi continuauerint deficere, punctuentur in duplo, & continuè augendo, & deficiētes in præſentiâ Prælati, in matutinis diebus ſolennibus, punctuētur in ſex denarijs Turon. Super quo oneramus eius conſcientiam, ſuper quibus non lexem curam & ſollicitudinem gerere habebit, ne pro alienis culpis, & negligentijs apud Deum ſe reum conſtituat. Item ordinamus, quòd dicti Presbyteri non ingredientur Eccleſiam, dum diuina in eadem celebrantur officia, ſine habitu, ſecundum curſum temporis, & quòd in Miſſâ ante Epiſtolam, & in veſperis, ante Gloria patri, primi Pſalmi interſint, aliàs vt predictum eſt, ad mãdatum Capellani punctuentur. Item habebit etiam ipſe Mag. Capellæ noſtræ cuſtodiam, ſub beneficio inuentarij, ſub Epiſcopo vel eius Vicario, ipſius Capellæ, localium, veſtimentorum, calicum, & armariorum illius. Item defectus illorum qui punctuabuntur, cedent, & accreſcent alijs, qui interfuerint, & bis, aut ſemel in anno, diuidantur inter ipſos, qui fuerint præſentes, fructus, qui per abſentiam præſentibus accreuerint. Item intentionis noſtræ eſt, quòd ſemper miſſa noſtræ Dominæ dicatur ſuprà dicto modo, per Capellanum Hebdomadarium, aut per aliquem alium Capellanum Capellæ noſtræ, & ſi fuerint negligentes dicere dictam miſſam aut facere dicere per alium Capellanum, ita quòd oporteat facere dicere, per alium Capellanum conductitium, punctuetur ille qui dicere omiſerit in duobus ſolidis Turon. qui dabuntur illi Capellano conductitio, qui illam dicet. Itē caſu quo etiam aliquis dimitteret dicere miſſam corporis Chriſti; ita quòd etiam oporteret dicere facere per Capellanum forenſem conductitium, punctuetur ille, qui illam dicere omiſerit in quindecim denarijs Turon. qui dabuntur illi Capellano conductitio, qui illam dicet. Item & ſimili modo de illâ miſſâ dicendâ in Capellâ Crucis, ſicut de illa corporis Chriſti; punctuetur modo iam dicto, ſuper quibus habebit ſuperintendere ipſe Magiſter Capellæ, ne aliqua dictarum miſſarum dimittãtur, ſuper quo conſcientiam ſuam oneramus.

Item ordinamus, & declaramus infirmitatem ſoliùm, eſſe legitimam cauſam 380
abſentiæ ab obſequio præſtãdo Capellæ, & Choro, in ſupradict. neque cauſa ſtudij, aut alius, niſi forte ex aliquâ magnâ, & eminente cauſâ, & neceſſitate, cum licentiâ Ep. ad certũ tẽporis ſe abſentarent, vel pro negotijs dictæ Capellæ, quoties cognitum fuerit per dictum Magiſtrum Capellæ, & maiorem partem Capellanorum. Item ordinamus & inſtituimus, quòd fructus, tam beneficiorum, quàm etiã pecuniæ, qui per cõmunitatem Ianuenſium debentur, reddentur Lugduni in Bancâ, leuentur aut leuari mandentur per Magiſtrum Capellæ vnum, & alium communiter, per alios Capellanos electum, qui fructus & pe-

cunias debitas diuidant inter omnes, ſine controuerſiâ, & lite ſemel, aut bis in anno, ſecundum quòd melius id conuenire videbitur inter eos.

381 *Item vt dictus Magiſter Capellæ ſit magis ſupra dicta attentus, & quia rationi conſonum eſt, vt qui ſentit onus, ſentiat & commodum, ordinamus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, reſeruato tamen ſuper hoc, beneplacito Domini noſtri ſummi Pontificis, quòd Vicaria perpetua Eccleſiæ de Funtanis, ſit perpetuò vnita Magiſtro dictæ Capellæ. Item vt vacãte magiſterio dicta Capellæ. Epiſcopus Cadurc. qui pro tempore fuerit, teneatur & debeat prouidere de dicto magiſterio, & Vicaria perpetua, vni ex alijs Capellanis ſuperſtitibus, qui ſecundum Deum, & conſcientiam videbitur aptior, & dignior, ad dictum magiſterium gubernandum, ita tamen quòd ipſe Epiſcopus non poſſit prouidere, quam vni ex dictis Capellanis ſuperſtitibus dictæ Capella. Item ordinamus & inſtituimus quòd dictus Mag. Capellæ, & alij octo Capellani ſint honeſtè induti, deferant veſtes ſemper talares non nimiâ longitudine, vel breuitate notandas, maximè in Eccleſiâ ſemper ſint induti ſuperpellicijs, dum cantabitur miſſa noſtræ Dominæ, aliter non admittantur ad cãtandum. In horis verò dum interim in Choro erunt, habituati, ſicut alij chorarij Ec. ſunt in choro, & quandiu intra Eccl. dum diuina celebrabũtur, niſi alium habitum per eos deferendum inſtituimus. Item Magiſtri Capellæ præſtabunt iuramentum fideliter facere punctuationem capellanorũ, qui deficient, tam in dicendis miſſis ſupra inſtitutis, quàm deficientium in choro, vt ſuprà dictum eſt, qui ſi poſteà non obſtante iuramento reperiatur negligens, in dicta, punctuationis, & alia iura ſibi iniuncta, ſi poſt trinam monitionem, ſibi per Epiſcopum vel vicarium factam, non ſe emendauerit, ab eo tempore priuetur pro arbitrio Epiſcopi.*

382 *Item conſtituimus, ſemper in omnibus reſeruato beneplacito, & autoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, quòd dum locus vacationis dicti Magiſterij, aut Capellaniarũ, dictæ noſtræ Capellæ occurrit, non poteſt acceptari, nec impetrari virtute gratiarum, & exſpectatiuarum, & minimè virtute quarumcunque nominationum vniuerſitatum, Cum plerunque ſimiles exſpectantes virtute gratiarum, exſpectatiuarum ſuarum, acceperint dicta beneficia, qui vix ſciunt legere, & minus cantare quod omnino foret contra voluntatem, & deſiderium noſtrum cùm intentio noſtræ fundationis ſit in augmentum diuini cultûs, quod non poſſet fieri niſi per viros doctos, tam in choro Eccleſiæ noſtræ ſponſæ, quàm ipſius Capellæ noſtræ. Item cum Eleemoſyna extinguat peccatum, optaueramus ſemper in remiſſionem peccatorum, fundare vnam Eleemoſynam pro triginta Pauperibus, quorum cuilibet quotidie daretur vnus panis, qualis ſolet comedi in menſâ noſtrâ. & ſic omni die eſſent triginta panes ſumptu gratia Dei. Iam per aliquot dies facere inſtitueramus, verũtamen quia, experientia dictante, ſatis difficile foret facere dictam fundationem, in iſtis triginta panibus, tum quia redditus in fru nẽto (pietas ſingularis) non poſſent reperiri vanales in vno, aut duobus, aut tribus locis, neque vix in diuerſis, maximè Ciuitatis propinquæ, quibus etiam repertis laborioſum valdè, & difficile*

foret dictũ bladum in diuerſis locis recuperare, ad Ciuitatem aſportare, & finaliter decoquere, ita quòd poſſet ſatis firma ſpes haberi, quòd perpetuò poſſet præſtari & fieri dicta Eleemoſyna in dictis panibus, præſertim longo tempore poſt deceſſum noſtrum, cum res huius ſæculi, maxime quæ cum labore fieri ſolent, facillimè euaneſcant & decidant, prouidè inſtituimus dictam Eleemoſynam in futurum, perpetuis temporibus in pecuniâ, in triginta Toloſanis, in commemorationem triginta denariorum, quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus redemptor noſtri venditus fuit, quorum quilibet valet duos denarios Turon. qui triginta Toloſani aſcendunt ad quinque ſolidos Turon. de quibus quinq; ſolidis, ſeu triginta Toloſanis ordinamus & inſtituimus, quòd omni die emantur triginta panes valoris quilibet vnius Toloſani in platea Ciuitatis de pulchrioribus & melioribus illius pretij qui ſine fraude diſtribuantur per Capellanum Hebdomadarium immediate poſt Miſſam Corporis Chriſti, vel poſt Miſſam quinque plagarum, dicendam in Capellâ de nouo erigendâ, ſuper quo exoneramus conſcientiam noſtram, & conſcientiam illius Hebdomadarij oneramus, præter pœnam per Epiſcopum, qui pro tempore fuerit, illi infligendam, ſi ſuper huiuſmodi Eleemoſynam, contra intentionem noſtram, aliquo modo abutatur.

ITEM & dabuntur illi triginta panes iam dicti quotidie, per dictum Sacerdotem Hebdomadarium Miſſæ, in altari Capellæ Corporis Chriſti, imme- 383
diatè poſt miſſam, triginta pauperibus in illa horâ venientibus ad clauſtrum, non ſecundùm ſuam voluntatem, aut per fauorem, ſed quibus viderit ineſſe maiorem neceſſitatem, ſuper quæ oneramus conſcientiam ſuam. Item & licèt ſit opus pietatis Eleemoſynam erogare pauperibus viatoribus, non tamen minus acceptum credimus diuinæ voluntati, Eleemoſynam elargiri pauperibus Ciuibus, qui omnem inediam & neceſſitatem potius paterentur, quam mendicare poſſent, aut vellent, ſicut experientiâ ſatis certiorati ſumus, ideo relinquimus conſcientiæ, & diſcretioni Hebdomadarij, cum conſilio & conſenſu Magiſtri Capellæ dictam Eleemoſynam fieri vel pauperibus Ciuitatis noſtræ verecundis, quorum maximus eſt hodie numerus, vel pauperibus tranſeuntibus, vel pro parte pauperibus mendicantibus, inhibendo tamen, ne dicta Eleemoſyna fiat alibi, quàm in clauſtro, ipſis pauperibus ibidem in propriâ perſona venientibus, & nos aliàs, niſi forſitan videretur Eleemoſyna fieri alicui pauperi, qui forſitan propter verecundiam, vel aliter propter debilitatem perſonæ ſuæ, non poſſet ad dictam Eleemoſynam recipiendã venire: quo caſu fiet Eleemoſyna illi perſonæ, quæ fuerit miſſa per talem Ciuem verecundum, vel debilitatum, & quotidie diſtribuatur dicta Eleemoſyna poſt Miſſam Crucis, prout per nos in futurum melius agendum videbitur. Item & hanc ordinationem facimus ad præcludendam viam, ne dicta Eleemoſyna defraudetur, ſicut leuiter poſſet fieri, ſpatio temporis, ſi poſſet dari pauperibus Ciuibus verecundis non venientibus, vel non mittentibus pro dictâ Eleemoſyna recipienda: qui ſæpius poſſet dici, quòd daretur Eleemoſyna ſecretò, & non daretur.

384 ITEM Ordinamus quòd ſi videretur aliquis pauper Ciuis verecundus, in tantá neceſſitate poſitus, quòd pium, & neceſſarium videretur, ad aliquos dies dari ſibi duplicem panem, hoc tamen non poſſet Hebdomadarius, niſi cum conſenſu Epiſcopi, vel Vicarij, & Magiſtri Capellæ. Nec hoc teneatur facere Hebdomadarius ſequentis hebdomadæ, niſi hoc ipſe pium, & neceſſarium viderit etiam faciendum, & ipſe Magiſter Capellæ ita duxerit eſſe faciendum,

385 ITEM Ordinamus & inſtituimus, quòd ſi eſſent aliqui Ciues pauperes verecundi, quibus nedum per diem, vel hebdomadam, verùm etiam per menſem & annum, videretur pium continuè illi elargiri Eleemoſynam, quòd neque Hebdomadarius, neque Magiſter Capellæ ſimul poſſint de rebus noſtris, neque in futurum dare Eleemoſynam vltra menſem cuicunque, ſine licentiâ & autoritate noſtrâ, aut ſucceſſorum noſtrorum, ſicut hodie fit.

386 . ITEM & quia Eleemoſyna dictorum triginta Toloſanorum, quæ aſcendit ad quinque ſolidos Turonenſes qualibet die, & ſumma dictorum quinque ſolidorum, aſcendit annuatim ad octoginta & quinque libras Turonenſes cum dimidiâ. nos dictam ſummam emimus à cõmunitate Ianuenſium vt ſuprà, pro dictâ Eleemoſynâ faciendâ, unà cum alijs redditibus emptis, pro fundatione Capellaniæ noſtræ, prout conſtare faciemus, Domino adiuuante, & inſtrumentum obligatorium dictæ communitatis: per quod inſtrumentum etiam apparebit, de loco, vbi dicta communitas eſt obligata, reddere pecuniarum ſummam dicto Magiſtro Capellæ, & alijs Capellanis, aut ab eis miſſis. Quibuſquidem literis Apoſtolicis, ac ſtatutis inſertis, per me Notarium infràſcriptum, vt præmittitur lectis, idem Dominus Antonius Epiſcopus Cadurcenſis prædictus, priùs, vt dixit, conſtito ſibi legitimè per fide dignorum teſtium depoſitiones, de contentis & narratis in præmiſſis literis Apoſtolicis, autoritate Apoſtolicâ ſibi, in hac parte, vt præmittitur, conceſſâ, & ſi, & in quantum opus, & neceſſarium fuerit, de conſenſu & voluntate ſui Capituli Caturcenſis, ad infrà ſcripta conſenſum præbentis, octo Capellanias pro octo Capellanis, iuxta formam, & tenorem literarum Apoſtolicarum, ſtatutorum prædictorum, in diuinis deſeruiendis, in prædictâ Capellâ erexit, fundauit, inſtituit, & ordinauit, & factâ huiuſmodi erectione, & fundatione, abſque temporis interuallo, prænominatus Dominus Epiſcopus, autoritate Apoſtolicâ, & de conſenſu, quorum ſuprâ, beneficia ſiue Parochiales Eccleſias, Sancti Clari de Fundanis, & Sancti Petri de Gandoleno, earum annexis, iuribus, fructibus, prouentibus, emolumentis, & pertinentijs vniuerſis, Cadurcenſis Diœceſis, tunc certo modo vacantibus, quorum collatio, prouiſio, & alia omnimoda diſpoſitio, ad Dominum Epiſcopum Cadurcenſem pro tempore exiſtentem pleno iure pertinent,

Digitized by Google

& ſpectant, & quarum fructus inſimul, centum viginti libras Turonenſium paruorum, ſecundùm communem æſtimationem valeant, non excedant, vt eidem Domino Epiſcopo, per fide dignorum teſtium depoſitiones legitimè conſtitit, Capellæ Capellaniæ prædictæ, in perpetuum incorporauit, annexuit, & vniuit, ita quòd liceat eiſdem Capellanis dicta beneficia, & corporalem poſſeſſionem Eccleſiarum Parochialium, prædictorum beneficiorum, ſic per dictum Dominum Epiſcopum vnitorum, iuriumque pertinentium prædictis, & autoritate propriâ prehendere liberè, reſeruatâ per ipſum Dominum Epiſcopum ſufficienti penſione, per ipſum ordinandâ ſuper fructibus dictorum Parochialium Eccleſiarum, Vicarijs perpetuis, per ipſum Dominũ Epiſcopum in eiſdem Eccleſiis, & ipſarum qualibet, nominandis, & inſtituendis, vt huiuſmodi Eccleſiæ propter dictam vnionem debitis non fraudentur obſequijs, curáque animarum in eiſdem nullatenus negligatur, ſed earum debitè ſupportare onera conſueta, aliáſque in præmiſſis fecit, iuxta & ſecundum formam ; & tenorem dictarum literarũ Apoſtolicarum ſibi conceſſarum, realem oſtenſionem decem millium librarum Turonenſium, in diuerſis ſpeciebus auri & argenti, monetatorum, pro redditibus acquirendis ad ſuſtentationem dictorum Capellanorum, per ipſum Dominum Epiſcopum inſtitutorum ibidem, in præſentiâ quorum ſuprà faciendi. Idem Dominus Epiſcopus & animum ſuum declarãdo, huiuſmodi ſummam ſpecificatam, ſeu eius valorem decem millium librarum Turonenſium nolle, nec poſſe conuerti in alios vſus, petens de & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis præmiſſis per me Petrum Carcaui Notarium infràſcriptum, ſibi & dictis Capellanis, per ipſum, vt prædictum eſt, nominandis, & inſtituendis, fieri, retineri, & tradi inſtrumentum vnum, vel plura, tot, quot ſibi & eiſdem Capellanis erunt neceſſaria, & opportuna ad dictamen Iuriſperitorum, facti tamen ſubſtantiâ in aliquo non mutatâ. Acta vero fuerunt præmiſſa anno, die, loco, Pontificatu, regnante, & in præſentiâ, quorum ſuprà.

ANTONIVS III.
DE LVZECH.

Antonius III. de Luzech A. C. 1493. ad 1509.

ANTONIVM ex perilluſtri, noſtrates inter, totâ itidem Galliâ, ce- 387
leberrimâ gente natum, comitantur Cadurcum, ex ſingulis Ordinibus non pauci, primùm ritè inaugurandum, anno 1493. die Maij penultima, ſi fides Tabularij Ciuitatis ſat conſtat. Et verò mirum tantam fuiſſe noſtris conſtantiam, animos tantos, vt *Rege Carolo* VIII. obluctante, vnique *Benedicto Ioannis*, cuius fideli operâ vſus erat feliciter, continen-

ter ſtudente, Ciues noſtros Regiis codicillis quà ad vota pelliciente, quà ab aduerſando deterrente non ſegniter; noſtri tamen Antonium admiſerint, ab ipſo Clero ritè delectum, nihil in Eccleſiaſtico negotio de ſacri Comitij autoritate detracturi, nihil ad Reges ipſos ardentiſſimo ſtudio partis alterius promouere negotium certos, de ſacro Cleri iure, atque auctoritate trãſlaturi, vel ſi ipſas Pontificias literas, quales noſtri nullas vidiſſent, obtenderent in *Benedicti* gratiam. ſic enim habent Regiæ literæ, poſt admiſſum Antonium, iamque in ſedis poſſeſſione confirmatum atque aſſertum, inſcio forte Rege, in *Benedicti* gratiam ſcriptæ.

Regiæ literæ in Benedicti gratiam

388 *A nos chers, & bien aymez les Conſuls* Bourgeois *manants & habitans de noſtre ville de Caors. De par le Roy, Chers & bien amés, pour le grand & ſingulier deſir que nous auons, de rendre paiſible poſſeſſeur, noſtre amé & feal Conſeiller, & Procureur en noſtre Cour de Rome, Maiſtre Benoiſt de Iean dict de ſainct Morus, de l'Eueſché de Caors, a luy ia pieça reſeruée a noſtre pourſuitte, priere, & requeſte, par noſtre S. Pere le Pape, & affin qu'il nayt en iceluy aucun trouble ny empeſchement, nous auons eſcrit, & expreſſement mandé a nos amés & feaux Conſeillers le ſieur de ſaincte Cire Seneſchal du Quercy, & Guy de Loſiere noſtre maiſtre d'hoſtel, & de noſtre artillerie, qu'ils, en toute diligence, ſe tranſportent deuant les Chanoines, & Chapitre de l'Egliſe de Caors, & deuant vous pareillement, pour vous dire & remonſtrer aucunes choſes de par nous, touchant ceſte matiere, pourceque nous ſerions treſ-deſplaiſans qu'aucune choſe fut faicte audict Eueſché apres la vacation diceluy: contre noſtre voloir, & preiudice de noſtre dict Conſeiller. Nous voulons, & vous mandons bien expreſſement, qu'aprez le treſpas de l'Eueſque qui a preſent eſt detenu en telle & ſi griefue maladie comme l'on dict, que l'on n'attend l'heure que de le voir expirer, & rendre l'ame incontinent, & en grand ſoing & diligence ayez l'œil, & preniez bien garde que rien ny ſoit fait contre noſtre vouloir, & faitez fermer, & garder les portes de noſtre ville en maniere que perſonne ny entre ſans cõgé & licence de noſdicts Conſeillers, q̃ vous ne ſoyez bien informez de ſon affaire, & q̃ à voſtre faute n'en vienne inconuenient à noſtre deſpaiſir, dont ne ſerions cõtents: & au ſurplus faictes, procurés, & pourchaſſés enuers leſdits Chanoines, & Chapitre & ailleurs, ou vous verrez beſoing eſtre pour l'accõpliſſement de ceſte affaire, à ce qu'il puiſe totalement prendre fin & yſſue à noſtre intention. & ainſi que plus a plein vous diront noſdits Conſeillers auſquels nous en eſcriuõs plus aulong, pour vous en dire, ſi les voulez croire, adiouſter foy, & faire entierement tout ce qu'ils vous diront, & conſeilleront de par nous, & ny ferez faute, ſur tant que deſirez nous obeyr & complaire, Donné à Chaſtelerault le douſieſme iour de Nouembre, l'an mil quatre cens nonante trois & le vingt deuxieſme Nouembre ladicte lettre rendue. ſigné Charles, & plus bas Robertet.*

Chers, & bien amés par nos amés & feaux les Seneſchal de Quercy, & Ab-
389 *bé de Gros bois, auons eſté aduertis des plaiſirs qu'auez faicts, & faictes chaſ-*

cun iour a noſtre amé, & feal Cõſeiller, orateur, & Procureur en Cour de Rome, Maiſtre Benoiſt de Jean, Eueſque de Caors, touchant ledit Eueſché dont par plusieurs fois nous en auõs eſcrit, & vous ſçauons bon gré, & pource que enſuiuant noſtre vouloir deſirons qu'il ſoit paiſible iouyſſant dudict Eueſché pour aucunes cauſes à ce nous mouuantes, auons faict renuoyer la cauſe, & matiere, eſtant en noſtre grand Conſeil, en noſtre Cour de Parlement de Paris, pour y eſtre decidée, & determinée: mais pandant ledict procez voullons & entendõs que noſtredict Conſeiller, & Procureur en enſuyuant les lettres par nous à luy octroyées, iouiſſe dudict Eueſché, ainſi que par nos autres lettres eſt mandé le faire, a ceſte cauſe auons commendé & donné charge à noſtredict Conſeiller le Seneſchal de Quercy, mettre les places & tout ledict Eueſché à noſtre obeyſſãce, pour obuier aux incõueniens, qui en pourroyent aduenir, & d'iceux, enſemble du reuenu en faire iouyr noſtredict Orateur, ainſi qu'auons ordonné & cõmendé le faire, & que vous dira noſtre dict Seneſchal, Si vous prions, & neantmoins mandons, tant en particulier, qu'en general, qu'en tout ce que poſſible vous ſera, vous veuillez employer en faueur de noſtre dict Conſeiller & Procureur, & à ce ayder a noſtre dict Seneſchal, en tout ce que pourrez, en le croyant de ce que vous dira de par nous touchant la dicte matiere, & vous nous fayrez tres-agreable plaiſir. Donné a Lyon le vingt-ſeptieſme iour de Juille:
Charles du Bois *Preſentee le 26. d'Aouſt,* 1494.

Alexandrj VI. reſcriptum pro exactione vectigalium ad Eccleſiam ſarciẽdam A.C.1493.

Ipſis ſedis Antonii auſpiciis, vectigalium exactiones illas, quas Aed
principi reſtaurandæ, ſarciendis ruinis, ac præcauendis, Deceſſores Præ- 90
ſulis noſtri indulſerant non ſemel, Alexander VI. Pontifex max. permittit itidem; verum diſertiſſimè cauto, ne per oſcitantiam, néue per fraudem hæc ſubſidia de ſtatis Beneficiorum prouentibus, non ſine quàm multorum incommodo nocumentoque detrahenda, vt fit per Queſtorum ſummam licentiam, atque impunitatem, aliò conuertantur ALEXANDER *Epiſcop. ſer. ſer. Dei, ad perpetuam rei memoriam. EA QVÆ per Eccleſiarum præſertim Cathedralium inſignes Prælatos, pro illarum reparatione & amplificatione, prouide ſtatuta, & ordinata fuiſſe dicuntur vt firma perpetuò & inconcuſſa permaneant libenter, cùm à nobis petitur,* Apoſtolico *roboramus munimine. Sanè pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Cadurcenſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Raymundus Epiſcopus Cadurcenſis, proinde attendens quòd dicta Eccleſia, & eius clauſtrum reparationis ampliatione quam plurimum indigebant, propterea & ex pluribus alijs iuſtis & rationabilibus cauſis de conſilio, & aſſenſu eorumdem Capituli ordinali authoritate conceſſit, ſtatuit, & ordinauit quòd medietas fructuum, reddituum, & prouentuum, primi anni omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum Ciuitatis & Diæceſeos Cadurcenſis, tunc vacantium & in antea vacaturorum, per duos Canonicos dictæ Eccleſiæ vnum videlicet per dictum Raymundum, eiuſque ſucceſſores Epiſcopos Cadurcenſes pro tempore exiſtentes, alium vero per eoſdem Capitulum annis ſingulis eligen-*

dos leuaretur, exigeretur & perciperetur, ac in fabricâ, melioratione, & ampliatione Eccleſiæ, & Clauſtri prædictorum, exponeretur: & deinde etiam bonæ memoriæ Bertrandus Epiſcopus Cadurcenſis conceſſionem, ſtatutum, & ordinationem, prædictâ eâdem autoritate laudauit, approbauit, confirmauit, & innouauit, perpetuámque firmitatem habere voluit; ita tamen quòd pecunia exinde percipienda iuxta tenorem conceſſionis dicti Raymundi *Epiſcopi, in vſus fabricæ, & meliorationis prædictarum, ſine fraude, integraliter conuerteretur. Quòd ſi appareret cum ijs fraudes committi per quaſcumque perſonas pecuniarum piarum, in dictos vſus integrè non conuerti Officialis Cadurcenſis pro tempore exiſtens, ad requiſitionem Capituli vel Syndici eorumdem, poſſet ſuper hoc prouidere, contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, etiam cum inuocatione brachij ſæcularis, prout in literis authenticis dictorum Epiſcoporum deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Capituli aſſerentium, quòd conceſſio, ſtatutum, ordinatio, approbatio, confirmatio, innouatio, & alia præmiſſa extunc conceſſa, obſeruata fuerunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſioni, ſtatuto, ordinationi, laudationi, approbationi, confirmationi, innouationi, ac alijs præmiſſis pro illarum ſubſiſtentiâ firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & aliter in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur qui Eccleſias quaſlibet, præſertim inſignes Cathedrali ſede, earúmque clauſtra ampliari, & reparari deſideramus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, ſtatutum, ordinationem, laudationem, approbationem, confirmationem, innouationem, & alia præmiſſa, ac, prout illa conceſſerunt omnia & ſingula, in dictis literis contenta, authoritate Apoſtolicâ approbamus, tenore præſentium confirmamus, ac præſentis ſcripti Patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem, & pro potiori cautelâ, præmiſſa omnia eâdem autoritate Apoſtolicâ, de nouo concedimus, ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dom.* 1493. 10. *Kalend. Iulij, Pontificatus noſtri anno primo.*

Iubilæum impetrat toti Diœceſi

ANNO ſeculi ſexti decimi primo, *Iubilæum ampliſſimum* impetrat Diœceſi toti, vti ex Collectoris tabulis, quas penes me habeo, eſt colligere. Hic totus reformando Clero, nitorique priſtino reſtituendo intentus, poſtetis acre calcar admouit ſtrenuitatem, prudentiámque hominis inſequendi. ſacris Diœceſis vniuerſæ comitijs ſtatuta olim, & iam vt fit, per oſcitantiam, ac ſomnolentiam antiquata, reſtituit, reſtitutáque amplificauit. Cenſus non paucos de Luzechio Eccleſiæ ademptos, gentilibuſque contributos, alijs de mediomonte commutat A.C.1508. *de Ludouici etiam XII. Franc. Regis* conſenſione. Annus eiuſdem ſeculi, primus, ſecundus, quartus, clientum in *Antonij* fidem, patrociniumque accurſu celebres ſunt *ex Epiſcopij noſtri armario* : At multò celeberrimus

Viſitatq; Diœceſim.

quintus ipſe, quo Diœceſim omnem luſtrat Antonius, oppidis, pagis, atque vrbibus ſingulis iura dicit, omnium incolumitati Paſtor quã vigilãtiſſimus proſpicit, damnis, coràm, nõ alienis oculis inſpectis; remedio, non alienâ, ſed propriâ manu, adhibito: quem ritum, ſi vti ex officio, demandatáque ab Chriſto Domino (cuius vices funguntur) prouinciâ, debent, imitarentur Præſules totâ Galliâ, Europâ vniuerſâ, ſi non tondendo gregi, & velleri aureo extorquendo inuigilarent, ſed animarum incolumitati, Rectorum probitati, diuinę tandem gloriæ conſultum vellent, næ in ſummo auri contemptu, maximâ Eccleſiæ dignitate, aureum ſeculum reuiuiſceret, quale certè ex priſtino exoletoque æuo; reuocant hodiéque in lucem, Galliâ noſtrâ, non pauci Præſules, quorum in omnium oculis atque ore eſt gloria; vt ſi earum veſtigijs inſiſtant cęteri, fortunatiſſimam breui Galliã, & quæ fuit iamdudum vel exterarum gentium de nobis gloriatio, *monſtris omnino vacuam* nanciſcemur. *Conditum honorificè Antonium*

Obitus & tu- ulus.

anno 1509. die Maij poſtremâ, *Ludouico* XII. *regnante Gallias*, *Iulij* II. *Pontificis anno 6. in Eccleſiâ Cathedrali, infra chorum, ante Altare maius* quod ipſe cauerat Teſtamtarijs codicillis; pridie in *Caſtro de Albaribus* vitâ functum, habent Capituli à me excripta Acta; vt & de Capituli legitimè coacti calculo ſuffectos adminiſtrandæ ſedi, Præſule viduatæ,

empus ſedis cupatæ

Vicarios generales, cum ampliſſimâ ſiue in ſacris, ſiue in profanis etiam poteſtate, *Ludouicum de Theſco Archidiaconum maiorem*, *Antonium de Auruola*, *& Guill. de Ruthena* Canonicos.

ſub infularum itaque dignitate ſedecim ipſos annos, ab 1493. ad 1509. ſedis majeſtatem ſuſtinuit, amplificauitque *Antonius*.

GERMANVS
DE GANAY.

392 GERMANVS *ſupremi Galliæ Cancellarij* Frater, *Ludouico X* II. Regi Chriſtianiſſimo *à Conſilijs*, flagrante apud Principem gratiâ, defuncto *Antonio* noſtro, confeſtim eoque ipſo anno Regis Codicillis Epiſcopalem dignitatem ſibi delatam videt; ſic enim docent Regiæ tabulæ quas habeo ad manum, *Viennæ, Auguſti* 14. *datæ, anno* 1509, quibus cauetur diſertiſſimè, ne quem Cadurci alium, vnde vnde inmiſſum Epiſcopum admittant, illéque *Guido de Caſtronouo* Cleri noſtri comitijs, ſuffragijſque ſuffectus *Germano* dignitatem hanc cedat. Elegerāt quippe pro more, próque antiquiſſimo iure Sacerdotij, frequentiſſimi cœtus *Guidonem* tuncce, Regiâ auctoritate (an etiam Regio iure, nūc non diſputo) ſubmotum & deterritum; quem & iure electum pronūtiarat *Iulius* II. *Pontifex* eodem illo anno idibus Iunij, verum ita ſunt compoſita diſſidia vt *Guiloni de Caſtronouo* Epiſcopus Petragorenſis cederet; Germano Cadurcēſis, cuius & ipſe iniuit ſedem admiſſus de more ſolenniter 4. Maij, anno ſeculi huius vndecimo, vt Ciuitatis tabularium, annotat. Ex cuius item Kalendario fragmentum hic attexam, patrio licet idiomate ſcriptum, fideliſſimum illud, quod & paucis perſtringat ſeriem intricatiſſimam certè, illam in quâ fax affulgeret Antiſtitum, ab Antonio III. ad Paulum de Carreto anno 1526. cùm ea ſcriberentur ſedentem. Numerat quippe *Antonium de Luſech*, an. ſeculi quintidecimi nono vitâ defunctum, *Germanum de Ganay* ſuffectum, *Guidone* illo ſubmoto; tum Turonenſem Epiſcopum cuius ſubticet nomen (nos *Carolum de Carreto Cardinalem* ex alijs tabulis euincemus) Turonenſi ſede ad Germanum tranſcriptâ permutationis mutuæ nomine; continuo *Ludouicum de Carreto* menſtruo vix dum tempore infulatum, tum *Aloyſium de Carreto*, totum decennium, ac tandem *Paulum de Carreto*, cuius tenerent infulæ etiamnum anno 1526. quem ipſum anno 1553. vita functum ſuo loco conſtabit. Sic igitur ſe habent Archiui Cadurcenſis monumenta illæc iam ſponſa, quæ in exterarum gentium gratiam Romanâ prius linguâ complectenda ſunt viſa.

Germanus ab A. C. 1509. ad 1512. qualis

Init. ſedem A. C. 1511.

393 *L'AN 1509. & lou penultieſme iour de May, lou R. P. en Dieu Mouſen Antoni de Luſech, Eueſque & Conté de Caours, reddet l'eſprit à.*

Dieu à ſa place, & Caſtel d'Albu, & fou pourta ſon corps, lou iour de Mouſſur ſant Clar, premier iour de Iuillet, en la preſent Cieutat, en groſſas honors as el fachas, tant per los Senſors del pais, que des meſſieurs de la ville: Loquel corps intrec deuers la Barre, & forec pourtat à la Gleye Cathedrale, & ſebelit dauan lo gran Autar ſant Eſtephé; & forec fach l'offici per Mouſſeur Canongé de la Daurada, Conſeilié del Rey noſtre Sire en ſa Cour de Parlament de Toloſe, & autrés Meſſ. deldict Chap. Et apres los obſequis faſchs, Meſſieurs del Chapitré, apres lor aſſignatieu facha, elegigerou Mouſſur l'Abat de Bonaual, *loqual era de la maiſou de Mouſſur* Caſtelnau de Bretonos, *per Aueſqué de la preſente Cieutat.* Et apres *aquo fach, lou Rey noſtré ſobiran Prince, trametet ſon Placet à Mouſſur* Germen de Ganay, *fraire del gran Chancelié de França; Et apres ſe apponterou entre elces, & loudict Aueſquat demouret aldit Mouſſur* de Ganay; *& aldit Mouſſur* de Caſtelnou *demouret l'Aueſquat de Perigeux, ET APRES certen temps, loudict Mouſſur* de Ganay *permutet ladict Aueſquat de Caours, an lo Aueſque de Tours, louqual nous baillet per Aueſque de Caours, mouſſur* Louys de Carret Cardinal de la maiſou de Final. *el pays d'Italhe: Et loudict mouſſur* Louys de Carret *nou demouret Aueſqué qu'vn més. Et apres fouret donat loudict Aueſquat de Caours per lou San Paire lou Pape à vn fraire deldit Carret, appelat mouſſur* Aloys de Carret, *loqualy a eſtat Aueſque per lo ſpaci de dex ans, & apres la donat à vn ſon Nebout, appelat mouſſur* Paul de Carret, *loquol es Aueſqué de preſent en l'an 1526.* Anno 1511. in ſuam veniſſe poſſeſſionem *Germanum*, ſolenniterque, pro deceſſorum Præſulum more, ſedi illatum quarto Maij, docent monumenta publica Ciuitatis. Renuntiaſſe poſſeſſam ſemel ſedem, Turonenſi mutaſſe, eique Carolum ſuffectum, tum iam exſcripta Acta, tum Capituli membranæ monent. In ſummâ tenuit Germani ſedes, non tribus quatuórue amplius annis, ab A.C. 1509. ad 1512.

Quanto tépore ſedit.

CAROLVS DOMINICVS DE CARRETO.

Carolus Dominicus de Carreto.

CAROLVM hunc annumerant Antiſtibus noſtris exteri etiam, 384
qui Cardinalium elogia concinnant. Cæteros inter *Ciaconius* Romanæ rei perquirendæ addictior, hæc de illo in Iulio *II.* Pont. max. *Anno à partu virg. 1505. & Pontificatus Iulij II. anno 3. menſe Februar. ſecundâ Cardinalium electione, creatus eſt S.R.E. Cardinalis CAROLVS Dominicus de Carreto, ex Comitibus ſeu Marchionibus* Finarij *Ge-*

nuenſis, Epiſcopus Turonenſis, poſt Cadurcenſis, Archiepiſcopus Thebanus, ac tandem Presb. Cardinalis titulo S. Viti, poſt S. Caeciliæ. mortuus ſub Leone X. anno 1514. *& Pontificatus* 2. *die* 19. *Kalend. Septemb. in ſuo titulo poſteriore ſepultus.* Ac de eodem iterum in Leone X. *Carolus Dominicus de Carreto, Comes Finarij, Genuenſis, Ligur, Archiepiſcopus Thebanus, Epiſcopus Turonenſis, & Cadurcenſis, preſbyter Cardinalis titulo S. Caeciliæ an.* 1514. *die* 19. *Kalen. Sept. Romæ moritur, & in Eccleſia ſui tituli ſepelitur.* Conſonant Capituli noſtri tabulæ, quibus vacaſſe ſedem Cadurcenſem per obitum *Caroli de Carreto* Cardinalis & Epiſcopi, anno 1514. differrè fertur, cauerúrq; *Ludouici* XII. Regijs codicillis, ne quis Antiſtitis electioni, ritè de more Cleri ſuffragijs permittendæ, vel ſedis Apoſtol. vrgentibus Diplomatis auſit obſtrepere, neue vllarenus interturbare. Didici & ex alijs Capituli monumentis, adminiſtratum interim, dum Romanæ adeſſet Curiæ Carolus, Epiſcopatum noſtrum per Proëpiſcopum, Catoliquè Vicarium, cui *de Leigne* nomen; in quem videlicet prouocarint Canonici ad Seneſcallum Cadurc. quia permiſſam ſibi à *Carolo* poteſtatem, etiam poſt fata poſtque obitum, reclamante Capitulo, continuare vellet; quaſi non cum delegantis vitâ, Vicariorum omnis autoritas illi vni affixa, haberet vnà expirandũ. In ſummâ Carolus vix bienniũ Sacerdotij Pontificij iura in Cad. tenuerit, ab anno ſeculi quintidecimi duodecimo circiter, ad quartum ſupra decimum. Actis alijs, dum apud nos præeſſet nobilitatũ non inuenio, ſiue exiguitate temporis impeditum, ſiue abſentiâ, quę quàm ſit Chriſti gregi periculoſa noxiaque, dum non adeſt qui luporum inſidias oculis pręcipiat, conſilio eludat, manu depulſet Paſtor, eſt experimentis lugendis illis, noſtrâ Galliâ totâ, multò compertius.

Per Proëpiſcopum adminiſtrat.

Vix biennium ſedit.

LVDOVICVS DE CARRETO.

395 LVDOVICVS eâdem gente, familiâque, ſi cognomini credimus, noſtris vix Antiſtitibus annumerãdus, Pontificij Sacerdotij iura, non vltra menſem, ſe penes habuit; delata ſcilicet, vti vero eſt quàmſimillimum, Iulij II. auctoritate, cognati Caroli iam obituri, familiæque precibus, vt fatis ſerpit iam aliquot ſecula, Eccleſiaſtica Sacerdotia, infulata præſertim, in familiâ reſeruare, inque nepotes propagare; cuius exemplum in hac Carretorum familiâ Epiſcopatum ſemel noſtrum indeptâ, vel ex ipſis Caroli iam extincti aliorùmque ſuffectorum deinceps cognominibus, vel ex lemmatis ipſis obſerues.

Ludouicus de Carreto menſtruus Epiſcopus.

Menſtruum Præſulem hunc noſtrum habent,patriâ linguâ excripta non ita dudum acta ex Ciuitatis noſtræ Archiuo. Erit & pronum moram hâc perbreuem eruere ex Capituli Cadurc. membranis ; quibus Electionis priſtinæ iuribus antiquatis,Regijs Codicillis inductis *ex Leonis X.* Bullatâ chartâ,præſul fit Cadurcenſis A.C.1514. Aloyſius de Carreto.

ALOYSIVS DE CARRETO.

Aloyſius de Carreto A.C. 1514 ad 1524.

ALOYSIVM hunc ex Leonis Diplomate Cadurcorum Pontificem, 399
ab *Ludouico* deceſſore diſcernit Kalendarium Ciuitatis, fragmento
illo,materno ſcripto idiomate,quando & huic illum poſtponit,& *Aloyſio*
decennales infulas, *Ludouico non niſi menſtruas* indulget. Quibus & fauet
Eccleſiæ Cadurcenſis Archiuum, dum *Paulum*, non niſi anno Chriſti
1524. ſubſtituit,hoc eſt poſt decem ſolidos Aloyſij noſtri annos. Abfuit

Romæ degit.

interim Cadurco *Aloyſius* Romanæ,quàm noſtræ rei intentior,ſiue patriũ
ſolum pelliceret teneretque,ſiue publica Eccleſiæ commoda,conſiliáque
hominem præſentem requirerent;ab noſtris interim deſideratum; quamquam quæ noſtri Præſulis fuit ſolertia,qui in gregem amantiſſimum Pa-

Adminiſtratorē ſibi ſufficit.

ſtoris amor,Guillelmum de Leige Charonienſem Epiſcopum,rei Eccle-
ſiaſticæ totius apud nos Adminiſtratorem,iura dicturum,aliáque Antiſti-
tis auctoritate,quamquam alius nomine ſanciturum,quâ erat apud ſum-

Morum integritas eximia, & publicæ ſalutis ſtudium.

mum Põtificem gratiâ, locupletéque famâ prouidit:At proh ſuperi qua-
lem virum!quem pietas,Religio,pontificij iuris callendi ſtudium, obſer-
uandi amor,vindicandi voluntas, quem in literatiores fauor, atque im-
primis inſolens eo ſeculo virtus egeſtatis, tenuitatis, parſimoniæque
rigidior obſeruatio,illuſtriſſimis quibuſuis Antiſtibus exęquarent! Vidi

Aloyſij preces Rex pro Galliâ flagitat.

ego priuatas rationes, domeſticique Kalendarii paginas, nec potui in ſe
male habendo,deque! Chriſti conſilio, abnegando conſtantem animum
non mirari.vidi & priuatas literas non exiguo numero, quibus Franciſ-
cus I.Monarcha Galliæ,ab pientiſſimo Antiſtite contenderet,ſuis vt vo-

Crucis prædicādæ negotium ſuſcipit.

tis atque apud ſuperos precibus,conteſtationibúſque conſtantibus, vel-
let rem Gallicam commendatam. Vidi & Regios Codicillos quibus in-
dictâ Cruce ab Leone *X*.Pontifice A.C.1517.noſtrates inter rem promo-
uendi,conſiliis adhortationibúſque conſpiraturos in illam animos, com-

Ius manus emortuæ eruit

mittit Guillelmo prouinciam. eruit is ipſe anno 1522. libris Turonenſi-
bus 19854.Epiſcopi,Clerique Cadurcenſis totius nomine, ius emortuæ
manus vt loquimur, cauto vti eorum bona ceu immortalem hæredem

nacta, nunquam ab prioribus Dominis repeti iure vllo poſſint; Fauere codicilli Franciſci Regis, Guillelmo noſtro quam addicti, acceſſitque Rationalium Regiorum ſuffragium, eodem anno, quintâ Septemb. die. de Aloyſio cætera tacent noſtræ tabulæ: ſediſſe 10. annos ab 1514. ad 1524. certis iam tabulis confecimus.

Decennium ſedit.

PAVLVS DE CARRETO.

397 PAVLVS *Aloyſij* fratris filius, priuato Regis Franciæ præfectus Oratorio, Bonæ Cumbæ antehac Abbas, inſulas ab patruo accipit, Anno ſeculi quintidecimi quarto, ſupra vigeſimum, vt docent Cadurcenſi Archiuo, quà inaugurationis Bullaræ Chartæ, quà aliæ Laurentio Toſcano Lodeuenſi Epiſcopo, interim dum ſe Paulus aduentui maturando accingeret, Eccleſiaſticæ rei adminiſtrationem omnem, Pauli nomine, permittentes, ipſis illius anni, Septembribus Kalendis. Adſtipulantur & Acta illæc Kalendarij Cadurcenſis, patrio idiomate, tranſlati poſt decennium ab Aloyſio Pontificij pedi, inque Paulum tranſcripti, aſſerentia fidem; quorum, ſerie hac Carretæ familiæ continuandâ Pontificio ſolio, veritas nō mediocriter nobis affulget. Nō niſi quarto poſt inaugurationē illā anno ſedis poſſeſſionem adiuit, ſolenni ſcilicet Ordinum omnium conuentu, ad deceſſorum ſedem euectus, præſtito ante de more iuramento, fidéque tum Eccleſiæ, tum Ciuitati, iuriſiurandi religione obligata, vt cauet Kalendarium Ciuitatis anno 1528. Octob. duodetriceſima die. Hoc ipſo anno, ſupremo Curiæ Toloſanæ placito, iubetur Paulus Præſul (quo iure ea iuſſio in causâ ſacrâ, quibus nitatur priuilegijs omitto quærere, ne alieni ſubſellij cauſam occupem ipſe) eius certè Vicarius, Dominicanâ iam familiâ ad legis priſtinæ ſeueritatē ſanctitatémque non ita pridem reſtitutâ, Cœnobia vrbis reliqua per temporum licentiam, Epiſcoporum ſiue otium, ſiue abſentiam, Præfectorum oſcitantiam ita collapſa, vt graui forent etiam offendiculo, conuocatis ijs qui ex officio præeſſent, ad ſanctitatem priſtinam, primæuarúmque legum obſeruationem adigere. Omitto ipſas literas Februarii die 6. A 1528. datas, vt aliquorum famæ parcam; quamquam fortaſſe iuſta infamia vnde vnde illata admoueret oſcitantiæ calcar, atque impoſterum ſacrarum Domuum, quæ omnes iam meliora cogitant (vtinam non irrito voto) ſanctitati ſeueritatique proſpicerent.

Paulus nepos Aloyſij. A. C. 1524. ad 1553.

Epiſcopatus ab alio adminiſtratur.

Adit poſſeſſionem ſedis.

Toloſani Senatus edictum.

Eximitur Proëpiſcopus ab officio Chori.

ANNO 1534. die Nouembris tertiâ, ſubſcribit Paulus noſter Pontificijs 398
codicillis quibus Hieronymum Raimandi ab ſe delectum Proëpiſcopum ab Chori officio eximit, quò impunè, nullâ prouentuum detractione, nullàque mulctâ abeſſe liceat homini Epiſcopatui adminiſtrando intento. Cauſſabatur ſcilicet Paulus, ſedis Apoſtolicæ priuilegio, vnum, aut alterum eâ fine eximere, ſuóque, atque ſedis mancipare obſequio, ſibi conceſſum. Quamquam obluctatum Capitulum continuò contendit, ſibi conceſſum ius nominãdi, ſi quos Antiſtes opus habeat non Antiſtiti deligendi, atque à Choro à Capitulique Comitijs educendi ex voto, qui magis ad ſtomachum facerent. Ipſa certè Raymundi conteſtatio quadrageſimo ſeculi huius anno ſubſcripta, Pauli iuri tuẽdo in Capituli tabulario viſitur hodiéque; vt adhùc eo ſuperſtitem Paulum inde conſiciam; quando eo demortuo fuiſſet intermortua poteſtas item omnis, olim permiſſa ab ſuperſtite; quam tamen viguiſſe etiamnum, ea ſat indicat ſolennis conteſtatio.

Lis Canonicos inter, & alium clerum.

Illo ipſo 34. anno digladiantibus in ſe inuicem hinc Aedis noſtræ principis Canonicis, illinc cęteris inferiore ſubſellio gradúque, Eccleſiæ eiuſdem officiis addictis, lis & diu tenuit & graui ære ſtetit, in clamantibus partibus Senatum Toloſanum: rem compoſuit Curiæ placitum 3 Sep. an. 1534. datum; curâ omni Epiſcopo, non tam certè conceſſâ quàm permiſſâ, vtróſque ad ſtatutarũ olim legum Canones, ſcitè ſapientérque conformandi; *Fundatio & ſtatuta tam ipſorum Canonicorum, quàm Habituatorum prædictæ Eccleſiæ, quæ ipſi fundationi conformia reperientur, ſacris Decretis, & cõcordatis non contraire cuſtodientur, & intertenebuntur de puncto in punctum, iuxta formam & tenorem eorum, diuinumque ſeruitiũ fiet, & cõfirmabitur in ipſâ Eccleſiâ per prælibatos Canonicos, & Habituatos, atque iuxta prædicta Statuta, ſacra Decreta, cõcordata. Ad quod faciendum, ad hoc Epiſcopo dicti Capituli vocato compellentur ijdem Canonici, & Habituati, omnibus vijs iuris opportunis.*

Decretum Toloſanum.

Clientelarum reſtitutio.

Circa hæc ipſa tempora de Toloſani Senatus ſententiâ clientelæ illa poſſeſſio fundi de Tedirac, nec non aliorum adiacẽtium feudorum octo, quam iure nihil dubio ab Vicecomite Turenæ repetebat, intermiſſo licet iuris vſu non intermiſſa eſt repetita quàm legitimè, ſi Epiſcopali Archiuo ſua eſt fides.

Mompenſatenſis Dynaſta cliens Epiſcopi Cad.

Annus huius ſeculi 40. ex legitimâ pactione, Antonium à Pratis, Oppidi Mompeſatenſis Dominum, ſucceſſoréſque, Pauli aliorúmque poſt hac Cadurcorum Antiſtitum clientem fecit. 10. Kal. Iunias: Quadrageſimus primus Clientum frequẽtiſſimam turbam vndequaque accitam in Pauli ſinum abdidit, patrocinióque ac fidei nõ inuitos ſubmiſit.

Clientes alij plurimi.

Extat Antiſtitis armario libellus à me luſtratus accuratiùs, ſeorſim ab alijs ſcriptus, illis vnis Clientelariæ fidei profeſſionibus conſcriptus, iiſque omnibus hanc ſeculi epocham vnicam annotantibus.

ANNO 1543. prolatam in hæreticum hominem à Paulo Antiſtite 399

noſtro ſententiam, confirmat Toloſanæ Curiæ nihil mitius placitum; linguâ vti exertâ priùs, abſciſſâque, viuus igni tradatur, ad documentum poſteritatis, fideique ab auis hauſtæ propagationem edicit, duodetrigeſimo Martij in hæc verba. *Veu par la Cour, le procés faict tant par l'Eueſque de Caors, ou ſon Vicaire, que Viguier & Conſuls dudit Caors, ou leur Aſſeſſeur a Antoine Soulier, Mareſchal dudict Caors, priſonnier en la Conciergerie, chargé de crime d'hereſie, charges, informations, audition dudict Soulier, recollements, accarations, & confrontations de teſmoings, reproches baillés contre les teſmoings confrontés, & autres procedures faictes en la matiere. Dict a eſté, que ledict procez ſe peuſt iuger ſans informer de la verité deſdicts reproches des teſmoingts, & au ſurplus que ledict Soulier a encourues les peynes indictes de droicts aux heretiques, Et pource la condamné, & condamne, a eſtre deliuré és mains de l'executeur de la haute iuſtice, lequel luy faira faire le Cours par les rués, & carrefours accouſtumez dudict Caors, monté ſur un tombereau ou charrette, & la hart au col l'amenera a la place publique d'icelle ville, ou luy ſera couppée la l'angue, & apres ſera bruſlé tout vif, ſes biens confiſqués. Et la renuoye & renuoye la Cour audict Viguier & Conſuls ou leurdict Aſſeſſeur pour faire mettre ce preſent arreſt a execution, en vertu du dicton d'iceluy, ſelon ſa forme, & teneur. Prononcé a Toloſe en Parlement le vingt-huictieſme iour de Mars, l'an 1543. auant Paſques. ſigné de Tournoier.*

Hæreticus damnatus, à Paulo, applaudente Toloſano Senatu.

Sententia Parlamenti Toloſani.

400 Anno 1545. definijt idem Senatus ad octauum Kal. Maias, ad ius Antiſtitis pertinere Choro Cathedralis Eccl. intérque diuinorũ Officiorum Religiones ac ritus, obſtrepentes Miniſtros ipſos ſacros, ſéque mentito habitu habentes inſolentius, pro Pontificiâ auctoritate coërcere. Acceſſit & non abſimile iudiciũ quinquageſimo ſeculi anno, de ſupremi Senatus placito, veſtium nominatim, capillitijque mollitiem ac luxum reprimendi, Pręſul. poteſtatem aſſerens, die Sept. 4. Tertio tandem anno poſt quinquageſimum, comperto in Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis Comitio, extinctum haud ita pridem Paulum Antiſtitem, vnis ſuffragiis pro more pròque iure priſtino, eliguntur à Capitulo bini, qui vices Epiſcopi habeant, negotiáque ſiue ſacra, ſiue profana illa, expediant interim Proëpiſcopali auctoritate, dum quis aliunde Antiſtes ſubmittatur, aut ipſis illis Comitijs ritè ſuo tempore deligatur. Primas hos inter tenuit, vt loquuntur Capituli Ceræ, R. P. Dominus Petrus Bertrandi, Iurium Doctor, Abbas Grandisſyluæ Archidiaconus maior Cadurcen. etiamſi tum abſens; dignus profecto vir tantâ curâ quam & vnus deinceps, infulatus videlicet adminiſtrauit, ſuo vt loco docendum veniet; Cui in Proëpiſcopi onere ſubeundo adiunctus *Hieronymus Raymundi* Canonicus, qui ipſe aderat tum conuentui. Itáque Paulus de Carreto, cum quo Epiſcopatus quaſi gentilitio

Ius in Clericos liberiores aſſeritur Epiſcopo.

Paulus moritur eliguntur duo qui adminiſtrent.

Paulus Regibus Galliæ cariſſimus.

Paulus donatur iure Galliæ.

Pauli bona in Carretorum familia n deuoluuntur.

Paulus regni negotijs diſtritus, per alium curat Epiſcopatum ſuum.

iure, *Carretorum* ſtirpi addictus antea, illi perire viſus familiæ, aliò ſe cõuertit: Pontificio Sacerdotio noſtros inter, totos fere vndetriginta annos. Ad ipſius etiam geſta pertinet tantâ fuiſſe hominem gratiâ, non modò apud *Franciſcum* I. de cuius ſtudiis non nihil anteà, ſed verò apud *Henricum* II, etiam Regno poſt Franciſci fata potitum, vt fidelem animum Pauli, inſigniáque merita muneraturus *Henricus*, vel in mediis belli tumultibus, acieique diſcriminibus, ſextili menſe, decretorio Pauli anno, iure Galliæ donatum voluerit; quin & Octobri menſe, quia extincto citius Præſule, conceſſionem Regiam nondum ratam habuerat ante obitum, ſupremi Senatus Decretum edixit Rex, vt rata nihilo ſeciùs haberetur, cederentque relicta à Paulo bona, in iura, inque rem Alexandri, de Carretorum itidem gente, Germano Pauli Fratre ſati. Nec alienum ab inſtituo fuerit annotaſſe, dum ſubinde euocaretur Paulus ad Regiam, Regis adſuturus conſilijs, rémque Galliæ publicam, prudentiâ, rerúmque gerẽdarum dexteritate, quâ erat incredibili promoturus, cauiſſe interim ne quid Epiſcope commiſſa detrimenti pateretur, ſubmiſſo ſtrenuo Antiſtite Guillelmo Leige, Charonienſi ſedi Præfecto, de cuius meritis iam docuimus: quãquam in medio curſu, Paulo noſtro is defuit. Eius quippe obitum referunt Necrologii noſtri indices, ad annum 1540. quem & hic annnotare haud pigeat, tum quia, aliorum nomine licèt, noſtris emolumentô maximô præfuit; tum quia ad Cadurcenſem Eccleſiam eius ſpectat memoria eò vel maximè quòd illius Canonicis accenſeretur. Sic quippe habent membranę Necrologicæ, Obitus R. in Chriſto P. Domini Dom. Guillelmi de Leige, Charonienſis Epiſcopi, ac Canonici præſentis Eccleſiæ.

ALEXANDER
FARNESIVS.

Alexander Farneſius A.C. 1554.

ALEXANDRO vix dignior illuſtriorque, præfuit vllus vnquam totâ Cadurcenſium Præſulum ſerie. Vindicamus hunc nobis, iuréque quàm optimo aſſerimus ex Bullata Iulii III. Pontificis max. Chartâ, quam Cathedralis ædis Tabulario legi ſeriei noſtræ nec accommodam parum, nec minùs certè honorificam. Cauet quippe Iulii III. Pontificis Max. placito, prid. Id. Nou. anno Pontificatus quinto, hoc eſt huius ſeculi 54. (quãdo creatus fuerat Pontifex ex Ioanne Mariâ de MõteEpiſc. Card. Præneſtino Iulius III. quinquageſimo anno) Summi Pontificis auctori- 401

tate conſtitutum Cardinalem Farneſium, Adminiſtratorem perpetuum, in ſpiritualibus & temporalibus ; Sede Cadurcenſi vacante per obitum Pauli de Carreto, ſunt & affines aliæ Capituli tabulæ anno 1554. decembris quartâ die ſubſcriptę quibus Alexander S.Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis de Farneſio S.R.E. Vicecancellarius, Eccleſia Cadurc. perpetuus adminiſtraror principalis principaliter, conſtituit procuratores perpetuos, in ſpiritualibus & temporalibus, Tiburtum, Birctum militem Hieroſolymitanum, Andream Recuperatum, ac Bartholomæum de Naſis Clericum Florentiæ. Aberat nimirum Cadurco, & cui anguſtus orbis erat, quem Catholicæ rei ſtrenuum adminiſtratorem ad deploratiora negotia d. eidēda vocabant omnes populi, ſedis noſtræ anguſtiæ non tenebant. Ita licèt maiore publicæ rei commodo, maiore tamen noſtro incommodo ſediſque damno aberat, optandum vti fuiſſe videatur, illuſtrem minùs hominem, ſed intentum ſedis negotiis, in eáque regendá totum nanciſci, quàm eius iuri ſubdi, cuius curis vix digna cenſeatur anguſtior prouincia. Nec enim hæc Sacerdotia Pontificia committuntur, quò ſubditorum damno illuſtriorem aliam perſonam fulcias, ac ſuſtentes, ſed vt illis regendis, iuuandiſque incumbas, quorum tibi commiſſa ſalus, tuam vnà in periculum atque diſcrimen vocet, vtque illis attendas, de quorum tibi cenſu accreſcit ideò, tuas vti ad illos curas, tuámque induſtriam omnem conuertas. Enimuero quamquam ſupremi Sacerdotij iure res ageretur, ſuum tamen, ſediſque bonum agi rati Canonici, Farneſium, illiúſue Vicarios in ius vocant, diem ad Senatus Toloſani tribunal dicunt irritaturi, ſi qua fas, Sacerdotiorum Curialium cōceſſiones aliquot, quas Alexander, Epiſcopatus poſſeſſionem nondum indeptus, nondumque Diplomatis Pontificiis, quorum ipſe auctoritate nitebatur, ritè admiſſis probatiſque, contra iura, contra Capituli antiquiſſima priuilegia, contra maiorum mores, vt ipſi philoſophabantur, caſſo atque vano conatu indulſiſſet. Enimuerò inſecuto proximè anno ſeptimo ſupra quinquageſimum, Petro Bertrandi, conceſſit infulas Alexander factâ etiam ab Henrico II. Rege, Cadurcorum nominandi Antiſtitem poteſtate, ex Codicillis anno 1555. Ianuarij 19. datis: quæ omnia Tabularij ſacri confirmat fides. Quin & 58. anno poſt ceſſionem altero, Petrus Bertrandi ſedis poſſeſſionem indeptus eſt ſolenniter, vti ex eius Actis iam euincemus. In ſummâ tamen ſedit Pontificio in noſtros iure, ex Iulij III. placito, Alexander Farneſius, quatuor fere annos à 1554. ad 1558.

Procuratores ſtatuit.

Litem intendit clerus Farneſio eiuſque Vicarijs.

Alexander abit Pontificatu.

402 · FARNESII noſtri laudes complecti diſquiſitione propriâ, quia non mediocris operæ autumo Ciaconij elogium exſcribam, vti habeat Cadurcum noſtra, quo lubentius hominis meritis, qua parte illam ſpectant, gloriari deinceps valeat: quamquam hoc inter cætera memoriæ vitia incurrit etiam laudatus iam nunc auctor, vt in illâ commendatione, Farneſii ſe ſem Cadurcenſem o niſi [illegible] parte hominem attingebat;

Farneſij merita.

ſicut errore non abſimili ſedis noſtræ, nomen exciderat Ludouici d'Albret Præſulis Cadurcenſis, purpuratique Patris concinnando elogio, ſuo vt loco monebamus. Sic ergo Ciaconius in Paulo III. *A Paulo III. Pontifice max. Anno Chriſti 1534. Pontificatus ſui primo, die veneris 21. Maij creatus eſt Cardinalis ALEXANDER Farneſius Romanus, Pauli ipſius nepos, ex antiquiſſimâ, & nobiliſſimâ Farneſiorum familiâ (quæ Principem locum inter Romanos obtinet, & vrbis veteris monumentis, ab hinc annos quingentos honorificâ mētiōne laudatur) Petro Aloyſio Parmæ, & Placentiæ Duce, & Hieronymâ Vrſinâ honeſtiſſimâ, ac pari generis claritate fœminâ, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo natus, cùm iam inde à puero, mirificâ virtutis indole ſplendeſceret, quæ in literarū ſtudio Bononiæ ſe magis in dies oſtentabat, à* Clemente ſeptimo *Eccleſiæ Parmienſis adminiſtrator conſtitutus, ab quo ſub Pontifice maximo Paulo tertio, annum agens decimum quartum, Diaconus Cardinalis ſancti Angeli creatus, mox Giennenſis Epiſcopus S.R.E. Vice-cancellarius Sancti Laurentij in Damaſo, Archiepiſcopus Auenionēſis, à Carolo Quinto Imperatore, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto Archiepiſc. Montis Regalis poſtulatus, S. Mariæ Maioris Archipreſbyter, Patriarcha Hieroſolymitanus. Herbipolenſis Eccleſiæ in Germania præpoſitus, Baſilicæ S. Petri Archipreſbyter, ſub* Iulio *tertio, Eccleſiæ Viſenſis adminiſtrator, ſub Pio quarto Epiſcopus Maſſæ & Spoleti, Preſbyter Cardinalis, ac Presbyterorum Princeps, Epiſcopus Sabinus, Tuſculanus, Portuenſis, & S. Rufinæ; Oſtienſis & Veliternus, collegijque ſacri Decanus. per ſingulos harum dignitatum gradus ita grauiter, incorruptè, piè, ac prudenter verſatus eſt, vt quamtúmuis maiorum ſtemmate, & longo ſanguine cenſeatur, nobilitas tamen illi vnica, & ſola virtus eſſe potuerit; cuius quanta fuerit auctoritas, & in rebus gerendis dexteritas, variæ & grauiſſimæ legationes haud obſcurè teſtantur. Nam adhuc adoleſcens anno 1541. ad Carolum Quintum Imperatorem, & Gallorum Regem, qui Lutetiæ Pariſiorū conuenerant, vt vtrique Pontificis nomine gratularetur, mittitur. mortuo Cardinale Auxitano, Auenionis Legatus creatur. Ad Imperatorem, qui à Petro Luyſio vt Pontificem alloqueretur, exorari non potuerat, Gemiam veniens, ſingulari dicendi vi, quâ maximè ad perſuadendum pollebat, reluctantem Cæſarem ita deliniuit, vt Pontificem ad oppidum Buxetum Imperator conuenerit. Nec multò poſt Cæſar Sicambris domitis, eundem Alexandrum* Farneſium, *pro pace interſe, & Regem Gallorum à Pōtifice Legatum audiuit. Is æquiſſimas pacis cōditiones cum Cæſari offerret, Regem ſcilicet regni Neapolitani, & Mediolanenſis principatus iura ei conſeruaturū, Sabaudiā Duci redditurū, ea lege vt Subalpinā regionē bello acquiſitam Gallus retineret, Cæſar recuſauit: quare Farneſius paululum commotus, haud longè poſt eam occaſionem deſideraturum Cæſarem reſpondit. In illo acri & periculoſo cōtra Proteſtantes in Germaniâ bello, cum duabus Italicorum militū fortiſſimis legionib⁹ alijſque copijs, & mille cataphractis equiti-*

Ciacon. in Paulo III.

Dignitatum Eccleſiaſticarum gradus.

Legationes feliciter habitæ.

Aliâ præclara opera.

bus, Octauio fratre militiæ Duce, Cardinalis Farneſius Legatus auxilio Cæſari ſuperuenit; fuit præterea Auenionis & patrimonij Eccleſiaſtici Legatus, diuerſorum Collegiorum, Cõfraternitatum, *Sodalitiorum; Siciliæ, Aragoniæ, Luſitaniæ, Poloniæ,* Imperijque *Romani protector. Collegium* Patribus *Societatis* IESV *ad Eccleſiam Montis Regalis, cui ipſe præerat, templum S. Syluestri, in mõte Soracte, Diui Antonij ædem, Monaſteriũ ad aquas Saluias; tẽplũ Virginis ad cryptã ferratã conſtruxit. Deniq; auguſtiſſimũ in vrbe tẽplũ, eiſdẽ* Patribus Societatis IESV, *à fundamẽtis erexit; aliáq; plurib⁹ in locis ædificia excitauit. Obijt* Romæ *anno Christi* 1589. *ſexto Nonas Martij, & in tẽplo nominis* IESV *ab ipſo dicato ſepultus eſt.* ſubdit & alibi Ciaconius itidem. — Extrema fata.

Alexander Farneſius Diaconus Cardinalis S. Angeli, S. R. E. Vicecancellarius, S. Mariæ Maioris, ac poſtea Baſilicæ S. P. Archipresbyter, pluribus legationibus, ampliſſimis reipub. muneribus, & diuerſarũ Eccleſiarũ gubernaculis feliciter adminiſtratis, multiſque regiæ liberalitatis in pauperes, & pietatis in Deum monumentis excitatis, Romæ mortuus die ſexto Nonas Martij, in templo quod nomini IESV *conſtruxerat, & dicauerat ſepultus eſt.*

PETRVS II. BERTRANDI.

404 PETRVS ex *Alexandri* ceſſione Cad. Epiſc. renuntiatus iam anno ſeculi huius 57. ſolenniter ad ſedem Pontificiam, noſtrorum Ordinum ſtipante turmâ, die Sextilis menſis vltimâ, anno proximè inſecuto euchitur; iam Pont. auctoritate iura dicturus noſtris, quos *Proepiſcopi munere* poſt *Pauli fata,* deceſſúmque rexiſſet. Vir illo munere omni, eâque dignitate, ſi fas, multò ſuperior; *Bertrãdorũ familiâ Toloſates inter ampliſſima* oriundus, *Ioannẽ illũ Bertrãdi,* ſigillo Regio Præfectũ, Procancellariũ. Cãcellariũ deſignatũ, *Franciſco* I. *Henrico* II. imprimis carum, *purpurâ ſacrâ,* ob merita amictũ *Pauli* IV. cõceſſione. *Senonensẽ Archiepiſc.* cognatione proximè attingebat. Et verò, quod ad hominis dignitatẽ facit non parũ, delatas non antea induit infulas, quàm alijs munerib⁹ rite olim perfunct⁹ ſibi ad dignitatẽ Pont. quà meritis, quà Eccl. rei vſu, viam ipſe ſtrauiſſet. *Archid. Cad.* ſpectarant antè noſtri, *Offic. Gener. Vicariũ grãdis ſyluæ Abbatẽ,* magis vt tribuerent hominis meritis, cuius virtutẽ altiùs inſpexiſſent, eóq; certiorib⁹ quò diuturnioribus experimentis cõprobatã; quãdo *perſonã vix diu feras.* Ab eo innouata confeſtim reſtitutaq; ſunt ſacris Prouinciæ, Diœc. Comitijs decreta antehac: quò ipſe erat perfunct⁹ munere 4. Kal. Maias. Additę & ſũt leges aliæ de frequẽtis Cap. cõſenſione Aedis primariæ, cõcordiæ paciq; cõſulturæ, vicenæ ferè *illæ an.* 1560. 6. *Nou. ſcriptæ.* At dũ ſe ad noua accingit, totáq; Diœceſeos in meliora inſtauratione in votis habet, ſerpunt latè *Caluiniana hæreſis fibræ,* & iã magnatũ oſcitãtiâ, fauẽtiáq; licentiæ applaudẽte fidei pietatiſque pernicie, in dies inualeſcunt. An. præſertim huiúſce inauſpicatiſſimi ſeculi 61. Cad. acceſſere turmatim, repagulis recluſis omnib⁹, & (vel edictô principis) aulu, in veſaniã omni

Petrus Bertrandi ab A. C. 1537 ad 1563.

Natales hominis.

Munera nobilia

Caluiniſticæ peſtis appulſus Cadurcum.

exhibito. Nihil hic attinet *peſtilentiſſima dogmata* recenſere, quæ vtinam neſciret Gallia; quamquam vt omnis error eſt nutabundus, impotens ſcilicet in veſtigio ſtare contra vim veritatis, mutauit hæreſis ſubinde faciem in vno, & ab ſe, & à fidei regula omni, diſſentiendi voto conſtans.

Impunitas.

vix credibile eſt quâ impudentiâ ſeſe noui Dogmatici tota vrbe iactarent, vt licentiæ libertatiſque permiſſæ velo, non tam impotentiam animi tegerent, quàm nudarent. Ridere palam ſacra, inſultare Sacróſanctis Eccleſiarum famulis, ſpernere piëtiores quoſuis, magiſtratus ludificari. Fuit de grege ſegregum *miniſtellus*, qui in mediâ concione imperato ſilentio, indignè ferens *campana* templorum *æra*, quibus noſtri ad ſacra ſignum dant, ſtygiis declamitationibus obſtrepere, ſuos adeò aſſeclas concitaret, vt pulſando pro more æri Catholicum intentum occuparent continuò, pugnis, verberibúſque complutum, ac ſemineci quamſimillimum tâtum non interimerent, dum ille interim nouâ pulſandi initâ ratione, non iam ad ſacra, ſed ad bellum, atque arma populum euocat. Neque in vanum vota. Adeſt confeſtim noſtrorum vis immenſa, rei indignitate commota, eò etiam vſque, nullo vt metu Magiſtatuum coërceretur, primùm expellere vi fumi inclusos vnà diuinæ rei, publicæque ſalutis hoſtes acerrimos, ex latibulis educere, eductos impunè mactare; itaque vrbem omnem iſtâ purgare peſte, omni vti ad noſtra tempora contagio caruerint, vel in tantâ peſtilentis cœli vicinitate; nullúſque Ciuis hactenus apud nos errores eos ſit profeſſus: magni vt ſtimuli ſint Magiſtratibus admoti, ingētéſque iniecti animi, non vi iam in hac tantâ Galliæ pare, ſed ſolertiâ, ſed conſilio præcauendi, ne qua lethalis aura ciues afflet, ne qua peſtiferos errores hominum ſocietas allinat; quò puram atque valentem Ciuitatem, quam ab auis accepimus, florentiorem etiam ad poſteros ipſi tranſmittant. incendit ea cędes, (exortę licèt iræ ſint & vel ab inuitis per inſolentiam audaciámque ſummam expreſſæ) inflammauitque totâ Galliâ ſegregum animos, expilandâ olim vrbe ſtragem vlturos, & verò anno ſecuto proximè *ſecundo ſupra ſexageſimum*, manu facta, duce *Duratio* ad ſcelus omne facto, ad improbitatem omnem educto, *Antiſtitis* noſtri occupant oppidum, cui nomen *Mercurio*, arcem inuadunt, & per militum an proditionem an ſomnolentiam oſcitâtiámque potiuntur. Venit & ipſe Præſul grandi iam natu vir, grandioribus meritis, in hoſtis ferociſſimi poteſtatem, cęditur, excarnificatur, ac tantum non occiditur, adeò iræ luporum omnes in uigilantiſſimum paſtorem verterant. Exportatur & *Petrogoram*, vitâ ad exprimendam vim æris quàm immenſam relictâ, dum nimirum filij amantiſſimi, non de ſuo tantummodò, ſed vel de vita ſinguli parentem merentiſſimum ducerent ſeruituti eripiendum. At commodùm, ſuppetias *dux Monlucēſis* (qualis hæreticorum cæſor, qualis in conclamatis periculis ſtator!) hoſtem fugat, frangitque, Præſulem noſtrum de furoris, infamiæque eripit faucibus, ſuis atque ſedi reſtituit *die*

Feliciter eijicitur vrbe.

Petrus ab Caluiniſtis capitur ſeueré diuexatur.

Februarij 14. quàm auſpicatiſſimo, noſtriſque faſtis candidiſſimo. Quanquam illa ætate, illis laboribus exhauſtus, cruciatibus illis iam tantum non enectus, conualeſcere nunquam potuit, ſed verò toleraris patientiſſimè doloribus Christi cauſſâ inflictis, breui póſt ad promeritam tot nominibus lauream, non ſine omnium Ordinum mœrore publico, commigrauit. Diē annotant Capituli tabulæ in hæc verba. *Anno* 1563 die 3.

Eripitur ſtrenuitate Ducis Monluci.

Sept. moritur R. in Chr. D. Petrus Bertrandi, poſt morbū 10. aut 12. dierum: quod ipſum confeſtim Officialis Capitulo nuntiat; & ipſum reliquiſſe per teſtamentum corpus Eccleſiâ Cathedrali ſepeliendum, in Choro, prope altare, ad pulpitum Epiſtolæ, & legaſſe Capitulo mille libras. Teſtantur & geſta Capituli eodem ipſo die creatos cum pleniſſimâ poteſtate, vt fit, *Vicarios Paulum de Triſtanis Archidiaconum maiorem, Antonium Regourd Archidiaconum de Torneſio, Mausfredum de Cardaillaco Cancellarium.*

Breui moritur.

Vicarij ſuffecti.

Quin, vt Canonicorum mirere diligentiam, déque ſedis ſplendore ſollicitudinem perquàm anxiam, eodem ipſo die per literas *Bituricenſem Archiepiſcopum* (cui contribuuntur noſtri) monent, cogenda Cadurcum ſacra Comitia Antiſtiti nouo creando, ad 10. Kalen. Nou. tempeſtiuè vt ille adſit, nimirum poteſtate priſtinà (iam ferè antiquatâ) ad calculorum plurium vota eligendi Antiſtitem, *ab Carolo* IX. *Franciæ Rege* non pridem reuocatâ. Quin &, vt res tota conſultius certiúſque geratur, *Antonium Regoudum* virum gerendis rebus ſtrenuum, conſilio maturum, perſpicacitate quàm acutum, quem dotes animi ad non infimum gradum euexiſſent, *Toloſam* de ſacri Comitij conſenſione deſtinant, cautelas omnes iuris de Conſultiorum reſponſis inquiſiturum. Quamquam reuocauit à cœpto hominis animum, Comitiíque ſacri auſa *Pij IV. ſummi Pontificis Reſcriptum*, electione omni interdictâ, poteſtatéque eligendi Antiſtitem, quam ſedes olim Apoſtolica Clero ac populis permiſiſſet, iuſtas ob cauſſas reciſâ, contractâ, reuocatâ. Nec ita multò poſt Diploma Pontificium Anno 1564. Pontificatus Pij 5. die 4. Kal. Maias datum, Pedum, atque ius omne Pontificium in *Ioannem. Petro Bertrandi, ſede iam paſtore vacuâ ſucceſſurum tranſcribit.* Illud verò imprimis eſt eo Diplomate diſpiciendum, *Ioannem hunc electum Vaſatenſem vocari*; caueri à Pontifice derogatum ab ſeſe (pro ſummâ ſcilicet poteſtate, quæ adductas habenas queat vel eâdem dextrâ reducere) *Concordato cum Franciſco I. quod & in Carolo vigeret etiamnum; detractum itidem Priuilegio Cathedralis Cadurcorum Eccleſiæ quæ id erat immunitatis nacta, vel ipſo atteſtante Pontifice, vti non niſi ſuo ex gremio, atque ſinu, eductos. pateretur Antiſtites*; quamquam hoc diſertè caueat Pontifex, hac ſe tantùm vice priuilegia iſthæc reſtringere, deinceps amplitudini priſtinæ permittenda. Itaque contra vota Capituli priora illæ, licet non contra eiúſdem voluntatem, atque conſenſionem, vbi eſt ſemel agnitus vir tanto aptus muneri, nec contra reipublicæ ſoſpi-

Agit Capitulum de eligendo à ſe Pontifice.

Pius IV. Ioannem creat.

ANTONIVS *Ebrardus Sanſulpicius* perilluſtri Cadurcos inter, totâque Galliâ percelebri ſtemmate oriundus, *Ioann* vitâ functo ſufficiendus deſignatur continuò, inſequenti ſcilicet proxmè anno fatis nimirum negotium vrgentibus, & minùs prouectæ ætati, quàm vt par eſſet tantæ prouinciæ, ſeriæ mentis grauitatem, ſupra ſenilem etiam, in ſubſidium maturantibus. Enimvero videre erat Præſulem *& Regis Chriſtianiſſimi* calculo & *ſedis Apoſtolicæ* Diplomatis ritè ſublectũ, duodevigenti annos vix dum emenſum, maxima quæque grandi animo occupantem, eâ ætate, eô conſilio, vt quantùm anni detraxiſſent authoritatis, tantundem, nec ſine auctario, in ſolidum ſarciret maieſtas ſapientiæ. Seculi quinti decimi ſextus ſupra ſeptuageſimũ annus iam agebatur, cum ecce tertiò Idus Nouembris Cadurcum Ebrardus appellit Antiſtitis clarus inſignibus, frequentiſſimô concurſu ciuium, effuſæque Nobilitatis, quà ad ſacræ pompæ celebritatem, quà ad nominis tanti venerationem ſumma vniuerſorum voluntate accitô. Vix dum pedem in ſede fixerat cùm anno abhinc tertiò ab *Gregorio tertio decimo* in vrbem euocatur Antonius, quò nihil iam deeſſet ad honoris, ac dignitatis cumulum, quãdo vel ipſe ſupremus Pontifex, honorificâ etiam beneuolentiæ ſignificatione, palam hominis merita, nomen, ſtemma, animi dotes, indolémque complecteretur. Et verò tenuiſſet diutiùs Antonium Romana Curia, ni patriæ periclitantis, gregiſque palabundi ſollicitudo Parentis, Paſtoriſque optimi animum obuenturum periculis, ad ſuorum ſalutem ſoſpitatemque; opportuniſſimè pellexiſſet, pellectumque blandiſſimè reuocaſſet. Inuaſerant Cudurcum Segreges Caluini ſatu nuper editi, (quâ fide homines, quôque ingeniô antè docuimus) quarto Kalendas Iunias, anno huius ſeculi octogeſimo Ciuitate totâ potiti, ablegatis procul Catholicis, quò religione omni decuſſâ, impunè graſſaretur impietas: hæc inter ſæuire in templa, aras diruere, diuorum reliquias proculcare; Catholicæ religionis monimenta ſuſdéque vertere, ſacras Cœlitum Icones deturpare, ac cõminuere ne vel ipſæ ſanctitatis mutæ Imagines impietatem exprobrarent ſilentiô; in ſummâ profanare omnia. Commodùm flagrantiſſimâ famâ graſſantis latè mali excitus, adeſt Româ Antonius, & vt erat arduis auſpicandis, & peragendis natus, factúſque, cum *Arnaldo de Gontealto* Franciæ Mareſcallo, Auunculo (huic pacis ineundæ conditiones Rex commiſerat) ita ſuorum res componit, eâ vt lege maximè pacis ineantur articuli, Cadurco vt cedant nouatores, obtigitque ſolennis ceſſio proximè, poſt inuaſionem, Februario ſubſequuto, ipſôdecimô die Kal. Martias. Extant Ciuitatis noſtræ Archiuo fideles tabulæ, quibus *Ioannes de Morlion* Noſtratum Prætor de *Franciſci Regis Fratris imperio*

Antonius IV. ab A.C. 1576. ad 1600.

Stemma eius.

Sedet ab anno. ætatis ſuæ 18.

Iam maturus.

Sedis poſſeſſionem init.

Romam vocatus à Gregorio XIII. perhonorificè excipitur A. C. 1579.

Româ regreditur ad ſuos iuuandos contra Caluiniſtas.

A. 1580. Caluiniſtæ Cadurcũ occupant. Quâ impunitate.

Anno 1581. cedunt vrbe, auctore *Antonio*.

Digitized by Google

Cadurcenſium Conſulum ditioni, vrbem & claueis poteſtatis inſigne ſolenniter reſtituit, ſed ſcilicet, vti iam cautum eſt, *Arnaldi, Ebrardique* noſtri conſilio, ſalubribúſque monitionibus tam conuentò ſel citer, eam vt omnem gratiam Sanſulpiciæ genti cùm primùm debeamus

Enimverò non publicæ ſalutis modò vindex egregius, ſed & ſacrorum 406
iurium ſedis ſuæ propugnator acerrimus *Sanſulpicius* noſter, trium Ordinum Cadurcorum ſolenni calculô, qualia forent Noſtros inter Præſulum iura decerni voluit ſapientiſſimè ſeculi huius anno tertio, ſupra octogeſimum. Cùm enim incidiſſet in eas temporum calamitates, quibus hereſeon impunitate atque licentiâ, Eccleſiaſticæ rei maieſtaſacrorúmque iurium ſanctictas imprimis petebatur audaciùs, elicierdam ab Ordinibus omnibus prudentiſſimè cenſuit confeſſionem teſtatiſſimam honoris, atque dignitatis, qualem Antiſtitibus ipſi deferent, qualem omni retro memoriâ delatam ab maioribus accepiſſent. Ipſo die quinto Kal. Martias, ſi fides Cadurcenſiũ Ordinum tabulis exactiſſimæ fidei, iura hæc annuenti, Antonio Præſulibúſque aliis Cadurcenſibus non delata, ſed dudum iam poſſeſſa iure quam optimo, aſſerta ſunt ſolenni Ordinum ſubſcriptione, penes Cadurcenſes Antiſtites, quibus Baronum Comitúmque authoritas nexu perpetuo adiuncta ſit, eſſe, foréque Ordinum faſces; illis ex voto res vocandi ad diſquiſitionem, ſententias ſigillatim rogandi rogatáſque ritè pronunciandi ius eſſe integerrimum nec vero illis modò ſed & ſi quibus vices ſuas legitimè commiſerint. Primò loco ſubſcribere Decretis Ordinum, caſſa atque irrita omnia, ſi quæ non Antiſtitis nomine, atque authortate publicẽtur; nec præeſſe modò Ordinibus, ſed & magnatum cuiuis conuentui, quocunque tandem tempore ineatur, ſi quæ, quà tractus noſtri, quà regni noſtros inter, publica agitentur negotia, nihil vt moliri ſit fas inſcio Præſule, nihil niſi eodẽ moderãte, eius vnius eſſe quatuor ſeligere ex voto, binos è Clero, totidẽ è Nobilitate, quos regiarũ indictionum maiorum computis peruidendis, examinandiſque committat: ne quid Quæſtorum vitio, aſtu, auaritiâque peccetur publicæ rei detrimentò. Si abſint, Ordinum conuẽtu, qui illic ex officio agenda obeunt, ſufficiendos alios eorum vice nominat imprimis Antiſtes: Si nondum appetente conuocandorum Ordinũ tempore in commodum publicæ rei inopinatò ſumptus qui faciendi, præſcribet Pontifex, atque interim moderabitur. Coactis authoritate Ordinũ publicâ militum copiis, Epiſcopus etiam aderit, ſi eo iure vti libitum, legibus adſtricturus, inſtituturus monitis. Cautum & pro veteri more, vt in conuocationes Ordinum ſingulas certâ vi nummûm donetur Præſul, impenſis & incommodis pro negotio publico obitis (vti in illum penè vnum tota negotiorum moles incumbit) ſarciendis, compenſandiſque, quam ſummam augendi poteſtate penes Ordines multa, imminuendi nulla.

Ann. 1583. Antonius in Comitijs prouincialibus Epiſcopi Cadurc. iura approbari prudenter curat.

Variorum Epiſcopi Cadurc. iurium enumeratio.

Placet ad poſterorum documentum ipſos articulos ex ordinum Ipſius Ordinum conſtitutionis verba,
407 Chartario fideliter ſubtexere ad Præſulum noſtrorum dignitatem haud parum effecturos.

Monſieur l'Eueſque Baron, & Comte de Caors, eſt Preſident né & perpetuel des trois eſtats. A touſiours iouy de ce tiltre, & a eſté touſiours aſſis & nommé le premier deſdicts Eſtats, & a dés tout temps preſidé en toutes les aſſemblees generales deſdits Eſtats, & aux particulieres des deuze deputés, faict telles propoſitions, & remonſtrances que bon luy ſemble ſuyuant le temps, occaſions, & occurences des affaires, ſans preiudice aux autres des Eſtats de propoſer auſſi, faict opiner leſdits ſieurs des Eſtats ſelon leurs rangs.

Collige les voix deſdits Sieurs faiſant la concluſion de toutes choſes, ſuiuant la plus grand voix; Si leſdits ſieurs ſont mipartis en opinion il peut donner la ſienne à qui luy pleira. és affaires que les Eccleſiaſtiques peuuent & doiuent, opiner ſuiuant l'ordonnance & conclure auſſi ſuyuant icelles. Prononcer toutes les reſolutions, reſponſes, & ordonnances deſdits Eſtats, & lors qu'elles s'eſcriuent doit eſtre faicte mention du nom dudict Sieur Eueſque Baron, & Comte de Caors y preſidant.

Qu'il a eu touſiours, & a le droit d'eſlire, & nommer toutes les annees en l'aſſemblee generale quatre auditeurs des Comptes, tels que bon luy ſemblera, aſçauoir deux de l'Egliſe, & deux de la Nobleſſe.

S'il y a aucun office des eſtats vacant il peut propoſer ſi bon luy ſemble à l'aſſamblée deſdits Eſtats les perſonnes qu'il eſtime eſtre dignes deſtre leurs Officiers, ſans preiudice auſſi auxdicts Sieurs de propoſer d'autres, & apres eſlire.

Qu'il ſigne le premier touts les cayers tant des deniers Royaux, que autres qui ſe leuent tous les ans pour les debtes & affaires du pays.

Qu'en defaut deſdits Sieurs des Eſtats, ou douze deputez, leſdits Sieurs des Eſtats nomment & eſliſent ledit Sieur de Caors pour ordonner des deniers qui ſe leuent pour les frais inopinés, qui ſe font pendant l'année, tant à la pourſuite des procés, voyages ordonnés par leſdits des Eſtats, payements des Meſſagers, que auſſi pour le ſalaire des Clercs des finances, & autres menus frais, & ce par mandement qu'il faict faire aux Secretaires des Eſtats de luy ſigné l'adreſſant aux Threſoriers & Receueurs du pays.

Qu'il peut aſſiſter s'il luy plait, & auec luy les douze deputés aux departemens des gens de guerre tant de cheual que de pied qui ſe font en ce pays de l'ordonnance de Meſſieurs des Eſtats, par l'aduis des Seneſchaux & Gouuerneurs particuliers, leſquels doiuent prendre aduis dudit Sieur Eueſque preſidant, & en cela & en toute choſe d'Eſtat qui concerne le bien du pays.

Qu'en l'abſence dudit Seigneur, Son Vicaire, ou tel autre que bon luy ſemblera de la qualité requiſe preſide en toutes choſes cy deſſus eſcriptes, comme ſi ledit Sieur Eueſque Baron & Comte y eſtoit preſent.

Que ſuiuant l'ancienne couſtume, luy demeure accordé la ſomme de cent liures, *pour ſes frais, qu'il faict eſdictes aſſemblées, ou pour les autres bons, & continuels offices, qu'il faict ordinairement au pays, ſans preiudice aux dicts Sieurs des Eſtats de luy augmenter, ſi bon leur ſemble.*

Les preſents articles ont eſté reſolus & publiés arreſtés & emologués en l'aſſemblée generale des Meſſieurs des trois Eſtats de Quercy tenus a Caors le vingt & troiſieſme iour de Feurier mil cinq cens octante trois, en la preſence & aſſiſtance de Meſſieurs Antoine Ebrard de Sainct Suplice Eueſque Baron & Conte de Caors, qu'il a acceptés ſans preiudice d'autres priuileges qu'il pourroit auoir, apres auoir eſté mis en deliberatō conclus & arreſtés uniquement, & en foy de ce ſe ſont icy bas ſignés a l'original tant ledit Sieur Eueſque, que leſdits Sieurs des Eſtats de l'ordre Eccleſiaſtique de la Nobleſſe & tiers Eſtat, le nom deſquels eſt icy omis & laiſſé pour briefueté. Extraict des regiſtres des trois Eſtats de Quercy. Tauran greffier ainſi ſigné &c. Hùc faciunt Regiæ litteræ hôc ipſo annô datæ Decembris die quarto decimo, quibus iura, quatuor illos diſpungendis, ſubducendis, ſubſcribendiſque rationibus committendi, vni aſſeruntur Antiſtiti. Adtexam tabularum ipſammet formulam *Le Roy en ſon conſeil a ordonné, & ordonne Que ledict de Sainct Suplice commetra eſlira & nōmera tout les ans à l'aſſemblee generale qui ſe faict audict pays, pour la preſentation des commiſſions des tailles, quatre perſonnages du corps deſdits Eſtats, a ſçauoir deux d'Egliſe & deux de Nobleſſe, pour auec les quatre villes principales, & quatre Chaſtelenies dudit pays repreſenter le tiers Eſtat, voir, examiner, & clorre le compte que le Receueur d'iceux commis annuellement à la recepte des deniers du Roy preſente, pouruoir aux affaires occurentes, & iouyr des autres droicts & priuileges, dont il a accouſtumé de iouyr ſans innouer aucune choſe &c.*

Anno 1583. 14. Decemb. Rex Antonio confirmat ius quatuor deputandi peruidendis Regijs rationibus.

Anno proximo adeſt Bituricenſi Synodó ſubſcribitque Semptembri menſe: Octobri fori Eccleſiaſtici iura ſegeſque, ac ritus ſacros totâ Diœ- 409
ceſi ſeruandos illos, denuò ſancit, corruptelisque circumciſis, atque reſectis, quæ vti aſſolet temporum vitio ſerpunt, atque longinquitate vni melior ique formæ reſtituit. Interim *Bertrandi Germani*, Cadurcenſis merentiſſimi Seneſcalli, quem eâ fine in ſoſpitatem patriæ exciuerat è Regiâ, conſiliô, prudentiâ potentiâque Caluinianas populationes repentinaſque incurſiones quibus tota prouincia erat vehementer infecta, quà fas compeſcit, magnâ in populares gratiâ. Alterô ab hinc annō in grauiſſimorum Antiſtitum conſeſſu celeberrimo, rei Eccleſiaſticæ, dignitatis, atque ſplendoris egregius promotor, *Tridentini Sacroſancti Concilij* publicanda ſtatuta, nec totius Eccleſiæ leges illas diuinas (veriùs oracula nuncupes) irritari, atque proſcribi regno vno Chriſtianiſſimo, religione ſaluâ, poſſe contendit conſtantiſſimè.

A 1583. ſubſcribit ſynodo Bituricenſi formula, Epiſcopalis fori ac Ritus ſacros reſtituit totâ Diœceſi Romano ritu.

Caluiniſtas cōpeſcit Antonius ope Bertrandi fratris.

Non peruicit tamen extemplo, dum grauiores ingeruntur id tempo-

ris difficultates, queis eluctandis comperendinandum nonnihil ſenſere plurimi. Attamen non paucis capitibus ad Eccleſię forum, iura, vſúmque facientibus, quæ *Antonius* noſter in ordinem digeſſerat, quò ad *Tridentinæ Synodi* Canonem, atque normam, quà fas id temporis omnia regerentur, vt Antiſtites etiam notabiliores interea rerum ſubſcriberent, quâ erat dicendi vi, atque authoritate, confecit vel in ipſâ Regiâ. Extat hæc apud me ſubnotatio aſſentientium hoc ordine Præſulum ſummi nominis, *Petrus de Villars* Viennenſis, *Antonius Canigianus* Aquenſis, Archiepiſcopi. *P. de Villars* Mirapicenſis, *Antonius* Idem. *Claudius* Nouiodunenſis, *Antonius de Cuppis* Ciſteronenſis, *Lucas* Matiſconenſis *Guillelmus* Siluanectenſis, Epiſcopi.

Tridentinā ſynodū Galliæ totā publicandam contendit Ann. 1586. non omnino impetrat, ſed ex parte in graui Epiſcoporum conſeſſu.

Conuocatis *Bleſis* regno toto, iuſſu Henrici Tertij, Galliarum Ordinibus, ad duodecimum Kalend. Nou. anni 1588. ſedit reliquos inter Præſules noſter *Antonius*, vt verò ab eo conuentu ciuilium ſeditionum flammis tota exarſit miſerè Gallia, ita rei Eccleſiaſticæ maieſtas omnis dignitáſque tantùm nō proculcata, noſtris maximè finibus, iacuit, vixque vlla digna annalibus totâ Epiſcopê interim moliendi permiſit noſtro Præſuli temporum infelicitas, ſi vnam demas curam in alto atque pingui ſeceſſu, cui hominem haud volentem affixerat quà pedum morbus, quà temporum calamitas. Diœceſeos omnem rem, iura, ritus, vſus, & ſacras formulas elimandi, procudendique, quo in genere quantus fuerit docent editi hodiéque libri ſacri diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſtituendæ. Regreſſus vix dum erat *Bleſenſi Cœtu* cum ſtudia partium Cadurcos inter tam concitata comperit, vt tutò haud potuerit ſeſe tumultuantis populi voluntati permittere. Exulat itaque penè ſex annos ſolidos Epiſcopali ſede, vrbeque, inuitus etiam, ſéque interim, atque ſua oppido peramœno (*Albario* eſt nomen) in tutum ſapienter ſubducit; ne quid *Henrico tertio* (cuius ſe partibus totum addixerat) flagranti apud illum gratiâ, cuique à conſilijs ſecretioribus etiam erat, infenſiores animi, ſiniſtri molirentur. Sileo iam de iure ſingularum partiū definire, & vtrum hi, an illi publicam iactitando cauſam, Religionem, ac pietatem priuatis rationibus, vt ſæpe fit, prętexerent, decernere, longioris puto ſubſellij Poſt diutinum illum ſeceſſum acerbiorem plurimis, magnâ omnium Ordinum gratulatione reuocatur Cad. anno ſeculi huius 94. Adit & bienniô pòſt *Rotomagum* accitu Regis, eius adfuturus conſilijs vix per articularis morbi dolores acriores ea emenſurus itinera, ni ſuſtentata viribus animi corporis imbecillitas, conſtantiæ quo erat, inuicto robore, omni vi morbi multò ſuperior, in Regis gratiam euaſiſſet. Superant deinceps ad vitæ exitum morbi ingraueſcentis dolores vni ſubeundi Antonio; decumbit quippe quatuor ipſos annos extremos, cum moleſtiſſimâ acerbitate Podagræ conflictatus acerbiùs, quò magna indoles magnis, dum ſoſpes foret, exercita curis, grauibus

A. 1588. adeſt Galliarum ordinibus *Bleſis.*

Tumultus ciuiles totâ Galliâ.

Interim iura ritusque Eccleſiæ meliori formæ reſtituit Antonius.

Antonius ſtat à partibus Henrici III. *Cadur.* cogitur ſecedere.

Cadurcum redit honorificè. A 1594.

A 1596. à Rege aduocatur Rotomagum.

Grauis valetudo.

diſtenta negotijs,non niſi magnas itidem morbi acerbitates eluctaretur, quò,& conſtantiæ ſingularis documentum daret extremis fatis, qui maiorem humanis rebus animum toto vitæ tempore prętuliſſet. Adeò amplos animos magnis exercitamentis probare certum eſt ſuperis.

Obit Albarij A. 1600. podagrâ & hydropiſi.

Decretorius dies *Ebrardo* fuit in ipſo oppido *Albario,cuius amœnitate,atque delicijs pluſculum fruebatur*,vel ſi loci ſitus humidior morbi vim exacueret ſeptimus Kalend. Sextiles eius anni,qui ſextum decimum claudebat ſeculum. In ipſa floridioris ac virilioris ætatis firmitate,animum extundentibus obſtinatâ tenacitate cruciamentis, quà podagræ, quà intercutis aquę tentari dudum cœpta valetudo tandem conceſſit. Extant pietatis atque religionis non vulgaria monumenta, quibus antehàc actæ vitæ merita cumulauerit.

Teſtamentum pietatis plenũ, Sepulchrum, legata pia.

Tabulis quippe teſtamentarijs, principis Cadurcorum ædis(quâ ſedes noſtrorum Antiſtitum tot ſecula perennata) condi ſe iubet mediô ac velut vmbilicô:fundi ampliſſimi obuentiones eiuſdem Eccleſiæ foro tranſcribit,quibus Sacerdos vnus,tréſque ab eo ſacra, Eccleſiæque ritus edocendi,donec Sacerdotij ætas dignitáſque acceſſerit percommodè alantur. Templis quammultis totâ Epiſcopê, quorum vſus ipſe prouentibus,legat vim nummûm haud contemnendã, quò ſi quid defuiſſet curæ,ac ſtudij, quà fas penitus ſarciretur. Subiuit & morituri animum memoria *Capucinorum* Patrum, quos tantâ Sanctitatis famâ percelebres vbique gentium,Cadurco vni penè ignotos dolens, cenſuit impellente numine,quàm primùm euocandos, vti qui tantam gratiam pro Paſtoris munere ſtrenuè obito,Antonio Cadurcenſes debebant, hâc

Hortum peramœnum exædificando Capucinorum cœnobio legat.

extremâ *Sanſulpiciorum nomini,atque ſtemmati* tantò æquiùs, quantò veriùs ſementem totam ſemini, riuúmque omnem fonti debeas, omnium ſeculorum poſthàc memoria obſtringerentur. Cauit quippe ſupremis tabulis,vt hortus ille amœniſſimus iuxtà ampliſſimúſque. elegantiâ,ac cultu viſendus, qui ad vrbis pomœria totius erat delicium Ciuitatis, mutatô cultu, atque in ſanctiores vſus tranſlatô totus Capucinorum Patrum extruendo cœnobio,templo,horto, alijſque id genus vſibus tranſcriberetur;quod ipſum ſapientiâ ſucceſſoris (cuius nos acta ad ſe rapiunt extremum operi manum impoſituros)ritè peractum, pro teſtantis Antonij voluntate, ſuo deinceps tempore annotabimus.

Infrà n. 419.

***

SIMEON
STEPHANVS II.
A POPIANO.

Stephanus ab A.C. 1601. Nobilitas eius.

SIMEON *Stephanus* nobili, *Biterrenſi* tractu, *Popianorum* ſtirpe ſatus, hodieque ſuperſtes, *Sanſulpicio* ſubſtituitur derepente; ſopitis iam atque extinctis HENRICI *magni* fortitudine, prudentiâ, clementiâque ciuilium tumultuum flammis Galliâ tota; rei Eccleſiaſticæ gerēdæ gnauiter occaſionem tanto feliciorem nactus, quantò longâ temporum ſerie Eccleſiaſticô Magiſtratu fide integrâ defungendo, ætas atque experimenta, ad tantum munus obeundum hominem locupletiùs inſtituerant. *Biterrenſis* Eccleſiæ Cathedralis Canonicis dudum antehâc accenſitus, *Præcentoris* etiam dignitate inſignis, Epiſcopali foro ſuprà tres ac viginti annos totos præfuerat. Sacri Iuridici (*Officialem* vocitant) munere defungendo exactiùs, nihil interea non edoctus cauſarum atque articulorum qui ſpectare queant Antiſtitem. Sileo, quia rem ſacram minùs attingit ſupremi Toloſatum Senatûs Patribus, *Henrici magni* munificentiâ atquedonô adſcribi Stephano fas fuiſſe (Senatoris quippe iure vltrò delato Regijs litteris quinto Kalen. Quintiles datis anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo altero) ni ipſe, gradus ſacri muneriſque tenacior, profanis abdicatis honoribus ſeſe ad ſacra pertractanda conferre, quâ erat animi ſagacitate, conducibilius exiſtimaſſet. Deſtinarant nimirum porrò fata hominem ſedi noſtræ, eoſque interea rerum indebant clam affectus, ad quos obeunda olim Præſulis dignitas fingendum maturè poſcebat; Nec enim aut ex thymbra lanceam, aut niſi ex buxo Mercurium. Hiſce ergo munerum gradibus, virutis editis atque induſtriæ non ignobilibus documētis ad ſacras Præſulatus euectus infulas, de Regis Chriſtianiſſimi aſſenſu, de *Clementis VIII.* ſummi Pontificis authoritate, *quarto Idus Septembres, ſeculi ſupra decimum ſeptimi anno primo*, au-

Munera Eccleſiaſtica dudum obit. Canonici Præcentoris, Officialis.

Senatoris Toloſani dono Regio delatos honores reſpuit.

C.A. 1602. Eligitur à *Clemente VIII.* Pont. nominatur ab *Henrico* IV. Rege.

picatò *creatur* Romæ Cadurcorum Antiſtes. *Inungitur* ſolenni ritu poſt bimeſtris temporis ſpatium *quarto Idus Decembres* in ipſa *Biterrenſi* Eccleſia, vt quæ dudũ ſpectarat hominẽm res ſacras amplificandas pro officio liberalius, ardentiuſque incumbentem contueretur coram emeritum iam militem ijs honoribus donari ornarique, quos diutina merita, pro quæ ſacris legibus labores ſubiti, non ſocordia laſciuiaque, iure quàm optimò peperiſſent. Attexam ipſas *Bullatæ chartæ Pontificiæ* tabulas, vt quam ab ipſis Epiſcopatus Cadurcorum à ſpiciis à ſumma *Petri Sedi* authoritatem dimanaſſe Noſtros ad Præſule, toto decurſu co nmonſtrauimus, eiuſdem fontis perennato profluuio perpetuatam ad noſtra tempora, poſterorum memoriâ, hodieque intueantur vel inuiti lucifugæ quibus Romanæ cathedræ ſplendor lippientes obtundit oculos, ad tanti luminis, et nihil dubia edocent omina, fulgorem excæcandos. Iuuerit & formulam ipſam articuloſque Pontificij noſſe Diplomatis quò quibus maximè conditionibus non tam honores certe quàm mera deferantur onera in exitium æternum etiam impares depreſſura humeros, ij imprimis ſentiant, quibus his inhiare gradibus libido eſt effrænatior tantò, quantò ſe induit in grauiora non iam pericula ſed exitia certa, muneri tanto impar ambitio. Iuuerit & ex Oraculi ore excipere non niſi ſpectatiſſimâ fide teſtatam Simeonis commendationem locupletiſſimam.

Inauguratur Biterris.

Diploma Pontificium ad Simeonis Electionem.

CLEMENS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilecto filio *Simeoni à Sancto Stephano Electo Cadurcenſi*, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. *Apoſtolatus Officium meritis licet imparibus nobis ex alto commiſſum quò Eccleſiarum ipſarum omnium regimini diuinâ diſpoſitione præſidemus. vtiliter exequi coadiuuãte Domino cupientes,* Solliciti *corde reddimur & ſolertes, vt cum de Eccleſiarum ipſarũm regiminibus agitur committendis, tales, eis in paſtores præficere ſtudeamus qui populum ſuæ curæ creditum ſciant non ſolum doctrinâ verbi, ſed etiam exemplò boni operis informare, commiſſaſque ſibi Eccleſias in ſtatu pacifico & tranquillo velint & valeant auctore Domino ſalubriter regere, & feliciter gubernare.* SANE *Eccleſiâ Caturcenſi, cui* bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Caturcenſis, *dum viueret præſidebat per obitum dicti Antonij Epiſcopi qui extra Romanã Curiam debitum naturæ perſoluit, Paſtoris ſolatio deſtitutâ, Nos vacatione huiuſmodi fide dignis relatibus intellectâ, ad prouiſionem eiuſdem Eccleſiæ celerem, & felicem, ne Eccleſia ipſa longa vacationis exponatur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudijs intendentes, poſt deliberationem quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam vtilem & etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem, Demum ad te presbyterum Biterrẽſis Diœceſis Iuris vtriuſque Doctorem quem Chariſſimus in Chriſto filius noſter* HENRICVS Francorũ Rex *Chriſtianiſſimus prætextu* Concordatorum *dudum inter ſedem Apoſtolicam, & claræ memoriæ* Franciſcum I. *eorumdem Francorũ Regem, tunc in humanis agentem, ſuper nominatione perſonarum certis tunc expreſſis*

412

Nominatio Regia.

Concordata.

modis qualificatarum, ad Eccleſias Regni Franciæ priuilegio eligendi non ſuffultas, pro tempore vacantes, promouendarum, per Regem Franciæ pro tempore exiſtentem facienda initorum, nobis ad hoc per ſuas litteras nominauit, & cui apud nos de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium prouidentiâ & temporalium circumſpectione aliiſque multiplicum virtutum donis fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis quibus omnibus debitâ meditatione penſatis præfatæ Eccleſiæ, ſiue vt præmittitur, ſiue aliàs quouis modo aut ex alterius cuiuſcunque perſona ſeu per liberam ceſſionem dicti Antonij Epiſcopi vel cuiuſuis alterius de illius regimine & adminiſtratione in dicta Curia vel extrà eam, & coram Notario publico & teſtibus, ſponte factam, vacet, & ſi tanto tempore vacauerit quòd eius prouiſio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii aut alias Canonicas ſanctiones ad ſedem prædictam legitimè deuoluta exiſtat, & illa ex quauis cauſa ad ſedem eandem ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac ſuper eiſdem regimine & adminiſtratione inter aliquos, lis ſeu illorum poſſeſſorio vel quaſi moleſtia, Cuius litis ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa de perſona tua nobis & eiſdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta de ipſorum fratrum Conſilio Apoſtolica auctoritate prouidemus, teque illi in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, Curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo, non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac dictæ Eccleſiæ iuramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quauis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis, in illo qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quòd dirigente Domino actus tuos prædicta Eccleſia ſub tuo felici regimine regetur vtiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa.

IVGVM igitur Domini tuis impoſitum humeris promptâ deuotione ſuſcipiens curam & adminiſtrationem prædictas ſic exercere ſtudeas ſollicitè fideliter & pruden- Onera Pontificia.
ter quod Eccleſia ipſa gubernatori prouido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque præter æternæ retributionis præmium noſtram & dictæ ſedis Benedictionem & gratiam, exinde vberiùs conſequi merearis.

DATVM Romæ apud S. Marcum anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo primo, quarto Idus Septẽbres Pontificatus noſtri anno decimo.

413 Hoc Põtificiæ auctoritatis, Regijq; cõſenſus præſidio munitus, aduolat A. 1602. Cadur-
Simeon Cadurcum, octauoque Kal. Apr. ſeculi noſtri annô ſecundô, ma- cum Simeon
gnô nobilitatis conuentu omnium Ordinum accurſu, turbâ populi ingreditur.
confertiſſimâ honorificentiſſimè excipitur. Dominus de Seſſac Baro ſtemmatis illuſtriſſimi magno comitatu nobilitatis, ſolenni vt fit ritu Homagium
(eo enim Præſulum dignitas loco eſt noſtros inter) pedes, apertô capi- Baronis de
te, altera nudus tibiâ, ſtatos ad fines Præſulis inſidentis Mulum Seſſac.
habenis vrbem verſus ducit, fidem clientelariam hâc animi habituſque

Accurſus omnium Ordinũ.

demiſſione,& verò Præſulatus maieſtatem fideliſſimè profeſſurus. Præcurrunt & feſtinè cæteri Ordines, *Academiæ Rector*, lectâ *Doctorum* cœterorum ſtipatus turmâ, Curiæ dehinc *Præſes, Iudexque maior* atque *Senatus frequentiſſimus*; poſt modum *Conſules*; ac tandem *Sacer Ordo* linteatus ſolenniter præuia Cruce, *Capituli imprimis Patres*, Paſtori ac Parenti optimo bene precati omnes; vno ex Ordinibus ſingulis nomine cœterorum Salutationem vt fit propalam peragente, Simeone ad ſingula quàm accommodè reſpondente. Solenni quà ad vrbis quà ad principis ædis fores, fide iuriſiurandi data in poſſeſſionem ſedis inducitur, ſummâ mutuus id tantum beneuolentiâ pace ac morum æquitate moderaturus ſapientiſſimè; quippe ipſe quatuordecim fere annos ad poſtrema hæc ſedet tempora; nec tamen litigijs vllis, vllis diſſenſionibus vt aſſolet ea ſunt diſſoluta, laxatáue amicitiæ vincula quibus Paſtoris atque ouium, parentis atque filiorum mutua officia continentur. Tanti eſt annis maturos homines, rerum experimentis exercitatos, qui munerum diuturnitate magiſtrâ, affectus in poteſtate habeant, Paſtorum muneri præficere.

Se let diu magnâ omnium amicitiâ, nullô litigio.

A. 1602. commutet aram Sacræ Euchariſtiæ

Dignitatis tantæ honores aſſecutus Simeon Stephanus, ſe confeſtim ad obeunda gnauiter ipſius munera, totum transfert atque addicit primoque loco habenda ratus Religionum iura ac maieſtatem, eodem illo anno *Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ pyxidem* ab Diuæ Mariæ Sacello quô in Cathedrali Eccleſiâ minus honorificè atque ad venerationem commodè aſſeruabatur principis Aræ dextro latere, transfert *ad Diui Deſiderij Aram*, ipſâ Templi facie ac fronte quam honorifice exornaram. Acceſſit totius Eccleſiæ *luſtratio expiatioque ſolennis*, conſecrationis videlicet ritibus iteratis, quando *Caluinianorum ſegregum* libido ac procacia nihil non ſuperiore ſeculo profanarat, libros eos omnes queis ſacer cantus, Sacrificij Euchariſtici celebratio, Sacramentorum adminiſtratio, Parochorum officia, Synodorum antehac Diœceſi tota Decreta de re Eccleſiaſticâ atque id genus alia ad venerationem numinis propiùs facientia continentur, ſedulò ipſe ſibi cùm primum recenſenda recognoſcendaque exiſtimauit, atque vt ſerius tenaxque cœpti eſt, laboriſque tolerantiſſimus formæ integerrimæ reddidit ſingula, caſtigatis non paucis de aſſenſu Capituli, ſcilicet ad Romanæ Eccleſiæ, cæterarum Magiſtræ ac principis ſplendorem, ſuam planè effingens; cautô vel anathematis præſentiſſimi comminatione, ne quis vllus de ſibi ſubiectorum Paſtorum albo, alio quam Romano ritu vti in poſterum in hiſce ſacris pacto vllo tentaret. Typis cuſa ſunt ſingula, de Simeonis iuſſu, publicataque totâ Epiſcope, ac ſingolorum iniecta manibus, ne quis ignotas ſibi leges prætenderet nêue ob penuriam codicum difficiliores obſeruatu, honeſtiori illo in ſpeciem inſcitiæ atque oſcitantiæ obtento velo deinceps cauſſaretur. Fori 414

Eccleſiam à Caluiniſtis profanatam expiat.

Ritus omnes ſacros ad Romanæ Eccleſiæ formam transfert.

Epiſcopalis itidem quà parte ſacra,ac profana attingit, formulas, ritus atque leges Ordini ſaniori reddidit,altero ab hinc anno.

Nec ſeſe his cancellis coërcuit Simeonis ſolertia, prudentiaque; ijs
415 quippe quæ ſub conſpectum erant,atque ad manum obuia reſtitutis, totam oculis animi ſuę commiſſam fidei prouinciam circumluſtrare, quæ mala vnde impenderent,quibus peſtibus animorum vnde ſalus quærenda,cœpit apud ſe computare. Comperit ſummâ Parochorum inſcitiâ, tot Sacerdotum palabundorum ſtoliditate ac laſciuià, plurima peſſum irẽ (quid enim illic ſalui vbi cæcior cæcum regit in lubrico?) Ab peſte Caluiniſtica bonam iam prouinciæ partem obſeſſam eſſe, ſerpente latius vt fit contagio; deſiderari medicos induſtrios atque peritos qui veneni damna præoccupent. Statuit hiſce malis aliiſque inſecuturis ni viæ præcludantur, medelam facere,inſcitiæ imprimis laſciuiæque fontibus exareſciendis. Cum Capitulo,cum Conſulibus, cumque Optimatibus Ciuitatis frequentibus coitionibus agitatur,*de Societatis IESV Patribus* accerſendis ad opem, quò pro ipſorum inſtituto, principe Cadurcorum vrbe excepti,ſacra docere populum habeant de ſuggeſto, ad animorum expiationes auriculares, indiſcriminatim quoſuis excipere, frequentandæ ſacræ ſynaxeos affectum ſopitum pene,immittere animis ſingulorum, ad Romanæ ſedis hoc eſt Eccleſiæ Catholicæ venerationem hortari, demum ad omnes ſanctitatis numeros,verbis atque exemplo pellicere ſingulos habeant. Augebat inter cœtera concitatiorem etiam illum Sacræ huius familiæ aduocandæ affectum, ſpes illa ingens atque ampla, quam ex tenerioris ætatis quà literis quà Chriſtianis moribus imbuendæ inſtitutione ſpondebat & tot tantarumque Galliâ atque orbe toto vrbium exempla ex area Collegiorum Societatis,tam vberes prouentus ſibi ſuiſque obueniſſe propalam gratulantium. Cõmodùm,reſtitutis poſt exploratam diligentiùs cauſam Socijs *Henrici magni* voluntate (quos vt Rex ipſe abundè fatebatur, alienæ olim fidei pluſculum credulus proſcribendos curauerat) Ciuitatum non paucarum continuò contentio Regias aures appulit depoſcentibus ſingulis Collegia, de Regis placito indulgerentur. Inſtiterat Cadurcum annos non paucos & qua erat in eum Ordinem beneuolentiâ nondum etiam pacatis, nec calumniarum in ſocios nube plenè diſcuſſâ, obteſtata fuerat Regem ne ſe tanto bono priuatam pateretur diutius. *Fit ab Rege poteſtas anno ſeculi huius quarto. ſdus Nouembres die tertio.* Proximò anno poſt exeunte, rebus interim ita compoſitis vt acciri commodè poſſet Societas, Collegij futuri ſumptibus iam proſpectò, pridiè Kalen. Ianuarias pactionis articuli concipiuntur ac de vtriuſque partis voluntate fide perpetua confirmantur. Vix Ciuitas tot bellis atq; cladibus iam exhauſta, & verò nuperâ Caluinianorũ expilatione depauperata, par fuiſſet Collegio fundando in perpetuum, ni aliæ obuentiones ſuppetiiſſent. Pars prouentuum aliqua de totius Prouinciæ

Simeon grauia totâ Diœceſi mala, maxime ex Paſtorum inſcitia vider.

Cogitat de aduocanda *Societate* IESV, & quâ fine.

Fuerat recens Societas ab *Henrico* IV. Galliæ reſtituta.

Cadurcenſes A. 1604. impetrant à Rege Societatis Collegium.

A. 1605. vltima Decem. conuentum de conditionibus.

Vnde Collegij prouentus. A Simeone maximè.

Aerario deſumpta, pars minima ex Ciuitatis ipſius contributione: potiſſimum ſummam effecere prouentus Eccleſiaſtici. SIMEON quippe *de aſſenſu Capituli*, pro ciuium, ardentiore animo flagitantium votis, *Prioratuum geminorum* prouentus in hanc rem tranſcribit (*Auiols & Crayſſac vocitant*) 28. Decemb. 1605. tum Romani Pontificis calculo ratam tranſcriptionem impetrat tertio anno poſt ad 3. Nonas Apriles, Simeoni vt partem maximam tanti boni ſit Ciuitas æternum debitura.

Romani Pont. aſſenſus. A. 1605

Longum eſſet enumerare ſingulos qui negotium promouêre, adeò conſpirabant omnes votis communibus in communem vtilitatem, deque affectus prærogatiua contendebant. Venit cœteros inter nominandus iure quam optimo *Antonius Carbonellus* Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconus, quâ doctrinâ, quâ ſacrâ eloquentià, quà morum integritate nominatiſſimus, quando publici boni promouendis auſpiciis, ad poſteritatis perpetuitatem profuturis, priuatam ſuam rem collatam voluit.

Antonius Carbonellus villam ſuburbanam côtribuit.

Nam præterquam quòd annis ſuperioribus ille rei promotor, ſuaſor, inſtigator acerrimus conſtantiſſimè fuerat (recordabatur ſcilicet quantum emolumenti fuiſſet ad ſe deriuatum ex Societatis diſciplina, dum in *Pariſienſis Collegij conuictu* ſub ſociorum legibus excolendum ſe permiſiſſet, tantundem quà fas, alijs commodi prouidere certus) Conuentionis publicæ tabulis, villam inſuper ſuburbanam, *Begous* appellitant, amicitiæ monimentum inſertam voluit liberaliſſimè contributam Societatis iuri plura etiam collaturus, ſi res familiaris pateretur. 416

Societas in Collegij S. Michaëlis ædibus locatur, tranſlatis alio alumnis, & noui Prioratus Prouentibus à Simeone auctis.

Aduocantur ergo re conſtituta ſtabilitaque ſacri Collegij moderatores aſſignatâ ad habitandum domo quam hactenus Alumni Collegij *cui ab Sancto Michaele* nomenclatura ab primæua inſtitutione (de qua ſupra docuimus) incoluerãt. *I*am enim gymnaſii litterarii quo vſa fuerat antehac Ciuitas ædes Alumnis hiſce conceſſæ fuerant, ſuas ipſi vt Societati concederent. Acne permutatio iſthæc in eorum incommodum vergere videretur SIMEON quâ erat prudentiâ, quo animo ad perrumpendas difficultates omnes, ſacros prouentus *Prioratus vt vocant Sancti Blaſij* ſupremæ ſedis ſuffragio ad 3. Nonas Octob. *anno huius ſeculi quarto* iiſdem quam munificè aſſignarat. Ad hanc porro Domorum commutationem conſilia conuerterat vicinitas *illius Templi*, quô Societas hodie vtitur cum enim operoſum & graue id temporis videretur, in noui Templi fabricam facere ſumptus haud exiguos, placuit templum illud olim condendis pauperum defunctorum corporibus pene iam exædificatum (fornix vt tantùm, tectumue deſideraretur) ad tam vtiles vſus trãsferre, Societatique tranſcribere, vetere D. Michaëlis adiunctâ Domô, nouiſque conſtructis ædificijs, publicô Ciuitatis ſumptu, quà ad ſcholas habendas, quà numeroſiorem ſociorum familiam excipiendam. Apertæ primis annis ſcholæ minore vt fit numerô & Magiſtrorum & alumnorum, creuit ſubinde res, ſuáque iam Collegio ea parte *Maieſtas omnis*

Templum vnde protectum Societati.

Digitized by Google

pene obuenit quando & *Ordinibus quinque, Grammatices, humanioris litteraturæ ac Eloquentiæ* præceptis diſcipuli inſtituũtur,& *diſciplinas Philoſophicas* totò proſequitur bienniò ſchola vna, cui æmulam alteram adiungere Ciuium non pauci meditãtur,& qui eſt Patrum Societatis amor in Diœceſeos ſplendorem adaugendum, quam vltro ſcholam ſeptimam addiderunt,*Theologicas præceptiones* quibus morum continentur officia Eccleſiaſticæ militiæ candidatis haud ſegniter explanat. Enimuerò quod emolumentum ex tota hacce molitione ſperabamus, coràm ipſi ſpectam' lætabundi. Pubem teneriorem etiam excultam litteris confeſtim, ſupra ætatem eruditam, Chriſtianis moribus inſtitutam, modeſtiæ cancellis multò cõſtrictiorem & vt ſeſe fundit in latum bonorum diuinorum fons qui olim mirabamur homines ſeculi curis implicatos ter quaterúe in anno ſacro-Sancta frequentare myſteria,qui diuinorum frequentiam maiorem religioni vertebamus,qui vix niſi animam iam efflantibus,animi medicos quærebamus ne mortis inſtantis imago terreret ægrum, ſi quæ non niſi in extremis adhibebantur remedia obtuliſſemus; iiſdem annis pauculis interiectis,vrbis facie immutatâ iam agminatim gratulamur nos ipſos quotquot menſibus,quotquot hebdomadis morum mutatione haud mediocri ad ſacra conuolare,aggaudemus ſi vbi primùm graui valetudine tẽtari ſalus cœpta eſt animo prius,vti addecet,quã corpori quæratur medicus,ſublatis quæ animo inſident morborũ cauſſis corpore citiùs cõualituro. Tanti eſt ſedulo habere monitores ad quorũ cõſilia ſalutifera vitã inſtituas. Subit & gratulari non ſemel aliã Diœceſi faciẽ doctioribus ſacerdotibus inſcitiæ illi ſuffectis,& iã nõ niſi peritioribus ſacrorũ Ordinũ albo paſſim admiſſis;quę bonã partẽ omnia inſtitutorib' iis debemus quos ſuppetias miſit numẽ extremis hiſce calamitoſiſſimiſque tẽporibus ſubuenturos Eccl. Sileo iuuentutẽ iis Societatis ſcholis excultã in *Academiã noſtrã* tranſcribi de hinc,vnde & iuris vtriuſque & ſacræ Theologiæ Auditores numeroſiores ſperare Doctores noſtri valeant noſq; ſplendorẽ illũ Academiæ priſtinũ ſuis olim tẽporib' reſtitutũ iri nõ abs re ſpõdeam'.

Septem Profeſſores in Collegio Societ. docent.

Collegij qui vilantur fructus.

Iuuentutis inſtitutio.

Sacrorum frequentatio.

Cleri maior peritia

Academiæ diſcipuli numeroſiores.

417 Nec tantùm gregi obſequenti proſpicere inſtitit pro virili SIMEON ſed palabundas procul oues,caulis luporum aſtu dilapſas, ouili reſtituere magnâ vi mentis etiam ſtuduit neque caſſo euentu. Admiſit publicæ hæreſim eiurãtes non paucos eoſque inter Pſeudopaſtores aliquot, ad perniciem propriam, alienam certos adiungere, ni Antiſtitis comitas atque humanitas quam placidiſſimè adblandiens ad ſanam mentem reuocaſſet. *Anno decurrentis ſeculi ſexto,ad quartũ Kal. Aprilis Petrum de Sauſens* miniſtrum *Caluiniſticum* deſignatum, Prouinciæ Pictauienſis, Oppido *Fontenay le Conte* vt vocant,hæreſis publicando veneno addictũ antehac, vidit ſe corã deteſtantem Caluiniſticæ nouitatis inſana dogmata, totum ſe ad Eccl. Romanæ ſinũ applicantẽ, & quidquid ebibiſſet perditæ ſectę affectu ſynceriſſimo exſpuentẽ. Eã lẽ comitate, atque facilitate morum

Simeon varios ab hæreſi Caluiniana recipit ad ſinũ eccleſiæ.

A 1606.

Miniſtros etiã deſignatos, etiam publicã œ ſtentiã.

Petrum de Sauſens.

Ioannem Petit.

Ioannem Oger.

pellexerat Antiſtes meritiſſimus haud ita pridem eôdem errorum atque
proteruiæ prolapſum è Diui etiam *Franciſci* ſacra familia *Ioannem Petit*
qui emaculandis erroribus quos nefariè ſcripto etiam ad id volumine
euulgatoque publicarat, fieri ſatis ab ſe non poſſe exiſtimauit ni palam
ipſe flammis ſacrilegum volumen concremaret, eâdem ſeſe pœna dig-
num, vt res erat, teſtatus, ni Eccleſiæ parentis optimæ indulgentia, ni Si-
meonis æquitas humanitaſque vltro in erroris agnitionem confeſſionem-
que venientis vti fieri aſſolet miſereretur & proh dolor tardius agnitos
errores condonaret. Ipſe interim dolentis habitu multâ dicendi vi in ne-
fariam ſectam, quam effrenatorum affectuum impotentia ſuaſiſſet inue-
ctus acerbiſſimè conceptam animo religionem prætetulit, nouumque
vitæ genus ac ſanctiùs inſtituendi voluntatem. Solenniori etiam iucun-
dioriqueſpectaculo Simeon toti Cadurcenſium vrbi exhibuit ſpectandũ
ab eadem vitæ inſtitutique ſanctioris profeſſione ad laxitatem ſimilem
atque ad Caluiniſticum libertatis hoc eſt impunitatis omnis azylum,
libidinum afflantium aſtu cauteliſque ſubductum *Ioannem Oger*, Poſt
hauſtum quippe Caluiniſtici poculi virus tandem euomuit graſſantem
luem totis viſceribus *& pro foribus principis Cadurcorum Aedis publica
vt ſit pœnitudine* veniam deprecatus præteriti temporis errata ac flagitia
grauiter ac dolenter à loco ſuperiore deteſtatus, Simeonis adſtantis in-
dulgẽtia, de aſſenſu ſummi Pontificis Eccleſiæ Catholicæ gremio rite eſt
reſtitutus.

Simeon chorographicam tabulam Diœceſis totius, à Ioanne Tardo Mathematico notari, publicarique procurat

Eodem anno *Ioannem Tardum Sarlatenſis Epiſcopes Eccleſiaſten* meri- 418
tiſſimum, non ſacrâ modò litteraturâ ſed & Methematices præceptioni-
bus liberaliſſimè excultum nactus, effecit vti peragratò luſtratòque ac-
curatiſſimè tractu toto, quàqua patent iura noſtri Antiſtitis, abacus cho-
rographicus Cadurcenſis Epiſcopatus exactè ad locorum omnium cer-
tum indicem ſculperetur, æreiſque tabulis cuſus publicaretur, *Tardi
adſcripto* nomine, nullam vt Diœceſi totâ vrbem, oppidum nullum, vi-
culum nullum, nullam Parœciam, ſacram nullam ædiculam vel exigui
nominis ſit cõperire, quam non continuo commonſtret tabula ſuo nomi-
ne, ſitu, abſque cœteris interuallo, diſtinctam expreſſamque, magnô im-
primis ſacri fori, dictari locis ſingulis iura, commodo neque modica no-
ſtratium voluptate. Adeò amat Simeon vno obtutu menti luſtrare omnia
quotquot ſibi ab numine commiſſa, *quò recordatio locorum, coràm oculis
etiam inſpectandi luſtrandique vt adderet onule curam exacuat, ſollicitudi-
nemque inijciat*. Neque pepercit hoc ipſo tempore ſumptibus etiam ma

Sũtus Simeonis reſtituendo ſple[illegible] quem Caluiniſtæ principe Eccleſia e[illegible] fœdaſſent.

ioribus quò ad priſtinam dignitatem, majeſtatemque principem Cadur-
corum Eccleſiam reſtitueret pro virili. *Organa ſacrifica* perinſignia deie-
cerant *Caluiniani* exeunte ſuperiore proximè ſeculo, profanataque igni
tradiderant vti ſolenne eſt id genus ſectæ diuinum cultum omnem tra
ducere hoſtiliterque inſectari, Dei vt memoriam omnem decutiant to-

tamque ex hominum mentibus abradant penitus. Famulantium Domino Sacerdotum ſtatiſque horis diuinas laudes intonantium pia vt moris eſt modulatione (quò animus ad cœli ſe gaudia penetret Sacrô diuini cantus oblectamentô captus) Sacra ſedilia, chorique formam omnem, flammis atque igni vaſtarant Nouatores ijdem: In integrum reſtituendis omnibus hiſce qualia hodieque exſtant ſplendori reddita primæuo vt & aliis Præſulum domibus eiuſdem Caluinianæ feritatis vaſaniâ ac populatione dirutis, *Mercuesio* imprimis oppido, reficiendis, ſumptus haud exiguos fecit Simeon, necnon Epiſcopes iuribus variis tutandis, conſeruandis, amplificandis.

Reparandis itidem Epiſcopi ædibus.

419 Subibat inter haſce curas, animum *Simeonis* voluntas *Deceſſoris Antonij* Sacræ *Capucinorum* familiæ extremis etiam fatis addictior, qualem & teſtamenti tabulis hortô ſuburbanô relictô teſtatus quam abundè fuerat. Pepulit iſthæc cura, atque altius pupugit mentem Antiſtitis inſtinctu numinis vrgente, effecitque vt breui adeſſent ipſi Patres, Simeonis ſolertia ac vigilantia exciti, quo in deſtinati iam ſoli poſſeſſionem tranſcriberentur Septembris ipſô die *qui Michaëli Galliæ tutelari Archangelo ſolennis eſt* candido omine primi fundamentorum lapides poſiti ſunt ac auſpicatò dedicati precatione ſolenni Simeonis anno ſeculi huius ſeptimo. Vbi occurrit inter cœtera, non ignobile monumentum fauſti ſuper re tota ac propitij numinis, ſi fas interpretari, quod videlicet refoſſa humus ab imis fundamentis, Veſpaſiani nobile numiſma referarit gemina viſendum epigraphe, hinc *Prouidentiæ*, illinc *Conſtantiæ* quaſi diuinitus præmonſtraretur, non ſub alius quam numinis tutela ac prouidentia Domum hanc ſacram conſtruendam, conſeruandam perpetuandam, nec alijs præſidijs quàm patientiæ conſtantiæque qua ſe imprimis munire habent qui vitæ hoc genus complexi toti ſunt in affectibus corporis animique domandis ſummâ contentione. Nec verò defuere præclara *Prouidentia* ſuperûm documenta communi liberalitate, ſpontaneâ quà priuatorum quà vrbis, quà Simeonis imprimis contributione breui effectû eſt vt Domus commoda ſupellectile omni inſtructa templũq; ſatis amplum illud cultu ac religione viſendnm, tumultuariis quaſi molitionibus de repente extaret vrbe alioqui haud locuplete, vbi ſe Deo toti dederent illi, qui corporis contagione omni blandimentiſque expediti ſeſe induant in cœleſtes. Neque dubium eſt quin valiturus ſit haud parum ad morum emendationem laſciuiæque omnis repreſſionem cultus illa aſperitas, ille habitus rigor Chriſtianorum animis ad virtutis duritiem vel ex prima fidei formula eruditis Chriſti exemplo, illa morum ſeueritas ſacro horrore blandiens ille ſui deſpectus, exquiſitaque extremæ paupertatis cura ad terrenorum cupiditatem à noſtrorum hominum multò addictiorum profanis curis, pectore auellendam, mitigandamque, ni omnis ſenſus abſit ſacrorum: adeò pronus eſt ad intactæ vitæ exemplar, terſiſſimumque ſi-

Simeon ſacram Capucinorum familiam aduocat.

Fundamenta cœnobij dedicata A.1607. die feſto S. Michaëlis.

Felix tum omẽ in veteri numiſmate, fortè curatum à ſuperis.

Monaſterium breui extructũ Cadurcenſium eleemoſynis.

Capucinorum inſtitutum quàm laudabile.

Simeonis aſſenſu Recollecti Moyſſacum inducti A. C. 1610. Conſecrata à Simeone Cadurc. Capucinorũ Eccleſia.

cælum ſuas odiſſe maculas, atque ad detergendas niti. Non abſimilis numinis prouidentiæ *Moyſſacum* acceptum ferre debet, quod *Recollectorum* familia *Diui Franciſci* vitæ veſtigiiſque quam adſtricta (ſumma præſertim illa demiſſione animi quâ non corporis modò ſed quod caput eſt animi faſtum omnem poſuiſſe ſe palam docent, minimè dubiis experimentis) laxius non nihil Minoritarum Cœnobium, de Antiſtitis noſtri permiſſu, de ſummi Pontificis calculo, occuparit anno pòſt tertio: quo ipsô annô ſextilibus Kalendis Cadurci Capucinorum ſacra ædes, *Simeonis* effuſo in pias res omnes animo eſt ſolemniter conſecrata.

Simeon ſupremæ Toloſ. Curiæ placito vindicat carceres Epiſcopi.

Vindicauit eodem anno Simeon ſupremæ Toloſatum curiæ placitô 420
proprios Epiſcopi carceres quos Pariagij Regij magiſtratus, ad Deauratæ ſitos (*la Viguerie vocitant*) ceu ſuos ante occupabant. Auctor fuit & ſedandæ grauis diſcordiæ Senatum inter Conſuleſque vel in ipſo conuentu Sacro publicæ ſupplicationis, enatæ, magnâque animorum offenſione ingraueſcentis, quam *D. de Themines Seneſcali clariſſimi prudentia*, Conſilium, auctoritas Simeonis adiuncta niſibus ſopiuit quando ad pacta atque cõuenta de vtriuſque partis aſſenſu redintegratis amicitiis iuriſiurandi fides acceſſit, necnon & placitum *Conſily Regy* quò omnis quà diuino quà humano obtentu, violandæ fidei via præcluſa in perpetuum ſit.

Inter Ciuitatis Ordines diſſidia ſopit.

Cœtera quia recentiora & in omnium oculis ſita prætereo, ſumma tan- 421
tùm actorum capita ſummatim perſtricturus Ad Sextum Kal Sept proximè inſecuti anni, pientiorum *Matronarum* Societatem (*a miſericordia nomen eſt* quod tota inſtituta fuerit ad ſimilia munera pietatis obeunda in miſeros) legibus certis conſtitutam, probauit Simeon; Romani etiam Pontificis Anno 1615. confirmatã Diplomatis, gratijs auctam, Indulgentiarum Sacris ſtipendiis ad ſolandos curæ tantæ tamque piæ labores locupletatam. Octobri menſe, morem Sacrum Cadurcẽſi Eccleſia receptum antehac, ſuô etiam calculô confirmauit, nimirum vt quater in anno, lux inſecuta proximè tùm veneratione Sanctorum omnium ſolemne feſtum, tum ab Paſchate, Pentecoſte, Epiphania Octauum diem, non ſecus quàm poſtridie Sanctorum omnium pro animabus, purgatricibus flammis diſtentis, litetur quàm ſolemniter. Addidit & de ſuo Simeon in Deceſſores grati animi, inque animos defunctorum pietatis non ignobile documentũ, ſanciens vt litatô iam ex Eccleſię Romanæ ritibus in memoriam defunctorum Nouembris die alterâ, propriè ſacra fierent pro ipſis Sedis Deceſſoribus menſis eiuſdẽ die tertiâ, vt quartâ itidem pro iam vita functis Canonicis Præbendariis Sacerdotibus aliis. Et ne cui videatur moleſtior tam continens litatio extrà ordinem ſtataque munera bene iuſtos prouentus in rem hancce attribuit, hôc vnô cautô maximè quò maiori dignitate perageretur tota res, vti Muſicorum omnium adeſſet chorus, & nonniſi voce ęquabili, graui atque modeſta pro more Romanę

A. 1611. Sodalitium miſericordiæ confirmat Simeon. Vt Romanus Pont. A. 1615.

Simeonis inſtituta ac fundatio in defunctorum gratiam.

Eccleſiæ, qua par eſt pietate, moderationeque, id temporis, ea ſolennitate lugubrique conuentu, decantaturus.

Xenodochium publicum Ciuitatis (*à Diuo Iacobo nomen eſt*) & loco
422 inſalubri ſitum & noſtrorum incuriâ ruinoſum iam ac fatiſcens, maiorique parte inhabitabile tranferendi aliò poteſtatem ab Toloſano Senatu impetrat *A. C. milleſimo Sexcenteſimo duodecimo*, deque ſuo ſumptus offert Conſulibus, quo ſuam publicis impenſis adiungat contributionem fabricæ perurgenda vti Ciuitatis Archiuo cautum abundè eſt. Docebunt & Xenodochij tabulę, conſtitutum ab Simeone pro ea quâ eſt in vrbem inque Xenodochium hiſce in cauſſis poteſtate, vti quotannis ſumptuum prouentuum Xenodochij, bonorumque omnium quæ ſoli ſunt, aut mobilium iure cenſentur, rationibus certis ſubductis fidelis ineatur computus, vti nulla non modò fraus, ſed neque fraudis ſit ſuſpicio, quando vix horribilius cogites Sacrilegii genus quàm quæ in Chriſti vicem ſubeunti egeno, de ipſius numinis placito, de piorum hominum voluntate ſunt contributa in rem priuatam propriamque per fraudem & ſupremam poſt hominũ memoriam iniquitatem velle ſubducere, & de Eleemoſynarum Deo iam ante dicatarum attributione, mercimonium tibi ac tuis ſceleſtiſſimè quæritare.

Xenodochio proſpicit A. 1612.

Sancit vt rationes Xenodochij accuratè ſubducantur quotannis.

Anno 1613 *Cancellariam*, quâ Doctoratus laurea litteraria, aliæque
423 inferiores pro Academiæ iuribus conferuntur merentibus, tranſlatam liberius alio per temporum licentiam Præſulumque contemptum, ad ſinũ adq; ſepta Principis ædis poſtliminio reuocauit, aulâ videlicet in eum finẽ impenſis propriis exædificatâ exornataq;. Vniuerſum Diœceſeos ſuæ Clerum *Regio fiſco* Epiſcopatûs ſui auſpiciis *vel ſupra quadraginta milia aureorum vno decimarum nomine oppigneratum* obæratumque male compererat, verum quâ fuit vigilantiâ quô amore publicæ rei iuſſis, indictis curatiſque ſuis temporibus ſtatis creditarum rerum ſolutionibus, conceſſione inſuper Principum ac indulgentiâ procuratâ, alienô illô omni ære leuatũ planè vidit intra annos fere duodecim. Cœptũ hoc ipſo anno 1615. cum operi extrema manus ponitur in *Societatis* IESVS Gymnaſio *Deiparæ A Senata Sodalitium*, Romano illi totô orbe notiſſimo aggregatum. *Pontificiis tot diplomatis communitum* tot ſedis ſummæ gratiis tam liberaliter locupletatum, non tutorem modo atque patronum. *Simeonem* ſibi diuinitus ſeruatum ſenſit, ſed & Sodalium albo propalam accenſitum conſpexit Sodalis omnibus muneribus perfunctum quin & ipſo cœptus ſacri primordiò toti *Præfectum* rei, authoritate, conſilio, ſumptibus adiuuantem promouentem moderantemque, quæ res Optimatum maiorem partem Antiſtitis, ſuffultu exemploque inflammatam non mediocriter ad paris pietatis cultuſque inſtitutum perexiguô tempore aggregauit. Sileo quæ in eam rem ab ſe imprimis cœpta, quæ moliatur impoſterum. Sileo firmum animum ac conſtantem in obeundo Præſulis munere, à quo vix vnquam

A 1613. Cancellariã Aedi Primariæ adiungit.

Clerum graui ære alieno liberat.

Sodalitio Mariæ Aſſumptę, inſtituto in Collegio ſocietatis IESV ſuc prin ũm, dat nomen Simeon A 1615.

Conſtanter reſidet.

Ordinibus indignos arcet.

ac non niſi permiſſo illo breuique tempore,curas aliò contulit. Sileo Sacrorum Ordinum candidatis examinandis immeritiſque reijciendis conſtantem fidelemque animum,aliaque id genus multa, aut ſatis nota omnibus, aut ſatiùs poſt fata reſeranda, ne quem vel ſuperſtitem etiam beare velle videamur, aut blandiri ſupra fidem veritatemque etiamnum agentibus. Vnum eſt quod deſideret quis omiſſas annuas luſtrationes Diœceſeos,quod præcipua inter Paſtoris munera & numerandum, & vel ex ipſa etiam Epiſcopi nomenclaturâ quæ tota oculatum & coram inſpectantem facit Antiſtitem, Epiſcoporum animis obuerſari ſemper deberet. At obſtitere non pauca incœptanti primùm id muneris,quodque coràm ipſe non potuit, luſtrauit aliquoties oculis alienis, auctoritate aliis qui id pro dignitate poſſent commiſsâ. Et verò conſtitutis iam pacatiſque Galliâ totâ rebus, totum quotannis gregem à Simeone deinceps obeundum pro iniuncti muneris tanti officio ne ad cœteras laudes cumulus iſte deſit, ſparare iubent tot virtutum in Antiſtitis vita moribuſque fulgentiū,tamque nobilia documenta. At ſilere illud non poſſum vel ſi velim quam maximè ſi quid totò hôc noſtrô opere, in rei publicæ ſacri imprimis Ordinis honorem atque dignitatem (qui fuit princeps ſcopus operis)laboris eſt à nobis ſubitum, ſi quid ad rei ſacræ ſplendorem contributum,deberi id imprimis *Antonio Ebrardo Sanſulpicio*, Simeonis proximo deceſſori qui diligentia haud vulgari machinamenta omnia primus mouit vt ex vetuſtatis cineribus ſeriem hancce Deceſſorum erueret; tùm vero nihil minus *Simeoni* qui non confectam rem ſed tentatam jam tantum vixque naſcentem nactus, vel ipſe in opus cœpit incumbere, nec modô cohortationibus ſed & monumentis antiquitatis vnde vnde conquirendis manu etiam propriâ tranſcribendis, nulli labori parcere, quò ab obliuione Deceſſorum memoriam, ſedis ſuæ tot decora à vetuſtatis edacioris morſu vindicaret, & quod ſumma eſt rei omnis, diuinæ gloriæ, quæ Hierarchici Ordinis ſacro ſplendore maxime continetur, amplificandæ inuigilaret. Habebit & ſuos inter Deceſſores,quorum quæſiuit gloriam tot laboribus, vt eorum nobiliſſimo albo accenſeatur, inque noſtri operis fabrica quæ illius vnius opus eſt maximè,eum Simeon occupet locum quem ipſe Phidias(ſi grauibus exemplis vti in rebus noſtris fas)in Phidiæ Minerua.

Cætera Paſtoris munera explet.

Huius noſtræ hiſtoriæ vt auctor Antonius Sanſulpicius, ita Simeon egregius promotor.

* * *

FINIS.

APPENDIX.

POST AVCTORIS OBITVM ADDITA

DE S. DESIDERIO.

424 Recudendum omnino videtur ſuper *Sancti Deſiderij Cadurcênſis Antiſtitis actis* nonnihil, quod elimaſſet dubio procul vitâ ſuperſtite huiuſce auctor operis, niſi præmaturô litterariæ rei, hiſtoriæque noſtræ ereptus ille fato. *S*uprà quippe *ad numeros* Arithmeticos *marginibus* operis adſcriptos illos, *nonum ſupra trigeſimum treſque ſequentes proximè*, lubricante per memoriæ lapſum ſtylo aſſeruit à S. Deſiderio conſtructam illam quæ hodieque viſitur *Diuo Stephano* Sacram principem Cadurcorum ædem, Cœnobiticæque vitæ præceptis, legibuſque eôdem Præſule auctore, etiam tum adſtrictam ipſam, necnon eam quâ inſignitur nomenclaturam Cœnobiticæ vitæ teſtem (*Monſtiè* quippe audit, quaſi *Monaſterium* dixeris vulgi vſu arroſâ voce) ab ijs manaſſe temporibus, quam eandem ſententiam in *Geraldi* II. *actis numero* ſeptuageſimo, & ſequentibus denuò eſt ſecutus auctor, in iam aſſerto ſcilicet conſtans.

Retractantur nonnulla quæ ipſe auctor de Actis Deſiderij ſuprà num. 39. & 70. ſcripſerat

Auctoris mens

425 At quamuis neque litigandum cum mortuis eſt, nec cum vmbris pugnandum, neque laboris ſtrenuè ab auctore laudatiſſimo obiti memoriæ eſt neuus vllus ingrati animi aſpergendus; tamen quia eſt veritati amicior, in re momenti non exigui conſulendum, commonefactum lectorem peruelim, hæc referenda videri aliò, neque conſtructam *Diui Stephani* ædem principem à noſtro *Deſiderio* ſed aliam *S. Amantij nomine* tutelâque percelebrē, cui præfecerit Abbatē Præſul Sanctiſſimus, *Monaſterio ipſo conſtructo*; quæ ipſiſſima ædes non iam S. Amantij *Sed S. Deſiderij* audiat, Fundatoris aſſumpto nomine, aut vt loquuntur noſtri corruptâ per vſum atque detritâ vt fit voce, *Sanct Geri*, in ipſo Cadurcenſi ſita pomærio. Vnde etiam fiat vt *Geraldi II*, temporibus non reſtituta, vti auctor contendit, ſed inſtituta primùm in Cadurcenſi æde principe fuerit Cœnobitica diſciplina, poſt demum ſuo tempore Bartholomæi Præſulis noſtri, ſupremæque ſedis conſenſione laxata penitus, atque iuſtis de cau-

Contraria ſententia.

ſis in vitæ genus aliud cõmutata. Quam ab auctore noſtro diſceſſionem, antiquitatis ſcientiſſimi, veritatiſque ſtudioſiſſimi *Cadurcenſis Eccleſiæ Canonici* de *Simeonis* Reuerendiſſimi Præſulis *authoritate*, frequentiſque *Capituli placito*; hic attexendam non immeritò cenſuerunt, commiſſo etiã maturiore rei examine quatuor è lectiſſimo cœtu ANTONIO *SANSUPLICIO* Archidiacono maiori. *PETRO LE BLANC* Præcentori, *GERALDO CARCAVI* Cancellario, *FRANCISCO ORONTIO* illius totâ Galliâ nominatiſſimi cognato, litteraturæ omnis ſucco altius tincto, quorum vel vnius calculô ſtare ſit gloria, quando præſertim non defuere validiſſima argumenta quæ doctiſſimos viros in hancce ſententiam traxerint, qualia hic iuuat attexere vel cum auctario.

Quæ argumenta ſuaſerint ſententiam mutare.

Imprimis enim S. *Deſiderij Cadurcenæ vrbis Epiſcopi Epiſtulæ* (vt fert
inſcriptio) *Ingolſtadij cuſæ anno noſtri ſæculi quarto*, atque ab *Henrico Ca-* 42
niſio in opus *Antiquarum lectionum* coniectæ ad tomi quinti paginam 526. *ex membranis M. S. Monaſterij S. Galli exſcriptæ* facem id aſſerturis præferunt, ſic enim affatur *Grimoaldum maiorem Domus* Epiſtola ſecundâ Deſiderius. *Interea ſalute vberi fuſâ precor impenſè vt conditiones Monaſterij noſtri quòd nuper in honorem* S. Amantij *ædificaui, digneris recipere per omnia commendatas &c.* quibus verbis nõ *Diuo Stephano*, ſed *Diuo Amantio* conſtructum habe *Monaſterium*, longè verò aliter loquitur de æde *Diui Stephani* Epiſtolâ octauâ ad Chodulphum, *Conditiones inquit, Diui Stephani cuius adminiſtrationem gerere videor habere receptas* & Epiſtolâ nonâ ad Abbonem, commendat *conditiunculas Diui Stephani, cui Eccleſiæ ſeruimus inquit*; Neque vſpiam indicat a ſe quippiam eâ æde conſtructum quod tamen vix ſubticuiſſet. Vnde ſat videas quò ſpectent illa ex Epiſtolâ ad Paulum vndecimâ nimirum ad *Diui Amantij monaſterium* non ad principem Cadurcorum ædem; *Iam credo ad aures tuas perlatum qualiter monaſterium conſtruere cœperim, & baſilicam iam mihi Domino cooperante conſummatam habeam, proinde rogo atque inuito Apoſtolicam dignationem veſtram, vt ibidem ad dedicationem intereſſe dignemini: & cum nos ibidem in Dei nomine viderimus, aliquantis ſimul diebus commorantes, de illa perenni ac deſiderabili vitâ de qua mutuò ſuſpirare ſolebamus, familiaria colloquia deſidero vt habeamus. Alios etenim plures Epiſcopos intereſſe faciemus, qui nos vel exemplô inuent, vel hortatu roborent, quorum nos contubernio non mediocriter opinor adiuuari. Veni igitur chariſſime &c.*

1. ex Epiſtolis S. Deſiderij.

2. Ex lectionario Moyſſiacenſi & Cadurcenſi.

Deinde verò *Moyſſiacenſe, Cadurcenſeque Lectionarium*, cuius fidem in ſuam auctor ſententiam appellat, verbis ſuprà *num.* 41. *&* 42 *tranſcriptis* in oppoſitam plane nos vel inuitos rapiunt: diſertiſſimè ſiquidem cauent tumulatum Deſiderium noſtrum eius *Monaſterij Aede quod exſtruxiſſet ipſe*. At ſat conſtat fuiſſe conditum, non Aede Cadurcorũ princi-

Pe, D. Stephano ſacrâ; ſed illâ aliâ D. Amantij, in quâ & hodie ſepulchrū viſitur conſtantiſſimâ vulgi atque ætatis retro omnis conteſtatione, cultuque annuo quàm famoſiſſimum: fuit & ex illa ipſa Aede Diui Amantij ad D. Stephani principem aliam tranſlatum Deſiderij ſacrum corpus, vbi hodie extat Sarcophagus vel ipſius Translationis feſtò noſtrates inter dies capitulique tabularijs adſtipulantibus.

Sileo non ſatis conſiſtere vna in familia binos Patres, vna in Eccleſia Paſtores geminos hinc *Epiſcopum*, illinc *Abbatem* qualem à ſe condito Monaſterio Deſiderium præfeciſſe laudata clamant *Sanctoralia*. Sileo S. Stephani ædem illam quæ noſtra ætate conſpicitur longè eſſe Deſiderio antiquiorem, vt ampliſſimæ fornices ſi quæ vllæ Gallia tota ſtructuraque antiquiſſima clamant, quibus tamen recentioris ſtructuræ reliquum opus haud ita pridem adiectum fuerit, quod tabulæ Capituli prædicant & ipſe aſpectus euincat. Sileo diplomatis Pontificis quibus *Geraldi* II. tempore Cœnobiticam vitam profeſſa princeps Cadurcorum Eccleſia in inſtituto confirmatur, nullam *Abbatis* fieri mentionem ſed *Prioris* tantummodo Epiſcopo ſubiiciēdi Sileo quod id hac cauſa eſt grauiſſimum multò, nullum vitæ monaſticæ quæ viguiſſet inibi, tumq; reſtauraretur (quod certè omiſſum non foret) Bullatis illis chartis veſtigiū extare, ſed vero id è mente pij cœpti ſacris Canonicorum tum viuentium adſcribi votis vltro ad ſanctitatem adſtrictiorem aſpirantium; quod ſat ſuadeat Cœnobiticam vitam ſub *Geraldo* II. primùm in æde Diui Stephani Cadurci conſtitutam, nec ad antiquiora multò Deſiderij tempora retro trahendam. Sileo ad *Diui Amantij*, non ad *Diui Stephani* ædem Cœnobium conſtructum ſpectaſſe noſtros non ita pridem, longè poſt Deſiderij fata, quale accoluerint *Dominicani Patres* ipſorum docente Archiuo, ſupra num. 92. cum primùm Cadurcum inducti aliò deinceps tranſlati. Sileo Cadurci Abbatem, Deſiderio ipſo antiquiorem extitiſſe, *Turonenſis* quippe *Gregorius* nouem ſupra triginta minimùm annis ante Deſiderij inaugurationem eſt vitâ functus deque Francicis rebus hiſtoriam claudit 45. totos annos ante Deſiderij Epiſcopatum; eam quippe protendit tantum ad 31 *Guntranni Regis annum Gregorij* I *P. quintum*, hoc eſt Chriſti Domini 594. Meminit ad Guntranni annum fere vndecimum, *Cadurcenſis Abbatis* lib. 7 cap 30. in hæc verba *Gundebaldus duos ad amicos ſuos, legatos direxit Clericos vtique, ex quibus vnus Abbas Cadurcinæ vrbis literas acceperat, cauatâ codicis tabulâ ſub cera recondidit &c.* Vnde conficias neque à S. Deſiderio inſtitutum primùm Abbatem, Monaſticamque vitam Cadurci conſtitutam ſed meliori formæ (conſtructis etiam nouis ædibus, Ab bateque in defuncti iam locum ſuffecto) eiuſdem Præſulis auctoritate ſapientiſſimè reſtitutam. 3. Varijs rationibus.

177 Ex antea ab me laudatis Deſiderii noſtri Epiſtolis, aliiſque ad illum ſcriptis (quas vna excuſas huic operi ſubnecti vellem), ad S. commenda- Nonnulla alia prætermiſſa de St Deſiderio attinguntur.

tionem, Caducorumque ſplendorem, quamquam ab innumeris librariorum mendis purgatiores, quàm locò iam citato legerim) congeri hucce poſſent pluſcula ad Diui venerationem ab auctore partim ſuppreſſa, vt quod ſe paſſim Epiſtolarum ipſâ epigraphe vir de ſe ſentiens quàm modiciſſime, *Deſiderium peccatorem* inſcribat, quòd ad Reges *Dagobertum & Sigebertum*, Optimateſque alios flagranti famâ vir, familiariſſimè atque amiciſſimè ſcribat, mutuique amoris ac obſeruantiæ teſtes litteras ab ijſdem recipiat, quibus *præcellentiſſimum Eccleſiæ ſpeculum, Apoſtolicum virum, Caducinæ vrbis Pontificem* appellitant, ingenti & amoris & venerationis teſtificatione; quòd magnâ libertate atque auctoritate, quæ tamen nihil plus iuſtò ſibi arroget, Regibus illis, *Grimoaldo* item Rectori atque Maiori Domûs, monita ſacra crebrò ingerat pius Antiſtes, quò in memoriam officii reducat æquitatem inconcuſſè tuẽdam, res Eccleſiaſticas ſanctè atque religioſè promouendas, diuini iudicij ſeueritatem, quæ rigidiùs ſit ſubeunda iis quibus magna cõmiſſa, crebriùs cogitandam, ac non ſine formidine expectandam: quòd demum totò opuſculô vnam ſpiret atque reſpiret ſanctitatem, Apoſtolicum illud Epiſcopis præſertim audiendum exactè aſſecutus. *Si quis loquitur quaſi ſermones Dei.* Duo tantum ipſiuſmet Antiſtitis ſubtexam verbis, ſuper quibus antiquarii noſtri plura ſcrutari habeant; alterum, Aquæductum; alterum Deſiderii ſocios varios Antiſtites attinget: ſic enim Epiſtola 13. ad Cæſatiũ. *Voluntas nobis ineſt, ſi profeſſio permittat, vt per tubos ligneos ſubterraneo officio ad ipſam Ciuitatem aquam ducere debeamus, proinde quia nouimus quod peritos ex hoc artifices haberes, precamur vt compendium de ipſis faciatis &c.* Et Epiſtola 10. ad *Dadonem* Epiſcopum *Eligium, Paulum, Sulpicium, Dadonem commemorat* qui & eodem tempore in aula regia vixerint vnà, & ſimul variis ſint ſedibus præfixi.

FINIS.

A. R. S. I.

CHRONOLO-

CHRONOLOGICA

SERIES EXACTIOR, ET ANNORVM CATHEDRALIS ECCLESIÆ CADVRCENSIS CALCVLVS AD IESV CHRISTI, ſummorum Pontificum, Regum Galliæ tempora reuocatus.

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
Naſcitur Chriſtus anno mundi 4022.	Ieſus Chriſtus caput Eccleſiæ perpetuum an. 33. & 3. menſib.	1 Clogio Dux Francorum creditur 30. an. regnaſſe, 10. ante natū Chriſtum, 20. ab illo nato.	
à 34. ad *69.*	1 S. Petrus Galilęus 36. a. v. m. 12. d. Hieroſolymis v. a. Antiochię 7. Rom. 24. m. v. d. 12.	2 Herimerus Clogionis frater 12. an. ab an. ch. 20. ad 32.	*Circa annum Chriſti 70. S. Martiali Cadurci S. Stephano templum dedicat, Cadurcenſe. inſtituit.* De eo num 8. & 10.
à *69.* ad 81.	2 S. Linus Volaterranus 11. a. 2. m. 13. d.	3 Marcomerus Herimeri filius 18. an. ad ch 50.	
ab 81. ad *93.*	3 S. Cletus Roma-	4 Clodomerus filius	

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORV CADVRCENSIVM
	nus 12. a. 7. m. 2. d. vacat ſedes d. 13.	Marcomrri 12. a. ad 62.	
a 93. ad 102.	4. S. Clemens Romanus 9. a. 6. m. 7. d. vacat ſedes 13. d.	5. Antenor filius Clodomeri 6. a. ad. 68.	
à 102. vel 103. ad 112.	5. S. Anacletus Athenienſis 9. a. 3. m. 10. d. vacat ſedes 13. d.	6. Datherus, vel Ratherus filius Antenoris, 21. an. ad 89.	
a 112. ad 121.	6. S. Euariſtus Græcus 9. a 2. m. 28. d. vacat ſed. 18. d.	7. Richimerius filius Ratheri, 24. a. ad 113.	
a 121. ad 131.	7. S. Alexander Romanus 9. a. 5. m. 20. d. vacat ſed. 25. d.	8. Odemarus Richimeri filius 14 a. ad 127.	
a. 131. ad 142.	8. S. Sixtus R. 10. a. 10. m. 8. d. vac. ſed. 2. d.	9. Marcomerus 11 Odemari filius 21. a. ad 148.	
a. 142. ad 154.	9. S. Teleſphorus Græcus Anachoreta, 11. a. 8. m. 27. d. vac. ſed. 7. d.	10. Clodomerus 11. filius Marcomeri: 11. an. 17. ad 165.	
a. 154. ad 158.	10. S. Hyginius Grę-		

ANNI CHRISTI	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	cus an.4. m. 3.d.4. vacat ſed. d.4.	11 Farabertus filius Clodomeri 11. a. ad 193.	
a.158.ad 167.	11 S.Pius Aquileienſis, 9.a. 4.m. 3. d. vacat ſed. d.14.	12 Sunnus vel Sunnon Faraberti filius 28. an.ad 221.	
a. 167. ad 175.	12 S. Anicetus Syrus 7.a.10.m. 6.d. vac. ſed. 17. d.		
a.175.ad 179.	13 S. Soter Cāpanus, 4.a.5.d. v.ſed21.d.		
a.179. ad 194.	14. S. Eleutherius græcus 15.a.. 1.m 4.d. vacat ſed 5.d.		
a.194.ad 203.	15. S. Victor Africanus,9.a.1.m.28.d. vacat ſed.11.d.		
a. 203. ad 221.	16. S.Zephyrinus, 18. a.1.m. 17. d. vacat ſed 6. d.		
	17. S. Caliſtus Roma-	13 Hildericus Sunni filius an. 40. ad 261.	

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	nus 5.a.1. m. 10. d. vacat ſed.6.d.		
a.226. ad.233.	18. S.Vrbanus Romanus 6.a.7. m. 5. d. vac. ſed. 30. d.		
a. 233. ad 237.	19. S. Pontianus Romanus 4. a. 4. m. 24.d.vac.ſed.10. d.		
	20. S. Antherus Grȩcus vix m. 1. vacat ſed.13.d.	14. Barthero vel Bathero filius Hilderici, 18. annos ad 279.	
a.237. ad 253.	21. S. Fabianus Romanus 15. an. 1.m. 5. d.vacat ſed.pluſquàm an. 1.		
a.254. ad 255.	22. S. Cornelius Romanus 1.a.7.m.14. d. vac.ſed.35.d.		
a.255.ad.257.	23. S. Lucius Romanus 1.a.4.m. 14.d. vacat ſed. 30. d.	15. Clogio 11. filius Bartheronis,15.an. ad. 294.	

ANNI CHRISTI	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
a.257.ad 260.	24. S. Stephanus Romanus 3. a.4. m. 5. d. vac.ſed:22.d.		
a.260.ad 261.	25. S. Sixtus II. Athenienſis II. m. 6. d. vac.ſed. 36. dies.		
a.261.ad 272.	26. S. Dionyſius Minachus. II. a. 3. m. 15.d.vacat ſed.6.d.	16. Vvatterus ſeu Vvalterus filius Clogionis II. an. ad 305.	I S. *Genulphus miſſus à B. Sixto 2 anno* 261.*numero.* 14.
a.272.ad 275.	27. S. Felix Romanus 2.a. 4.m.v.ſed. 5.d.		
a.275. ad 283.	28. S. Eutychianus Tuſcus 8. an.7. m. 3.d. vacat ſed.9.d.		
a.283.ad.286.	29. S. Caius Dalmata ex genere Diocletiani 12. a. 3.m. 26. d.vac.ſed.11.dies.		
a.286.ad 304.	30. S. Marcellinus Romanus 7. a 11. m. 26.d vac.ſed.25. d.		

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
a. 304. ad 309.	31. S. Marcellus Romanus 4. a. 7. m. 22. d vacat ſed. 30. d.	17. Degembertus vel Dagobertus Vvalteri filius a. 13. a. 303. ad 316.	*Succedit.*
à. 309. ad 311.	32. S. Euſebi⁹ Grec⁹ 2. a. 7. m. 11. d. v. ſ. 1. d.	18. Clogion III. filius Dagoberti, an. 2. ad 318.	
a. 311. ad 313.	33. S. Milthiades Afer, 2. a. 1. m. 13. d. vacat ſed. 1. m. 21. d	19. Clodomerus III. Clogionis frater, 8. a. ad 326.	
a. 314. ad 335.	34. S. Syluester Romanus 22. a. 11. m. vac. ſed 1. m. 14. d.		
a. 336. ad 336.	35. S. Marcus Romanus 6. m. 24. d. vac. ſed 19. d.	20. Richimerus lius Clodomeri: a. 23. ad 345.	
a. 336. ad 352.	36. S. Iulius Romanus 15. a. 5. m. 16. d. vacat ſed 25. d.	21 Thedomerus fili⁹ Richimeri: 6. a. ad 355.	2. *Exuperius* 339. *nu.* 19.
a. 352. ad 367.	37. S. Liberius Roman⁹, 15. a. 5. m. 3. 1. Liberij annis aliqui interſerunt felicē 2. vacat ſed 6. d.	22 Clogio IV. filius Theodomeri: 22. a. ad 377.	3. *Florent.* 370. *num.* 23.

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
a.367. ad 384.	38. S.Damaſus Luſitanus 17.a.2.m.23.d. vac.ſed.1.m. 2.d.	23. Marcomerus III. Clogionis filius.	
a. 385. ad 398.	39. S. Siricius Romanus 13.a.1.m.7.d. vacat ſed.21.d.	24 Dagobertus.	
a.398. ad 402.	40 S. Anaſtaſius Romanus 4.a.1.m.9.d.vacat ſed.21.d.	25 Gerebaldi, qui circa an. 419. obijt.	
a.402. ad 417.	41. S. Innocentius Scotus, 15.a.2.m. 10.d.vac.ſed.22.d.	Hactenus ſuperiorum omnium ducum apud Hiſtoricos veritas anceps eſt: nunc ſequitur Rex.	
a. 417. ad 418.	42. S. Sozimus Græcus, 1.a.4.m.10.d. vacat ſed.5.d.		
a. 419. ad 423.	43. S. Bonifacius Romanus 4.a.9.m.25.d. vac.ſed.9.d.	1 Pharamundus filius Marcomeri, 11.a. ab a. 419. ad 430.	
a. 423. ad 432.	44. S. Cœleſtin⁹ Ro. 8.a.5.m.11.d.v.ſ.19 d.	2 Clodio Capillatus Pharamundi filius 18.an. ad 448.	3 *Alithius à* 400. *ad* 440. *num.* 26.
a. 432. ad 440.	45. S. Sixtus 3. R. 7.a.11.m.1.d.va.ſed.41.d.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
a.440.ad 461.	45. S. Leo Magnus, Tuſcus 20.a.10.m. 6.d.vac. ſed.6.m. 25.d.	3. Meroueus annos 10. ad an. 458.	
a.461.ad 467.	46. S. Hilarius Sardus 5.a.9.m.26.d.vacat ſed.10.d.	4. Childericus Merouei filius,25.an.ad an.483.	4. S. *Capuanus a.* 440. *ad* 480. *num.*28.
a.467.ad 483.	47. S. Simplicius Tiburtinus 15.a.5.m. 12.d. vac. ſed.6. d.		
a. 483.ad 492.	48. S. Felix II. Romanus 8.a.11.m. 12.d. vac.ſed.7.dies.		
a.492.ad 496.	49. S.Gelaſius Afer 4. a.9. m.19. d. vacat ſed.7.d.		
a.496.ad 498.	50. S. Anaſtaſius Romanus 1. a. 11.m. 14.d.vac.ſed.d.4.	5. Clodoueus Childerici filius,31. an. ad 514.	5. *Boetius à* 480. *a*[d] 507.*num.*30.
a. 498. ad 514.	51. S.Symmachus Sar-		

ANNI CHRISTI	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	dus 1[illegible]. 8. m. 5. d. vacat ſed. d. 7.		
a. 514. ad 523.	52. S. Hormiſda Campanus, 9. an. 7. d. Huic aliqui adiungũt Felicẽ 3. vel 4. à Theodorico Rege electũ ſed à clero repudiatum, alij reijciũt. vac. ſed. 7. d. quare ſuccedit.	6. Childebertus filius Clodouei Pariſiorum Rex, a. 44. à 514. ad 557.	6. *Suſtratius à 507. a 545. numero.* 31.
a. 523. ad 526.	53. S. Ioannes Tuſcus, 2. a. 9. m. 10. d. ante cuius mortem ille alius factus eſt, ſed ſolùm poſt agnoſcendus.	7. Clotari⁹ ſolus monarcha poſt mortem fratrum filius Clodouei: 6. an. à 558. ad 564.	7. *Leucadius à 545 565. numero* 32.
a 526. ad 530.	54. S. Felix III. Samius circiter 5. annis, vacat ſed. 2. dies.	8. Cheribertus Clotarij filius Pariſiorum Rex 10. an. ab 564. ad 173.	8. *S. Maurilio à 5[illegible] ad 583. numero 3[illegible]*
a. 530. ad 531.	55. S. Bonifacius 2. Romanus 1. a 1. d. vacat ſed. 2. m.		
a. 532. ad. 535.	56. S. Io. 2. R. 3. an. 6. m.	9. Reliqui Clotarij filij 6. annos ad	

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 577. ad 590.	63. S.Pelagius II. Romanus 12. a. 2. m. 27.d.vac ſed.6. m.		
à 590. ad 604.	64. S. Gregorius magnus Romanus 13.a.7.m.8 d.vacat ſed.5. m. 18.d.		
à 604. ad 605.	65. Sabinianus Volaterranus 5.m.19. d. vacat 11.m.27.d.	12. Clotarius 2. filius Chilperici ſolus regnare cœpit ab an. 614. ad 631.	
606.	66. S.Bonifacius 3. Romanus 8. m. 26. d. vac. ſed. 10.m.6.d.		
à 607. ad 614.	67. S. Bonifacius 4. Marſus 6. an. 7.m. 20.d.vac. 6.m.5.d.	13. Dagobertus Clotarij filius an. 16. ad 647.	
à 614. ad 617.	68. S. Deusdedit Roman⁹ 2. a.11.m.26. d.va.ſed.1 d.abijt.	14. Clodoueus 2. qui & Ludouicus filius Dagoberti. 17. an. ad 664.	10. *Euſebius à 624. ad 632.num.37.*
à 618. ad 625.	69. S.Bonif.N.7.a. 10. m.vac.ſed d.26.		
à 625. ad 638.	70. S.Honori⁹ Cãpan⁹	15. Clotarius III. filius	11. *Ruſticus à 632.*

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	12.a.5.m.vacat ſed. an.1.ſaltem.	lius Clodouci: 4.a. ad 668.	*632.ad 639. numer* 38.
ad 639.	71. Seuerinus Romanus, an. 1. circiter vac.ſed.m.4.d.29.		
à 639. ad 641.	72. Ioannes 4. Dalmata.1.a.9.m.9.d.vac. ſed.1.m.15.d.	16. Childericus frater Clotarij: 3. annos ad 671.	12. *S. Deſiderius à 639.ad 662.numero* 39.
a.641.ad 649.	73. Theodorꝰ Hieroſolymitanus 7.a.2.m. 5.d.v.ſed.m..5.d.18.		
a.649.ad 654.	74. S. Martinus 1. Tudertinns, 5.a.4.m. 12.d.vac.ſed. paucos dies.	17. Theodoricus frater duorum deceſſorum, an. 17. ad 688.	*Sedes vacat.*
a.654.ad 655.	75. S.Eugenius Romanus, 6.m.vacat.ſed. 2.m.28.d.		
a.655.ad 669.	76. S.Vitalianus Volſcus, 13.a.4.m.24.d. vac.ſed.2.m.13.d.	18. Clodoueus III. filius Theodorici a. 4. ad 692.	
a.669.ad 676.	77. S. Adeodatus Ro-		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	PISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	manus 7.a.2.m.23. d.vacat ſed.4. m.		
a. 676. ad 678.	78. Donus Romanus 1.a.5.m.11.d. vacat ſed. paucos dies.		
a. 678. ad 682.	79 S. Agatho Siculus 3.a.3.m.circiter.va. ſed.1. a.8. m. d.		
a. 683. ad 684.	80. S. Leo. II. Siculus 10.m. 12. d vacat 1. m.25.d.		
a. 684. ad 685.	81. S. Benedictus II. Rom. 8. m. 18.va. 2.m. 15.d.	19. Childebertus III. Clodouei frater 17. annos ad 709.	
a. 685. ad 686.	82. Ioannes V. Antiochenus, 1.an. 11.d. vacat ſed 2.menſ.		
a. 686. ad 687.	83. Conon Thrax,1.a. circiter vacat ſed. 2.m.13.d.		
a. 687. ad 701.	84. S. Sergius Anthiochenus, 13.a. 8. m.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	15. d. vacat ſed. 2. menſes circiter.		
à 701. ad 705.	85. Ioannes VI. Græcus 3.a. aliquot m. vac.ſed.1.m. 20. d.	20. Dagobertꝰ 2. Childeberti filius.5.an. ad 716.	
à 705. ad 707	86. Ioannes VII. Græcus 2.a. 5. m. 17.d. vacat ſed.3. m.	21. Childericus in fugam datus à Carolo Martello.	
708.	87. Siſinnius Antiochenus, 20.d. vacat 15.d.	Alij toto hoc tempore Carolum Martellū Regem faciunt.	
à 708. ad 714.	88. Conſtantinus Syrus 6.a.1.m.3.d.va. ſed.43.d.	22. Theodoricus II.	
à 714. ad 731.	89. S.Gregoriꝰ 2. Ro. 16.a.9.m. 20.d. vacat ſed. m. 1.	23. Childericus 3. cognomento.	
à 731. ad 741.	90. S.Greg. 3. Syrus, 6. a.8.m.15.d.v. 8. d.	hi omnes ad a. 751.	
à 741. ad 752.	91. S. Zacharais Græcus, 10.a.3.m. 12.d. vacat ſed. d. 12.	in huiꝰ poſtremi locum	

ANNI CHRISTI	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
752.	92. Stephanus 2. Romanus 4. dies. ab aliquib. omiſſus.	24. Pipini Caroli Martelli filius vnctus eſt 752. a. regnauit ad 768.	13. S. *Ambroſius* 751. *ad* 770. *num.* 44.
à 752. ad 757.	93. Stephanus 3. Romanus 4 a.4. m.d. aliquot v. 1.m. 4.d.		
à 757.ad 767.	94. S.paul⁹ frater deceſſoris 10.a.1. d. vac. ſed.1.an.1.m. 15. d.	25. Corolus Magnus Pipini filius a. 46. à 768. ad 814.	
à 768. ad 772.	95. Stephan⁹ 4. Sicul⁹ 3.a.5.m.18.d.v.d.9.		
à 772. ad 795.	96. Adrianus 1.R.23.a. 11.m.17.d.nõ v.ſed.		14. *Aymatus* à 770. *ad* 804.
à 795. ad 816.	97. Leo 3. Ro. 20. a.5. m.13.d v.ſed. 10. d.		
à 816.ad 817.	98. Stephanus V. Ro. 7.m.16.d. v. ſ. 2. d.	26. Ludouicus Pius Caroli Magni filius 36. an. ab 814. 840.	15. *Angarius ab* 804. *ad* 835. *num.* 52.
à 817. ad 824.	99. S.Paſcalis 1 Rom. 7.a.2. m.22. d. vacat ſed .4. d.		
à 824. ad 827.	200. Eugenius Roma-		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	nus 3.a. 2.m.25. d. vacat ſed. paucos dies.	filius Ludouici Pij 37.à. 841. ad 877.	
ad. 827.	101. Valentinus Romanus 30. dieb. vacat ſed .3 ·d.		
a. 827. ad 843.	102. Gregorius 4· Romanus an. circiter 16.2.m.vacat ſed.2. m.	28. Ludouicus II. Balbus filius Caroli Calui,2.a. ad 879.	
a. 843. ad 847.	103. Sergius 2. Romanus 3. an. circiter non vacat ſedes.	29. Ludouicus III. & CarlomannusBal bi filij nothi.6. an. ad 885.	16. *Guillelmus* I. *al* 835.*ad*879. *numer* 53.
a.847. ad 855.	104. S. Leo 4. Roma- 8. a. 3.m. 4. d. ſed. vacat paucos dies.		
a.855.ad 858.	105. Benedictus III. Romanus,2. a. 7. m. circiter. ſed. vac. 15. d.		
a.858. ad 867.	106. S. Nicola' magnus Romanus 9.a.8.m. 14.d. vacat 1.menſ.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 867. ad 872.	107. Adrianus 2. Rom. 4.a.10.m.13.d.vac. ſed.1.m.24.d.		
à 872. ad 882.	108. Ioannes VIII.Romanus 10. an. 5.d. vac. ſed.3.d.	30. Carolus III. Craſſus 3.an.ad 888.	17. *Gerardus* 1.*ab* 880. *ad* 899.
à 882. ad 884.	109. Marinus Gallus, 1. a.21.d. vacat ſed.2. d.		
à 884. ad 885.	110. Adrianus 3. Rom. a.1.m.3.d. 19. paucos dies vacat ſed.	31. Odo 12.an.ad 899.	
à 885 ad 891.	111. Stephanus VI.Romanus 6.a. 1. m.8. d. vacat. ſed.d.5.	32. Carolus Simplex Ludouici Balbi filius,an. 31. ad an. 923.miſcendo regnum eius cum Odone.	
à 891. ad 896.	112. Formoſus Romanus 5. an. 5. m. 16. d.vacat ſed.d.15.		
à 896. ad 900.	113. Stephanus 7. Romanus 3. an 8. m. vacat ſed d.3.		
	114.		

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 900. ad 901.	Romanus Tuſcus 4.m.vacat d. 11.		
* 901.	115. Theodorus 2. Romanus 20. d.vacat ſed.paucos dies.	*In hoc ſeculo, & in ſequenti turbata & confuſa ſunt pene omnia ex temporum ſterilitate & ignorantia, & morum corruptela, nunquam tamen turbata eſt ſucceſſio primæ ſedis.	17. S. *Gausbertus à* 900. *ad* 945. *numero* 55.
à 905.	116. Ioannes.9. Tiburtinus 3.an. circiter. vac.ſed. paucos d.		
à 906.ad 907.	117. Benedictus 4. Romanus 1.a.& paulo plùs.		
907.	118. Leo 5. Ardeatinus 40.dies.		
907.	119. Chriſtoph. Romanus m.7.		
à 907.ad 910.	120. Sergius 3. Romanus 3. an. circiter vac.ſed.d.7.		
à 910.ad 912.	121. Anaſtaſius 3.Rom. an.2. circiter vacat ſed.2.d.		

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
912.	122. Landus Sabinenſis m.6.d.25.vacat ſed. 26. d.		
à 912.ad 928.	123. Ioannes 10. Romanus 16. an.circiter.		
à 928.ad 929.	124. Leo 6. Romanus m. 7. d. 15. vacat ſed.m.1.	33. Rodulphus Ricardi filius è Burgundia, an .13 .à 923. ad 936.	
à 929. ad 930.	125. Stephanus 8.Rom. 1.a. & paulò plùs vacat ſed. 10. dies		
à 930. ad 936.	126. Ioannes 11. Rom. 5.an. & paulò plùs vacat ſed.d.12.	34. Ludouicus 4.Traſ. marinus, Caroli Simplicis filius 19. an.ad 954.	
à 936. ad 939.	127. Leo 7. Romanus an.3. m.6. 10.d.vac. ſed.d.3.		
à 939. ad 942.	128. Stephanus 9. Germanus 3.a.4.m. 12. d.vac.ſed.d.10.		
à 942. ad 946.	129. Marinus 2. Rom.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	an.3 m.6. d.13. vac. d.12.		
à 945. ad 955.	130. Agapetus II. rom. an.10. circiter vac. ſed. d.1.	35. Lotharius filius Ludouïcus Tranſmarini. 33. ad 986.	18. *Bernardus*, *à 946 ad 990.*
à 955. ad 964.	131. Ioannes 12. romanus, 9. an. m.3. d.5. vacat ſed. d.1.		
à 964. ad 965.	132. Benedictus 5. rom. an. circiter vnum va. m.6.		
à 965. ad 972.	133. Ioannes 13. rom. 7. a. aliquot dies vacat ſed. d.13.		
972.	134. Donnus 2. romanus 3.m. vacat ſed. paucos dies.		
à 972. ad 974.	135. Benedictus 6 rom. 2. a. circiter. vacat ſed. 7.m. & plus, ſedẽ per vim tenẽte Bonifacio tyranno.		
	136.		

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 974. ad 983.	Benedictus 7. Romanus 9. an. circiter. vacat d. 5.		
à 983. ad 985.	137. Ioan. 14. Papienſis an. 2. circiter, & aliquot m. vac. ſed. Bonifacio tyranno occupãte. 4. m.	36. Ludouicus 5. Clotarij filius 1. an. ad 987.	
à 985. ad 996.	138. Ioannes. 15. Rom 10. a. & aliquot mẽſes. vacat d. 7.	37. Hugo Capetus Gallus ſuccedit, & tertiam familiam inchoat. 8. a. ad an. 995.	
996.	139. Ioannes 16. Rom. m. 4. vac. m. 1. 6. d.		
à 996 ad 999.	140. Gregorius 5. Germanus an. 2. m. fer. 8. vacat. ſed. d. 15. Aliqui hic adiungunt Ioan. 17. vnde variãt numerũ ſequentem Ioan.	38. Robertus filius Capeti 37. a. ad 1032.	
à 999. ad 1003.	141. Syluester 2. Aquitanus 4. a. 1. m. 10. d. vacat 5. d. 23.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
1003.	141. Ioannes 17. Romanus m. 5. vacat ſed. 19. d.		19. *Deodatus à* 100[illegible] *ad* 1040.
à. 1003. 1009.	142. Ioannes 18. *Italus* 5. a. 9. m. vacat ſed. m. & d. 3.		
à 009. ad 1012.	143. Sergius 4. Romanus 1. a. 8. m. 14. d. vacat ſed. m. 6.		
à 1012. ad 1024.	144. Benedictus 8. Tuſculan. 11. a. & aliquot menſ. vac. 1. m. 13. d.		
à 1024. ad 1033.	145. Ioan 19. alijs 20. frater 9. a. 6. m. 28. d. vacat d. 8.		
à. 1033. ad 1044.	146. Benedictus 9. Tuſculanus 11. a. circiter.	39. Henricus 1. filius Roberti, 29. ad 1060.	20. *Fulco Simonis à* 104. *ad* 1070. *num.* 61.
. 1044. ad 1046.	147. Gregorius 6. Romanus 2. an. circiter.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1046. ad 1047.	148. Clemens 2. Saxo. m. 9. vacat m. 9.	4. Philippus 1. filius Henrici, 49. a. ad. 1107.	
1047.	149. Damaſus. Bauarus d. 23. vac. ſed. m. 5.		
à 1048. ad 1054.	150. S. Leo 8. (vulgo 9.) Alzatius 5. a. 2. m. 6. d. vac. ſed. m. 11. d. 29.		
à 1055. ad 1057.	151. Victor 2. Sueuus an. 2. m. 3. d. 14. vacat ſed. d. 4.		
à 1057. ad 1058.	152. Stephanus 10. Lotharingus aliquot menſes. vacat ſed. 9. m. nam Benedictus Antipapa fuit.		
à 1058. ad 1061.	153. Nicolaus 2. Allobrox 2. an. 6. m. circiter. vacat aliquot dies.		
	154.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1061. ad 1073.	Alexander 3. Mediolanenſis 11. a. & aliquot menſes.		21. *Stephanus* 1. *à* 1070. *ad* 1093. *num.* 63.
à 1073. ad 1085.	154. S. Gregorius 7. Hetruſcus 12. a. pene integros. vac. ſed. a. 1. & fortaſſe plùs.		
à 1086. ad 1087.	155. Victor 3. Beneuentanus. 1. a. paucos menſes vac. ſed. 5. menſes circiter.		
à 1088. ad 1099.	156. Vrbanus 2. Gallus Remenſis 11. a. 4. m. 16. d. vac. ſed. d. 13.		
à 1099. ad 1118.	157. Paſcalis 2. Tuſcus. 18. a. 5. m 11. d. vac. ſed. 3. d.		22. *Geraldus* 2. *à* 1094. *ad* 1112.
à 1118. ad 1119.	158. Gelaſius 2. Caietan. 1. a. m. 1. vacat 2. d.	42. Ludouicus 6. Craſſus filius Philippi 25. an. ad 1137.	23. *Guillelmus* 2. *à* 1113. *ad* 1150. *num.* 73.
à 1119. ad 1124.	159. Calliſtus 2. Burgundus, 5. a. 10. m. 14. d. vacat ſed. d. 8.		
	160.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1124. ad 1130.	161. Honorius 2. Imolenſis 5.a. 1.m. 2.d. non vacat ſed.		
à 1130. ad 1143.	162. Innocẽtius 2. Romanus. 14. a. 6. m. 8.d. vacat 8.d.	42. Ludouicus 7. Iunior vel Lenis, filius Craſſi 43.a.ad 1180.	
à 1143. ad 1144.	163. Celeſtinus 2. Tuſcus m.5.d. 13. vac. ſed.16.d.		
à 1144. ad 1145.	164. Luciꝰ 2. Bononiẽſis m.11.d. 4. vacat ſed.d.2.		
à 1145. ad 1153.	165. Eugenius 3. Piſanus 8. a 3. m.7. d. vacat d. 2.		
à 1153. ad 1154.	166. Anaſtaſius 4. Romanus 1.a 5.m. 24. d.vac d.1.		24. *Geraldus* 3. à 1150 *ad* 1201. *numer.* 75
à 1154. ad 1159.	167. Adrianus 4. Anglus 4.a.8 m.28.d. vacat ſed.d.3.		
	168.		

ANNI CHRISTI.	SAMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1159 vſq; ad 1181.	Alexander 3. Senēſis 22. a. 1. m. vacat ſed. 2. d.		
à 1181. ad 1185.	169. Lucius 3. Tuſcus. 4. a. 3. m. vacat. ſed. 12. d.	43. Philippus 2. Auguſtus filius Iunioris Ludouici, 43. ad a. 1223.	
à 1185. ad 1187.	170. Vrbanus 3. Mediolanenſis 1. an. 10. m. 9. d. vacat ſed. d. 11.		
1188.	171. Gregorius 8. Beneuētanus, 1. m. 18. d. vacat ſed. 20. d.		
à 1188. ad 1191.	172. Clemens 3. Romanus 2. a. 2. m. 18. d. vacat ſed. 4. d.		
1191. ad 1198.	173 Cœleſtinus 3. Romanus 6. an. 9. m. 11. d. non. vacat.		
1198. ad 1216.	174. Innocentius 3. Anagninus 18. a. 6. m. 8. d. vacat ſed. 2. d.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1216. ad 1227.	175. Honorius 3. Romanus 16.a.7.m.8. d.vacat ſed.2.d.	44 Ludouicus 8. S.Ludouici pater filius Philippi 2.3.an.ad. 1226.	45. *Guillelmus* 3. *à* 1201. *ad* 1206. *num.* 78.
à 1217. ad 1241.	176. Gregorius 9. Anagninus 14. a. 5. m. 23.d. vacat 30. dies.		46. *Guillelmus* 4. *à* 1209. *ad* 1234. *num.* 79.
1241.	177 Celeſtin.4. Mediolan. d. 18. vacat ſed.1.a.8.m.15.d.	45. S.Ludouicus 9. Ludouici 8. filius. a. 44. ad 1270.	47. *Pontius à* 1235. *ad* 1236.
à 1243. ad 1254.	178. Innocentius 4. Genuenſis, 11. 5. m.15. d.vac.ſed.d.3.vel 1.		48. *Geraldus* 4. *à* 1237. *ad.* 1250.
à 1254. ad 1261.	179. Alexāder Anagninus 6.a. 5. m. 15. d. ſed. 3. vac .m.4 .d.		49. *Bartholomæus à* 1250. *ad* 1273.
à 1261. ad 1264.	180. Vrban. 4. Gallus Trecenſis 3. a.3. d. vac.ſed.4 m.		
à 1265. ad 1268.	181. Clemens 4. Narbonenſis 3.a.10.m. 22.d.vacat ſed.2. a. 9.m.20.d.		

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SAMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1271. ad 1276.	182. Gregorius 10. Placentinus 4. a. 4. m. 10. d. vacat ſed. 9. d.	46. Philippus 3. Audax S. Ludouici filius 15. a. ad 1285.	
1276.	183. Innocent. 5. Burgund. Dominican. 5. m. vac. ſed. 1. m. d. 2.		
1276.	184. Adrian. 5. Ligur 1. m. 6. d. vac. ſed. 27. d.		
à 1276. ad 1277.	185. Ioan. 20. (vulgo 21.) Luſitanus 8. m. 20. d. vac. ſed. 8. m. 17. d.		
à 1277. ad 1280.	186. Nicolaus 3. Rom. 2. a. 7. m. 20. d. vac. ſed. 6. m. 4 d.		
à 1280. ad 1285	187. Martinus 2. (Alijs 4.) Turonenſis 4. a. 1. m. 6. v. ſed. 3. d.	47. Philippus 4. Pulcher filius Philippi Audacis 29. a. ad an. 1314.	30. *Raymūdus de Cornelio à 1280. ad 1293.*
à 1285. ad 1287.	188. Honorius 4. Romanus 2. a. 3. d. vac.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	ſed.10.m. 18.d.		
à 1288.ad 1294.	189. Nicolaus 4. Aſculanus Frãciſcanus, 4.a.1.m.d.10. vacat ſed.an.2.m.3. d.2.		31. *Sicardus de mõte-acuto. à* 1293. *ad* 1300.
a 1294.	190. S.Celeſtinus 5. Eſernienſis 5.m.6. d.vacat ſed.11.d.		
à 1294.ad 1303.	191. Bonifacius 8. Anagninus 8. a. 11 m. vac. ſed d.10.		
à 1303. ad 1306.	192. Benedictus 11. taruiſinus 8. m. vac. ſed.1.a. 1. m.		
à 1306. ad 1316.	193. Clemens 5. Burdigalenſis 7.a. 10 m. 16.d. vac.ſed.2.a.5. m.2.d.	147. Ludouicus Hutinus filius Philippi Pulcher 2. a. ad 1317.	32. *Raymundus Pauchelli* 1300.*ad* 1312 *num.* 155.
à 1316. ad 1334.	194. Ioannes 21.(vulgo 22. quem nos numerum in notis data opera ſeruauimus) Cadurcen-	148. Philippus Longus filius Philippi Pulchri 5 a. ad 1321.	33 *Petrus de Larillac a.* 1312. *à Clemen* 5.*electus renuit. num.* 179.

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	ſis 18.a.2.m. 27.d vac.ſed. 16. d.		
à 1334. ad 1342.	195. Benedictus 12.Toloſanus 7.a.4.m.6. d. vac.ſed. 12.d.	49. Carolus Pulcher filius Philippi Pulchri 7.a.ad 1328	34. *Hugo Geraldi* 1312 *ad* 1316.*num.* 180.
à 1342. ad 1352.	196. Clemens 6.Lemouicēſis 10. an. 7. m. vac.ſed. 9.d.	50. Philippus Valeſius 6.23.a.ad 1350.	35. *Guillelmus* 5.*Labro* 1316.*ad* 1324.*num.* 194.
à 1352. ad 1362.	197. Innocentius 6. Le mouicenſis 9. a. 8 m. 29. d. vac. 1. m. 14.d.	51. Ioannes Philippi filius 14. a.ad 1364.	36. *Bertrandus de Cardaillaco à* 1324 *ad* 1367.*num.* 208.
à 1362.ad 1370.	198. Vrbanus 5.Gallus. 8.a.1.m. 23.d. vac. ſed.10.d.	52. Carolus 5. Sapiens 17.ad 1380.	37. *Bego de Castronouo à* 1367. ad 1388. *nu* 287.
1370. ad 1378.	199. Gregorius 11. Lemouicenſis 7. a.2. m. 28. d. vac.d. 7.		
1378. ad 1389.	200. Vrban⁹ 6. Neapolitanus 11. a. 7. m 11. d. vac. ſed. 20.	53. Carolus 6. Beneamatus 42. ad 1422	38. *Franc. de Cardaillaco ex familia S. Franciſci.à* 1389.*ad* 1404 *num.*308.
1389.ad 1404.	201. Bonifac.9.Neapo-		

ANNI CHRISTI	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	litanus 14. a.m. 11. vac. ſed. 15.d.		
à 1404. ad 1406.	102. Innocent. 7. Sulmonēſis 2. a. 2. m. 22.d. vac. ſed. 23.d.		39. *Guillelmus 6. Darpaiou à* 1404. *aa* 1431. *num.* 314.
à 1406. ad 1409.	103. Gregoriꝰ 12. Venetus 2.a.7.m.5 d.nō vac. ſedes, quia depoſitus eſt in Concilio Piſano, & in eius locum quòd dubius eſſet ſubſtitutus eſt.		
à 1409. ad 1410	104. Alexander 5. Cretenſis, m. 10. d.8. vacat d. 11.		
à 1410. ad 1415.	105. Ioannes 23. Neapolitanus an. 5. d. 15.vac.ſed an.2.	31. Carolus 7. Victor filius Caroli 6. 39. a. ad. 1491.	40. *Ioannes de Podio à* 1431. *ad* 1436. *num.* 339.
à 1417. ad 1431.	106. Martinꝰ 5. (3. alijs) Romanus 13. a. 3. m. 6.d. vacat ſed. 12.d.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1431..1447.	207 Eugenius 4. Venetus 15. a. 11. m. 23. d. vac. ſed. 14. d.		41. *Joannes 2. de Caſtronouo à* 1438. *ad* 1460. *num*. 340.
à 1447. ad 1455.	208. Nicolaus 5. Saracaner ſis. 8. a. 16. d. vac. ſed. 17. d.		
à 1455. ad 1458.	209. Caliſtus 3. Hiſpanus 3. a. 3. m. 28. d. vac. ſed. 17. d.		
à 1458. ad 1464.	210. Pius 2. Senenſis 5. a. 11. m. 25. d. vacat ſed. d. 16.	54. Ludouicus 11. filius Carol. 7. 22. an. ad 1483.	42. *Ludouicus Albret a.* 14[illegible]1 *ad* 1465. *nu* 347.
à 1464. ad 471.	211. Paulus 2. Venetus 6. a. 10. m. 22. d. vac. ſed. 8. d.		
à 1471. ad 11484.	212. Sixtus 4. Sanonenſis 13. an. d. 15. vac. ſed. d. 16.	54. Carolus 8. filius Ludouici 11. 15. a. ad 1498.	43. *Antonius* 1. *Alamãdi ab an.* 1466. *ad* 1475. *num*. 348.
à 1484. ad 1492.	213. Innocẽtius 8. Genuenſis 7. a. 11. m. 27. d. vac. ſed. 20. d.	55. Ludouicus 12 Aurelianẽſis Dux 17. a. ad 1515.	44 *Guiſcardus. ab. an.* 1475. *ad* 1477. *nu.* 351.

Digitized by Google

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1492. ad 1503.	214. Alexāder 6. Hiſpanus 8. a. d. 8. vacat ſed. 15. dies.		
1503.	215. Pius 3. Senenſis 27. dies, vacat ſed. 15. d.	56. Franciſcus Engoliſmenſium Dux 33. a. ad 1547.	47. Germanus de Ganay à 1509. *ad* 1512. *num.* 392.
à 1503. ad 1513.	116. Iulius. 2. Sauonenſis, 9. a. 3. m. 19. d. vacat ſed. 17. d.		48. *Carolus Dominic de Carretto, 2. anni. ſedet, num.* 394.
à 1523. ad 1521.	217. Leo 10. Florentinus 8. a. 8. m. 21. d. vacat ſed. 1. m. 7. d.		49. *Ludouicus de Carretto menſem vnun ſedit, num.* 395.
à 1521. ad 1523.	218. Adrianus 6. Balanus. 1. a. 8. d. 6. vac. m. 2. d. 4.		50. *Aloyſius de Carretto à.* 1514. *ad* 1524 *num.* 396.
à 1523. ad 1534.	219. Clemens 7. Florẽtinus, 10. a. 10. m. 8. d. vac. ſed. d. 11.	57. Henricus 2. filius Franciſci primi 12. a. ad 1559.	51. *Paulus de Carrett à* 1524. *ad* 1553. *n* 397.
à 1534. ad 1549.	220. Paul 3. Romanus ex Domo Farneſiana, 15. an. 29. d. vac. ſed. 2. m. 29. d.		52. *Alexander Farneſius. à* 1554. *ad* 155 *num.* 401.

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM GALLIÆ	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 1550. ad 1555.	221. Iulius 3. Romanus 5. an. 1. m. 16. d. vac. d. 17.		
1555.	222. Marcellus 2. Tuſcus 22. dies. vacat ſed. d. 22.		
à 1555. ad 1559.	223. Paulus 4. Neapolitanus 4. an. 2. m. 27. d. vacat ſed. m. 4. d. 6.	58. Franciſcus 2. Henrici filius 2. a. ad 1560.	53. *Petrus* 2. *Bertrandi a.* 1557. *ad* 1563.
à 1559. ad 1565.	224. Pius 4. Mediolanenſis 4. an. 11. m. 8. d. vacat ſed. d. 29.	59. Carolus 9. filius Henrici, 15. a. ad 1574.	
à 1566. ad 1572.	225. Pius 5. Inſuber an. 6. m. 3. d. 16. vacat ſed. 13. d.		
à 1572. ad 1585.	226. Gregorius 13. Bononienſis 12. an. 11. m. 28. d. vacat ſed. 14. d.	60. Henricus 3. Henrici 2. filius 15. an. ad 1589.	

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
	227.	61.	54.
à 1585. ad 1590.	Sixtus 5. Anconitanus 5.a.4.m. 3.d. vacat ſed. 19.d.	Henricus 4. Cognomento Magnus filius Antonij Borbonij, 21. a. ad 1610.	*Antonius* 4. *Ebrardus Sanſulpicius ab Anno Chriſt* 1576. *ad* 1600 *num.* 405.
	228.		
1590.	Vrban. 7. Romanus 12. d. vacat ſed. 2.m. 8.d.		
	229.		
à 1590. ad 1591.	Gregorius 14. Mediolanenſis 10. m. 10. d. vacat ſed. 4. d.		
	230.		
1591.	Innocentius 9. Bononienſis 2. m. 10.d. vacat ſed. 30. d.		
	231.		
à 1592. ad 1605	Clemens 8. Florentinus 13. a. 2. m. 3. d. vacat ſed. 29. d.		
	232.		
1605.	Leo 11. Florentinus 25. d. vacat ſed. 19.d.		

ANNI CHRISTI.	SVMMORVM PONTIFICVM.	REGVM. GALLIÆ.	EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.
à 165. ad 1616.	231. Paulus V. Romanus Creatus an. 1605. 16. Maij, iam duodecimũ annũ regnat hoc decimo ſexto ſæculi 17. qui diutiſſimè & feliciſſimè in Eccleſiæ vtilitatem ſedeat.	62. Ludouicus 13. Henrici Magni filius cœpit regnare 14. Maij. an. 1610. & iam ſeptimum annum regnat hoc decimo ſexto ſæculi 17. qui pacificè & diu dominetur.	55. *Simeon Stephanus à Popiano ab A.C. 1601. quem Deus adhuc ſedentem feliciter, diu foueat, à num.* 411.

INDICES VARII IN HISTORIAM EPISCOPORVM CADVRCENSIVM.

EPISCOPORVM NOMINA ORDINE TEMPORVM
recenſita ad numeros totius hiſtoria margini adſcriptos, reuocata.

1 S. Genulphus *de eo agitur num.* 11.
2 Exuperius *numero.* 19.
3 Florentius *numero.* 23.
4 Alithius *numero.* 26.
5 S. Capuanus *numero.* 28.
6 Boëtius *numero.* 30.
7 Suſtratius *numero.* 31.
8 Leucadius Max. *numero.* 32.
9 Maurilio *numero.* 33.
10 Viſicinus *numero.* 34.
11 Euſebius *numero.* 37.
12 Ruſticus *numero.* 38.
13 S. Deſiderius *numero.* 39.
Sedes vacat numero 43.
14 S. Ambroſius *numero.* 44
15 Aymatus *numero.* 51.
16 Angarius *numero* 52.
17 Guillelmus I. *numero.* 53.
18 Geraldus I. *numero.* 54.
19 S. Gausbertus *numero.* 55.
20 Bernardus *numero.* 56.
21 Deodatus *numero.* 60.
22 Fulco Simonis *numero.* 61.
23 Stephanus *I. numero.* 63.
24 Geraldus II. *numero.* 70.
25 Guillelmus II *numero.* 75.
26 Geraldus III. *numero.* 73.
27 Guillelmus III. *numero.* 78.
28 Guillelmus IV *numero.* 79.
29 Pontius *numero* 98.
30 Geraldus IV. *numero* 99.
31 Bartholomæus *numero.* 108.
32 Raymundus I. *numero.* 134
33 Sicardus *numero.* 149.
34 Raymundus II *numero.* 156.
35 Petrus de Larillac *numero.* 179.
36 Hugo Geraldi *numero.* 180.
37 Guillelmus V. Labroa *num.* 194.
38 Bertrandus Cardaillac. *num.* 208.
39 Bego de Caſtronouo *numero.* 287.
40 Franc. Cardaillac. *numero.* 308.
41 Guillelmus VI. Darpajou *num.* 304.
42 Ioannes I. de Podio *num* 339.
43 Ioannes II. de Caſtronouo *num.* 340.
44 Ludouicus Dalbret *numero.* 347.
45 Antonius I. Alamandi *num.* 348.
46 Guiſcardus de Albuconio *num.* 351.
47 Antonius II. Alamandi *num.* 352.
48 Antonius III. de Luſech. *num.* 387.
49 Germanus de Ganay *num.* 392.
50 Carolus Dominicus de Carretto *n.* 394.
51 Ludouicus II. de Carreto *num.* 395.
52 Aloyſius de Carreto *numero.* 396.
53 Paulus de Carreto *num.* 397.
54 Alexander Farneſius *num.* 401.
55 Petrus II. Bertrandi *num.* 404.
56 Ioannes *III.* de Balaguier *num.* 405.
57 Antonius IV. Sanſulpicius *num.* 406.
58 Simeon Stephanus *II.* à Popiano. *n.* 411.

INDEX EORVMDEM EPISCOPORVM CADVRC.

ORDINE ALPHABETICO.

PRIMVS NVMERVS ORDINEM TEMporum, Secundus numerum marginum annotat.

54 Alexander Farneſius *num.* 401.
4 Alithius *numero.* 26.
52 Aloyſius de Carreto *numero.* 396.
14 S. Ambroſius *numero.* 44
16 Angarius *numero* 52.
45 Antonius I. Alamandi *num.* 348.
47 Antonius II. Alamandi *num.* 352.
48 Antonius III. de Luſech. *num.* 387.
57 Antonius IV. Sanſulpicius *num.* 406.
15 Aymatus *numero.* 51.
31 Bartholomæus *numero.* 108.
39 Bego de Caſtronouo *numero.* 387.
20 Bernardus *numero.* 56.
38 Bertrandus Cardaillac. *num.* 208.
6 Boëtius *numero.* 20.
5 S. Capuanus *numero.* 28.
50 Carolus Dominicus de Carretto *n.* 394.
21 Deodatus *numero.* 60.
13 S. Deſiderius *numero.* 39.
11 Euſebius *numero.* 37.
2 Exuperius *numero.* 19.
3 Florentius *numero.* 23.
40 Franc. Cardaillac. *numero.* 308.
22 Fulco Simonis *numero.* 61.
19 S. Gausbertus *numero.* 55.
1 S. Genulphus *num.* 11.
18 Geraldus I. *numero.* 54.
24 Geraldus II. *numero.* 70.
26 Geraldus III. *numero.* 75.
30 Geraldus IV. *numero* 99.
49 Germanus de Ganay *num.* 392.
17 Guillelmus I. *numero.* 53.
25 Guillelmus II. *numero.* 73.
27 Guillelmus III. *numero.* 78.
28 Guillelmus IV. *numero.* 79.
37 Guilleſmus V. Labroa *num* 194.
41 Guillelmus VI. Darpajou *num.* 304.
46 Guiſcardus de Albuconio *num.* 351.
36 Hugo Geraldi *numero.* 180.
42 Ioannes I. de Podio *num.* 339.
43 Ioannes II. de Caſtronouo *num.* 340.
56 Ioannes *III.* de Balaguier *num.* 405.
8 Leucadius, *numero.* 32.
44 Ludouicus Dalbret *numero.* 347.
51 Ludouicus II. de Carreto *num.* 395.
9 Maurilio *numero.* 33.
53 Paulus de Carreto *num.* 397.
29 Pontius *numero* 98.
35 Petrus de Larillac *numero.* 179.
55 Petrus II. Bertrandi *num.* 404.
12 Ruſticus *numero.* 38.
32 Raymundus I. *numero.* 134.
34 Raymundus II. *numero.* 156.
33 Sicardus *numero.* 149.
58 Simeon Stephanus *II.* à Popiano *n.* 41.
23 Stephanus *I.* *numero.* 63.
7 Suſtratius *numero.* 31.
10 S. Vrſicinus *numero* 34.

INDEX RERVM
PRÆCIPVARVM
TOTIVS OPERIS.

Notæ Arithmeticæ numerum marginum notant.

Albigenſes hæretici

Toloſatum fines occupant. Eorum dogmata, numero 81.

Alexander Farneſius.

Epiſcopus 54. ſuccedit ex Bulla Iulij III. Procuratores ſtatuit. Lis illi à Clero intenditur. Abit Pontificatu. Hominis merita, dignitates, legationes, præclara opera, extrema fata, num. 41. 42. 43.

Aluthius

Epiſcopus Cadurc. 4. Eius laudes, & diſtinctio ab aliis cognominibus, num. 29. & 27.

Aloyſius de Carreto

Epiſcopus Cadurc. 52. Romæ degit. Adminiſtratores ſubſtituit. Moribus integris, Magno publicæ rei amore. Eius preces pro Gallia rex flagitat. Crucis prædicandæ negotium ſuſcipit. Ius manus emortuæ eruit, num. 396.

S. Amator

Sancti Martialis ſocius. Claret Sanctitate, miraculis, num. 9.

S. Ambroſius

Epiſcopus Cadurc. 14. ſecedit in Eremum. Peregrinationes Obit. Dies illi feſtus, ædicula, Abbatia. Vbi quieſcant eius reliquiæ. Eædem à Caluiniſtis direptæ, miraculo compertæ, numero 44. Euiſdem pietas, liberalitas, conſtantia, receſſus. Clauis ſpeluncæ vt agnita Miraculum accenſi Cerei, numero 45. & 47. Hymnus de eo rythmicus, num. 46. varia eius monumenta, numero. 47. Ratio temporis ibidem. Aureliacenſe Monaſterium ſub illo conſtructum. Item Figiacenſe, num. 48.

Angarius.

Epiſcopus Cadurc. 16. Eius temporis ratio num. 52.

Angli.

Illorum ſtrages Cadurcenſi ſolo, numero 33. Ab eorum Regibus vt deficiant noſtri, numero 285. 286. 288. *Vide in verbo Beitrandus de Cardaillac, & Bego de Caſtronouo, & Diſſidia Gallorum & Anglorum.*

Antonius I. *Alamandi*

Epiſc. Cad. 45. eius ſtirps. Electio, ingreſſus, iuſiurandum, mores num. 348. Recipit iuriſdictionem externi fori à Carolo Aquitaniæ Duce. Habet ius ſuffragii in Aquitaniæ comitiis num. 349. Obitus. temporis ratio num. 350.

Antonius II. *Alamandi.*

Epiſc. Cad. 47. Alius à ſuperiore. Init ſedem. Eius iuramentum num. 353. Clientes recipit in fidem. Inſigne pulpitum procurat ſuæ Eccleſiæ num. 354. Toloſanæ Curiæ placito, agit contra Pontificias chartas Item & Caroli Regis reſcripto. Obit num. 363 Munificentia eius in pauperes. Zelus num. 364 & 365. fundat Capellanias, certis ſtatutis à nu. 364 ad num. 386.

Antonius III. *de Luzech.*

Epiſc. Cadurc. 47. ſuccedit vel Carolo 8. reluctante num. 387. iubilæum impetrat Diœceſi. Eam viſitat. Obit. Tumulatur. temporis ratio num. 391.

Antonius IV. Sanſulpicius

Epiſc. Cadurc. 57. Stemma, Aetas. Cadurcum ingreditur. Romam vocatur à Gregor. 13. Româ redit, quo fine, eo auctore cedunt vrbe Caluiniſtæ 406 iura Cadurc. Epiſcoporum confirmari curat in comitijs prouincialibus 407. Eáq; varia 408. Subſcribit Synodo Bituricenſi. Ritus ſacros & formulas fori Eccleſiaſtici Romano ritu reſtituit. Caluiniſtas cōpeſcit. Contendit Synodum Tridentinam publicandam. Ex parte impetrat in graui Epiſcoporum conſeſſu 409. Adeſt Bleſenſibus Ordinibus Galliarum. Iura & ritus Eccleſiæ meliori formæ reſtituit. Stat ab Henrici 3. partibus. Cad. cogitur ſecedere. redit. Cad. perhonorificè Aduocatur Rotomagum à Rege. grauiter laborat podagra & hydropiſi, Obit Albarii. Teſtamentum condit. Sepelitur in Aede principe Cadurc. Legat hortum Cœnobio Patrum Capucinorum exædificando. Alia pia legata. 410. Auctor ſcribendæ hiſtoriæ Cadurc. 423.

Apoſtoli.

Fundant Eccleſias, maximè Gallicanas, numero 2. & 4.

Aquitania.

Eius diuiſio in primam. & ſecundam, numero 5. fidem pene perdit num. 49. In eam pietas Pipini, & Caroli magni, ibid.

Auguſtiniani.

Quando & quo iure Cadurco excepti, num. 144 ſedem mutant de Papæ licentia numero 295.

Aymatus.

Epiſco. Cad. 15. Temporis ratio numero. 51.

Bartholomæus

Epiſc. Cadurc. 31. Pontifici ſummo charus & vtilis. Diploma creationis eius & laudes, numero 108. A cenſuris eximitur numero 109. Reformat Cathedralem Eccleſiam. Canonicos de Regularibus Seculares facit Bullam Pontificiam de reformanda Eccleſia, ſtatutis nouis exequitur à numero 110. ad 118.

Capitulo concedit Canonicatuum collationem, num. 120. varias Eccleſias cum Capitulo commutat. Coërcet ambitum ad Canonicatus, numero 121. Dat Capitulo ius in Eccleſiarum vacantia bona, numero 122. Confirmatur illi Clientelaris poſſeſſio Comitatus ab Alexandro 4. Papa, & S. Ludouico Rege, numero 123, 124. Moniales Deauratæ donat Eccleſiis duabus, numero 125. fundat Moniales Ciſtercienſes de Laziere, numero 126. Paciſcitur cum Abbate Moyſſacenſi, numero 127. Raymundum Germanum ſuum incarcerat. impedientes excommunicat: Compromittitur in Toloſanum Epiſcopum, & qua ſententia num. 128. Alexander Papa hortatur vt diſſidia per anathema tollat. Ille controuerſias terminat, num. 129. ius monetæ renouat, 130. Caiarci Dominus & quomodo, 131. Obitus, & temporis ratio, num. 132.

Bego de Caſtronouo

Epiſ. Cadur 39. latet ob Anglos. Homagia excipit, num. 287. Auctor iuſtæ defectionis ab Anglis, num. 288. Cadurcum ingreſſus. Iuramentum ſolenne, numero 293. & 294. Cancellariæ extinctio probãte Antipapa, numero. 297. ius teſtandi concedit Eccleſiaſticis, annuente Antipapa, à num. 298. ad 306. Cauet Abbatibus Moyſſacenſi, & Figiacenſi, numero. 303. Epiſcopale Palatium commutat. Obit. Temporis ratio, numero 307.

Bella Ciuilia

Gallias penè Religione, & Eccleſias Epiſcopis priuant, numero 43.

Bernardus

Epiſcopus Cadurc. 20. Eius patria, ſtirps, educatio, ſtudia, virt⁹, dignitas, in Simoniam odium, num. 55. & 56. Acta ex Aymoino, numero. 57. Temporis ratio. 58.

Bertrandus de Cardaillac

Epiſcopus Cadur. 38. Eius ſtirps, Homagia, num. 208. Academia & Carthuſienſes illo ſedente inſtituuntur, num. 209. Adeſt Bituricenſi Synodo, Impetrat indulgentias Cathedrali Eccleſiæ, & Auguſtinianis trãſmigrandi ius, numero 244. Ius de Annata fabricæ applicanda explicat, num. 245. Paciſcitur cum Conſulibus ad ſopiendas lites, & quibus conditionibus à num. 246. ad 279. Capitulo duas Eccleſias attribuit. Permitit Deodato de Lentillac fundationem Monialium, quibus cautionibus, nu. 280 Capitulo nouum cenſum attribuit. Iuſtæ ab Anglo defectionis auctor, num. 286. Obitus. Temporis ratio ibidem.

Bituricenſis Metropolita

Decidit litem Cadurcenſis & Ruthenenſis Epiſcopi, numero 34. Approbat Vicanenſi Eccleſiæ gratias ab Epiſcopo datas proprio diplomate numero 73. Componit diſſidia Epiſcopi & Ciuium, numero 94. Primatus eius contra Burdigalenſes, num. 5. Pontificum eius ſedis Scriptores numero. 5.

Boëtius

Epiſcopus Cadurc. 6. Adeſt Concilio Aurelianenſi 1. Temporis ratio numero 30.

Cadurcenſes

Occidunt Euſebium Epiſcopum, plectuntur, numero 37. Albigenſis hæreſis oſores, numero 92. Reſiſtunt Pontificio Legato. Abſoluuntur à Papa numero 93. diſſident ab Epiſcopo, numero 94. 95. 96 97. & 101. Tenentur iuramento fidelitatis Epiſcopo, numero 158. Accipiunt diploma Pontificium ad ſopiendas lites, nu- 247. & 248. Deduntur. Obſiſtunt. Parent Regiis codicillis. Supremum ius Regi Franciæ ſeruatum in eos numero 284. vrgentur ad defectionem Anglo inſoleſcēte, numero 286. Dedunt ſe Paulo Nogareto. Eorum in Regem animus. Gratia apud Reges, numero 289. Eorum ſumma calamitas numero 281. 295. & 315. Sub quorum ditione fuerint ad Carolum Magnum, & deinceps, numero 80. capti à Caluinianis & oppreſſi 406.

Cadurcen. Academia

Inſtitutio, Priuilegia Diploma inſtitutionis, numero 223. & 224. Priuilegia primi Decēnij, conſeruatores eorum numero 225. Cancellarius & eius iura, numero 226. Leges latæ à num. 227. ad 235. Alia priuilegia ei ab alijs Principibus conceſſa à num. 238. ad 241. Pontifex & Rex eam in patrocinium ſuſcipiunt, numero 350.

Cadurcenſes Antiſtites

Bituricenſi Metropolitæ ſubiecti numero 4. Laus eorum numero 55. Raimundus expungitur ex eorum ſerie, numero 74. ſunt Comites Cadurcenſes, & quo iure, numero 83. 84, 86. exempti ab Eccleſiaſticis Cenſuris, numero 100. & 109. Varia eorum temporalia iura, numero 104. iura accipiunt a Pontificibus & Regibus num. 185. 186. 187. Robertus à numero eorum eiicitur n. 313. Eorum iura in Comitiis prouincialibus explicantur numero 408.

Cadurcenſes Canonici

Fiunt de Regularibus Sæculares numero 100. & ſeq. Vide ſupra Bartholomæus. Rediguntur à 25. ad 14. nu- 317. ius teſtandi accipiunt. In Cœna Domini impēſis Epiſ. epulātur. n. 150.

Cadurcenſe Capitulum

Eius conſtantia numero 147. ius Capituli in temporales Epiſcopi reditus ſede vacante pleniſſimum, numero 147. 148. Ius Capituli in bona inteſtatorum Canonicorum, numero 149. ius Capituli in Vicariorum bona ius monetale Capituli, numero 150. Capitulum reſeruat ſibi aliqua de oppigneratis ab Epiſcopo. Capitulo relinquuntur inſtata bona à Philippo IV. Rege ſede vacante numero 154. Variis tabulis idem Capituli ius probatur, numero 154. Clauſtrum noctu clauſum, numero 166. Ad pactum Pariagii pro Comitatu eius conſenſus requiſitus, numero 169. Abnuit leges Pariagij. Sedem Romanam appellat, numero 170. & 171. Exemptum ab obligatione Synodo ſe ſiſtendi, numero 175. Sufficit Vicarium Raimundo cedenti Epiſcopatu, numero 177. Eius iura retenta ſede vacante, numero 178. Exemptum ab annuo cenſu pendendo, numero 298. Varia iura accipit ab Epiſcopo numero 312. Obtinet chartas Pontificias contra

Epiſcopum numero 363. Eligit Epiſcopum numero 340. Sub Caroli 6. tutela numero 309.

Cadurcenſia Collegia

Collegium Pelegrini inſtituitur numero 290. Conſentit Eduardus Princeps Walliæ, numero 291. Vrbani 5. conſenſus numero 292. D. de Seſſac in illud liberalitas, numero 292. Ruthenenſis Collegii origo & ſcopus, numero 292. Prouentus eius augentur numero 343. Bulla Pij 2. pro eo numero 344. 345. S. Michaelis Seminarij inſtitutio. Alumni cedunt Patribus Societatis IESV numero 350. & 416.

Cadurcenſes Comites

Succeſſio eorum à Carolo Magno numero 8. Epiſcopus quis primus Comes numero 83. & ſeq. *Vide ſuprà Bartholomæus, & infra Guillelmus* 4.

Cad. Diœceſis variæ Eccleſiæ.

Aedicula in honorē S. Ambroſii nu. 44. & 1[illegible] Figiacēſe & Marciliacēſe Monaſteria numero. 48. Vicanenſis Eccleſiæ gratiæ numero 73. Statuta numero 172. Rurales & pauperiores Eccleſiæ eximuntur à certis pecuniis pendendis numero 102. Ditatur Vicanenſis Eccleſia numero 137. Vacantium Eccleſiarum prouentus primo anno ad ius fabricæ transferuntur numero 173. Sacellum in Xenodochio extruitur, 174.

Cadurcenſis Eccleſia.

S. Stephani Eccleſia anguſtius erecta, teſtamento Epiſcopi ditata numero 39. 98. 149. Vacat, & quare Eccleſia Cadurcenſis, numero 43. Cathedralis Eccleſia accipit ius fabricæ in vacaturas Eccleſias, numero 136. Excommunicantur exigentes à Clero Cadurcenſi intributiones numero 245. Exiguntur Vectigalia Eccleſiæ reſarciendæ ex Bulla Pontificia, numero 390.

Caluiniſtæ.

Caluiniſtica peſtis Cadurcum appellit. Impunitas. Vrbe eiicitur Petrum Epiſcopum captum ſeuerè vexat, numero 404 rurſus vrbe potiti expelluntur numero 406. reprimuntur, numero 409. Reliquias profanant numero 40.

Capellaniæ.

Fundantur, & quo iure num. 364. & ſeq. *Vide ſupra; Antonius* 2.

Sanctus Capuanus

Epiſcopus Cadurcenſis cui ſuffectus, numero 28. inſtituit & initiat S. Sacerdotem Lemouicenſem Antiſtitem. Pueros docet numero 29.

Capucini

Antonius 4. Sanſulpicius teſtamento legat hortū Cœnobio exædificando 410 Simeon à Popiano eos aduocat. fundamenta Cœnobii dedicat, quàm fauſto omine. Exſtruitur Monaſteriū breui. Eorum inſtitutum quàm laudabilè numero 419.

Carmelitæ.

Quo tempore Cadurci excipiuntur numero 125.

Carol. Dominicus de Carreto.

Epiſcop Cadurc. 59. numerandus inter Antiſtites Cadurcenſes. Per Procpiſcopum adminiſtrat. Sedis eius tempus numero 394.

Carthuſiani

*E*xcepti Cadurco numero 218. ineunt Societatem cum Capitulo Prior primus Cadurcenſis numero 310. Donantur bonis Hoſpitalariorum emptis, numero 215 Regis gratia in eos, numero 220. Cadurcenſium priuilegia numero 221. Liberantur onere decimarum numero 222, *C*onſtans Sanctitas. *D*uo Concionatores contra Hæreſim numero 223.

S. Chriſtophorus

*E*x Ordine S. Franciſci. Obitus. Sanctitas, Miracula numero 90.

Deodatus

Epiſcopus Cadurcenſis 21. Quo anno cœpit ſedere. Intereſt Lemouicæ dedicationi Baſilicæ Saluatoris, & Lemouicenſi Synodo. In Nepote ſuo Simoniam ſeuerè caſtigari petit à Patribus Synodi. Zelus eius excommunicatis Eccleſiaſticâ Sepulturâ arcendis. Temporis ratio, numero 60.

S. Deſiderius

Epiſcopus Cadurc. 13. quo anno, cui ſuffectus. Eius dignitas. Fabricâ & teſtamento ornat Eccleſiam S. Stephani, numero 40. Subnotat Pragmaticam Clodouæi. Temporis ratio, Reliquiæ eius à Caluiniſtis irreligioſè habitæ. Dies & Templa illi ſacra numero 40. Acta eius, vita, mors, miracula, numero 41. & 42. Nonnulla retractantur de S. Deſiderii Actis, numero 424.

Diſſidia Gallorum & Anglorum.

Angli copiæ in Ioannem Regem. Proditores 9. Galliæ. Fracorum præceps inuaſio. Ioannes Rex ab Anglis captus numero 282. Ioannes in Angliam ducitur, Beneficiariam Galliam Anglo facere renuit, numero 283.

S. Dominicus

Toloſam à Fulcone Epiſcopo euocatur, numero 91.

S. Dominici familia

In Albigenſes miſſa diuinitus. n. 81 Cadurcum aduocatur numero 92.

Durannus Epiſcopus Toloſanus

Quo anno vixerit, numero 62.

Epiſcopi

Præſules Magnatibus ſæpe obſtiterunt, numero 103. Epiſcopi habent etiam prophanas dignitates multis in Eccleſiis, numero 87. *Vide Cadurcenſis Antiſtes*

Euſebius

Epiſcopus Cadurc. 11. Cuius ſucceſſor, ſanctitas eius, Mors illata à Ciuibus, Pœna illatæ mortis, Ratio temporis & mortis, numero 37.

Excommunicatio

Epiſcopus Cadurc. excommunicatur, & quare, numero 35. Excom-

municati arceantur ſepultura Eccleſiaſtica. Excommunicati corpus loci ſacri quiete miraculo repellitur, num 60. Excommunicationis veteris formula 60. Conſules Cadurc. excommunicantur, & quare, numero 102. 128. Excommunicatione tollenda diſſidia, numero 129. Nobilis ſacris obſtrepens excommunicatur, numero 159.

Exuperius

Epiſcopus Cadurc. 2. quo anno numero 19. Alius à Toloſano, & antiquior Toloſano, numero 20. Patria, mores, forma, laudes, numero 22.

Figiacenſis Abbatia

Quando conſtructa, numero 58. Priuilegia, & indulgentiæ, numero 63. Stephanus 3. Papa Figiacum venit ad conſecrandam Abbatiam, numero 64. 65. Ab ipſo Chriſto non ſine miraculo conſecratur, numero 65. Fundationis acta authentica proponuntur, numero 6. Eccleſiæ attributæ Figiacenſi Monaſterio, numero 67. Catalogus reliquiarum Figiacenſi Monaſterio à Pipino attributarum 67. Corpora Sanctorum in Figiacenſi Monaſterio condita, numero 67. Eximitur Abbatia Figiacenſis num. 197.

Florentius

Epiſcopus Cadurc. 3. Cui ſuffectus, quo anno, intereſt Conſilio Valentino, numero 23. doctrina, eloquentia, dignitas, conſtantia in docendo 24. ætas. diſtinctio ab aliis eiuſdem nominis, numero 25.

Franciſcus Cardaillac

Epiſcopus Cadurc. 40. Sufficitur ex familia S. Franciſci. Homagia illi præſtita, numero 308. Ius dicit ſuper decimis S. Vincentii numero 310. iura aliqua transfert ad Capitulum. accipit ius teſtandi à Clemente Antipapa, numero 312.

S. Franciſci familia

In Albigenſes miſſa diuinitus numero 82 Cadurcum euocatur numero. 90.

Fulco Simonis

Epiſcopus Cadurc. 22. Cui ſuccedit. Cur non admiſſus dedicandæ Abbatiæ Moyſſacenſi, numero 61. ratio Temporis, numero 62.

Galliæ Reges

Epiſcopum Cadurcenſem earum habent numero 38. Quàm modeſti in prouentibus Eccleſiæ cedendis, num. 148.

Galliæ Regum gratiæ in Cadurcenſem Eccleſiam.

Vrſicinus Referendarius fuit Vltrogotthæ Reginæ vxoris Childeberti, pòſt Cadurcenſis Epiſcopus numero 36. Ruſticus præfectus fuit Oratorii Palatini numero 28. S. Deſiderius Clotarii arcæ præfuit, num.

Digitized by Google

39.Fauor eius apud Regem Dagobertum, numero 42. Figiacenſe & Marciliacenſe Monaſteria à Pipino condita, à Carolo Magno reſtaurata numero 49. Carolus Caluus mittit Guillelmum I. ad Conuentum Papiẽſem, numero 53. Reliquiæ in Æde Figiacenſi conditæ à Pipino numero 67. Philippus Rex Guillelmo Cliẽti occupatum Comitatum defert, num. 85. Ludouicus VIII. & S. Ludouicus idem approbãt, numero 86. Philippi III. literæ ad litem Capituli componendam, num. 133. Idem cedit omne ius Regale in ſedem vacantem Capitulo Cadurcenſi numero 133. Philippus IV. Comitatum in aſylum fauoris ſui recipit ſponſione Pariagii, numero 143. Eiuſdem modeſtia ſuper redditibus Eccleſiæ non vſurpandis, numero 147. Idem bona vacantis Sedis intacta relinquit Capitulo num. 154. Idem litem componit inter Epiſcopum & Conſules, numero 188. Pariagium Philippi IV. cum Raymundo numero 161. Tabulæ Pariagii honorificæ Cadurcenſibus numero 161. Ludouicus Hutinus, & Philippus V. iiſdem pactis aſſentiuntur, numero 169. Philippus IV. permittit vt Epiſcopus non diluat æs alienum, niſi ſi quid conuerſum in vtilitatem Eccl. [illegible] Idem multa defert Hugoni, num. 1087. Eius ſubſidiis Pons de Valãtre extruitur, numero 191. Philippi Valeſij in Carthuſianos Cadurcenſes beneuolentia, numero 226. Carol. Sapiens omnia priuilegia Toloſanæ Academiæ concedit Cadurcenſi nu- 240. Ludouicus Princeps priuilegia Cadurcenſium confirmat, numero 240. Carolus Princeps addit priuilegia Academiæ Pariſienſis, numero 242. Ioannes Rex cedens Aquitanos Anglis, in Cadurcos ſeruat ius ſupremum, donec Anglus renunciarit aliis, numero 184. Ludouico & Carolo Regi quàm Cari Cadurcenſes numero 289. Caroli VI. tutela Capitulum protegitur, numero 309. Ludouicus XI. Academiã ſuum in patrocinium recipit, numero 350. Carolus VIII. damnat Canonicos repugnantes ſuo Epiſcopo, numero 363. Franciſ. I Cadurcenſis Epiſcopi preces pro Gallia flagitat num. 399 Henricus 2. Epiſcopum Cadurcenſem genere externum iure Galliæ donat numero 400.

S. Gausbertus.

Epiſcopus Cadurc. 19. Aſſeritur Epiſcopus. ſedis eius tẽpus, Sanctitas. cum Geraldo Aureliacenſi familiaritas, Geraldum inſtituit, attondet, initiat, numero 55,

S. *Genulphus*

Epiſcopus Cadurc. 1. appellit Cadurcum, quo anno Epiſcopus. Abbatia. Templum. error Martyrologij in nomine. Dies morti & tranſlationi ſacer, numero 12. Corpus vbi, feſtum diem qui colunt. Nolani lapſus de triplici Genulpho, Genulphus mortuum ſuſcitat numero 13, Parentes eius, matris ſterilitas, ortus, pueritia, mores initiatio, in Gallias aduentus numero 14 vita auſterior

miracula, per ſecutos; Conuertit ad Chriſtum Ciuitatem numero 15. Biturices adit, inibi geſta, mors Geniti & Genulphi numero 16. Sanctitas morientis Genulphi. miracula poſt mortem, numero 17. ſucceſſor Genulphi ignoratur, numero 18.

Geraldus Aureliacenſis

Eius inſtitutio, initiatio, attonſio, numero 55.

Geraldus I.

Epiſcopus Cadurc. 22. Cui ſuffectus, interfuit tranſlationi S. Antonin temporis ratio, numero 54.

Geraldus. II.

Epiſcopus Cadurc. 24. reparat diſciplinam Monaſticam Eccleſiæ Cathedralis. Vrbani diploma Geraldo conſentiens de Monaſtica diſciplina numero 70. ratio temporis numero 72.

Geraldus III.

Epiſcopus Cadurc. 26. quo anno cœpit ſedere. Acta adeſt Turonenſi Synodo, item Lateranenſi ſub Alexandro III. Turenæ Vicecomitis homagium admittit, variis ex tabulis Geraldi acta colliguntur numero 75. accipit partem redituum Rupis S. Amatoris à Cæleſtino III. temporis ratio numero 76.

Geraldus IV.

Epiſcopus Cadurc. 30. Cuius ſucceſſor. Proſapia. pactū eius cū Ciuib^s pro Religione, hæretici dānati bona reſtituit Hæredi, numero 99. Cliētes illius vnit Eccl. eximitur ab Eccleſiaſticis cenſuris, numero 100. & eius Eccleſia. In ius vocatur apud Papam ob diſſidium cum Conſulibus, num. 101. Iubetur rurales & pauperiores Eccleſias eximere à certis pecuniis ſoluendis, numero 102. Conſules excommunicat. Conſiliarios eorum minis terret, numero 104. ſanctio eius pro iure monetali, numero 105. Raimundo Comiti Toloſano moriēti adeſt numero 106. Beneficium Nepoti confert, numero 107. mortis Gerardi, & temporis ratio numero 107.

Germanus de Ganay

Epiſcopus Cadurcenſ. 49. gratioſus apud Principem Regiis ſufficitur codicillis, init ſedem num. 392. 393. Guidonem electum Regiâ auctoritate ſubmouet, numero 393. quanto tempore ſedit, numero 393.

Guillelmus I.

Epiſcopus Cadurcenſ. 17. Cui ſuffectus. adeſt Cōuentui Papienſi iuſſu Caroli Calui coacto. forſaſſe Pontigonenſi Synodo. temporis eius ratio, numero 53.

Digitized by Google

Guillelmus II.

Epiſcopus Cadurc. 25. quo anno ſuffectus. Vicanenſem Eccleſiam gratiis locupletat,approbante metropolita,numero 73. ratio temporis,numero 74.

Guillelmus III.

Epiſcopus Cadurc. 27. eius ſedis tempus & ratio, numero 78.

Guillelmus IV. *de Cardaillac.*

Epiſcopus Cadurc.28. Eius actorum ſumma,numero 79.Comitatum Cadurcenſem inuadit, Clientelari Regi fide propoſitâ, numero 83. eius in bello ſacro virtus, numero 84. defertur illi à Rege Comitatus antea occupatus,numero 84. confirmatur idem à Ludouico 8. & S. Ludouico Regibus,& Gregorio IX. Papa, num. 86. Eius iura & pacta monetalia,numero 87.pias ob cauſas ius monetale oppignerat, numero 88. Caſtra de Podio,& de Luzegio occupat, numero 89. Franciſcanos,& Moniales S. Claræ Cad. recipit, numero 9. Diſſidium Guillelmi & Cadurcenſium ſuper campanâ, compoſitum à Metropolita,& Legato Apoſtolico,num. 94. 95. 96.97.ratio temporis,numero 97.

Guillelmus V. *Labroa*

Epiſcopus Cadurc.37.Cui & quãdo ſuffectus ex S. Dominici familia, numero 194. lue & fame afflicto Populo adeſt etiam abſens ,numero 191. Creat Vicarios generales. Paciſcitur cum Conſulibus ſuper moneta, numero 166.edit Statuta Synodalia exemptionis Abbatiæ Figiacenſis eſt auctor, num. 197. Guillelmi Pariagium. admiſſa homagia num. 206, obit Guillelmus. Auenione conditur.ratio temporis,numero 207.

Guillelmus VI. *Darpajou*

Epiſcopus Cadurc. 41. cui ſuffectus. per Vicarium vrbem init. Per ſe & iurat ſolenniter numero 314. Duas Paræcias vnit. Minuit procurationum onera Canonicos à 21. ad 14. redigit.ſtatutum ſuper ea re à numero 317. ad 327.Id Confirmat Martinus V.Papa numero 328.& 326. Idẽ Eugenius IV.Papa Confirmat, num. 330.331.332. ſedes Guillelmi confirmatur. Temporis ratio numero 333.

Guiſcardus

Epiſcopus Cadurc. 45. Cadurcum ingreditur. Iuramentum eius ſolenne. Tempus ſedis eius numero 351.

Homagia

Epiſcopi Cadurcenſes homagium debent Regibus pro Comitatu num. 83. varias Homagia exhibita Præſulibus Cadurc.numero 75. 100. 134. 135 153.206.208.287.308.354.399. ſolenne. vnum maximè 413.

Hugo Geraldi

Epiſcopus Cadurc.36.Cui ſuccedat. literæ Clementis V. ad Philippum IV.Hugonis electio,laudes numero 180. ſubſidium pro more imperat Clero 181.Concedit Clemens V. ius dandi Beneficia Nepotibus 182. Eximitur a Cenſuris omnium præterquam Pontificis numero 183. Raymundo deceſſori Beneficia impetrat 184.Accipit à Pontifice ius teſtandi, ius conferendi Beneficia,ius in Canonicatus Cadurc.& Monaſteria 185. Multa à Clemente V. Hugoni permiſſa 186.Delata ab Epiſcopo Carpentoractenſi & Rege Galliæ. vetatur prohiberi, à plectendis ſontibus 187.ſtatutum editum contra Beneficiorum abuſus,abſentiam, multitudinem 188 Aliud in perperam initiatos,& abuſus Ordinum 189. 190. Hugonis precibus Pons de Valantre Regis ſubſidiis extruitur. Hugonis vitia extremo Epiſcopatu fit Dux belli,oppreſſiones, Simoniæ. Luxuriæ.Ioannes XXII. in eum inquirit, & damnat. Qui excoriatum dicant. Accuſatur temere quòd in Papam coniurarit 191. 192. Conciliantur duæ ſententiæ Papæ de Hugonis auſpiciis. Temporis ratio numero 193. 194.

Indulgentiæ

Vſus earum quàm antiquus numero 63. Conceduntur Eccleſiæ Cathedralis Reſtauratoribus 142. Conceduntur Cathedrali Eccleſiæ 244.

Joannes XXII.

In Hugonem Geraldi inquirit & damnat 191. Montalbanum. Epiſcopatui Cadurcenſi ſubducit. Guillelmum creat primum Montalbani Epiſcopum 197.diploma de Montalbanenſis Diœceſis erectione. Alterum diploma de limitibus eius. Epiſcopum Toloſanum Archiepiſcopum creat Epiſcopatus erecti à Ioanne XXII. numero 199. 200. 201. 202. 20.. Cautio de reddítu Mõtalbanenſis in eiuſdem diplomate 202. 203. Ioannis ſtirps.corporis habitus, modeſtia,ſtudia. Regi ſiculo charus. fit Forliuienſis Epiſcopus. Auenionenſis Cardinalis Papa 210. Clementinas publicat, perficit, approbat. varia in bonum Eccleſiæ ab illo geſta 211. Eiuſdem animus in ſuos Cadurcenſes. Cogitat de Carthuſienſibus Cadurcũ vocandis 212. Emit ab Hoſpitalariis Ædem S Mariæ Cadurc num. 214. Carthuſienſes donat emptis bonis. Iubet Priorem Carthuſiæ 13. Religioſos lectiores Cadurcum mittere. Iubet à Guillelmo Vicario Epiſcopi in poſſeſſionẽ ſecurè mitti 218. ſcribit ad Conſules Cadurcenſes in fauorem eorum 219 error Choppini aſſerentis Ioannem Epiſcopum Cadurcenſem 221 Academiam Cadurc. inſtituit 223. Academiæ leges ſancit. Ioannis priuata alia in ſuos ſtudia. Eiuſdem Obitus 227.

Joannes I. *de Podio*

Epiſcopus Cadurc. 42. Cui ſucceſſit. Eius mors, Temporis ratio 339.

Ioannes II. *de Caſtronouo*

Epiſcopus Cadurc. 43. *Eligitur* Suffragiis Capituli 340. Euidem encomia 342. Excipitur vrbe magno applauſu 343. Collegii Ruthenenſis prouentus auget 343. *Inſtituit* Canonicos duobus in Caſtris ſuæ Diœceſeos. Obitus eius 346.

Ioannes III. *de Balaguier*

Epiſcopus Cadurc. 59. à Pio IV. iuri Capituli derogante eligitur. Quandiu ſederit, quâ familiâ ortus, quo zelo aduerſus hæreſin, nu. 440.

Leucadius Maximus

Epiſcopus Cad. 8 Eius ſedis anni. Intereſt Concilio Aurelianenſi V. numero 32.

Liberalitas

Gausberti d'Anteiaco Archidiaconi Cadurc. in pauperes & eccleſias inſignis liberalitas 78. Liberalitatis exempla 143. 364. 365.

Ludouicus I. *Dalbret*

Epiſc. Cadurc. 44. Proſapia, Electio, Cardinalatus. Integritas morũ. Comitas. mors. ſedis tempus 347.

Ludouicus II. *de Carreto*

Epiſc. Cad. 51. Menſtruus ſolùm Præſul 395

S. *Mariæ de Mercede Religioſi*

In vrbem allecti in Hoſpitali S. Georgii 334. Tabulæ publicæ allectionis 335. 336. 337. 338.

S. *Martialis*

In Gallias mittitur. Templum S. Stephani Cadurci dedicat numero 8. Quis & quantus Martialis. Eius colendi negligentiam in Cadurcenſibus punit Deus. Cadurci olim quis eius cultus. Idem cultus reſtauratur Martialis Apoſtolus dictus numero 16.

S. *Maurilio*

Epiſcopus Cadurc. 9. Anni ſedis mortis, encomia eiuſdem numero 33.

Monaſtica diſciplina

Paſſim reſtauratur in Galliis in Cathedrali Eccleſia Cadurc. à Goſberto Priore numero 70. Pontificum diplomata ſuper hoc numero 70. 71. 72. Nonnulla retractantur, ſuper inſtitutione Status Cœnobitici in Eccleſia Cathedrali Cadurc. num. 424.

Moniales

Moniales S. Claræ Cadurci recipiuntur num. 90. Moniales Deauratæ donantur eccleſiis SS. Deſiderij & Georgii numero 125. Moniales Ciſtercienſes de Laziere fundantur 126. Moniales de Vico fundantur 280.

Montalbanum

Eius ſitus, Conditus. Iura aliqua. Adelphonſi Comitis Toloſani Facultas. Quando primum cœpit dici Ciuitas, numero 74.

Moyſſacenſis Abbatia

Dedicatio eius numero 61. Pactum Moyſſacenſis Abbatis 127.

Myriades

Vox Myriades in veteri epigraphe explicata 62.

S. Namphaſius

Eius proſopia Nobilitas ſanctitas. Mortis genus. Caniaci in S. Namphaſium Religio. eiuſdem vis in epilepticos numero 50.

Palatino Oratorio præfectus.

Quale foret illud munus num. 38.

Pariagium

Pariagium Epiſcopi cum Rege pro Comitatu. 143. 160, Pariagij totius leges & iura a numero 160. ad 168.

Paulus de Carreto

Epiſcopus Cadurc. 53. Nepos deceſſoris ſui. Adminiſtrat per alium. Adit poſſeſſionem ſedis. 397. Proëpiſcopum ſuum curat eximi ab officio Chori 398. Clientelarum reſtitutio facta. Hæreticum damnat applaudente Toloſano ſenatu 399. Eius Obitus. Eliguntur duo adminiſtratores, 400 Regibus chariſſimus Donatur iure Gallico. Eius bona in Carretorum familiam deuoluuntur. Regni negotiis diſtrictus per alium curat Epiſcopatum 400.

Petrus I. *de Larillaco*

Epiſcopus Cadurc. 35. A Clemente V. electus. eius laus numero 179. iure Epiſcopis annumeratur etſi recuſarit 179.

Petrus II Bertrandi.

Epiſcopus Cadurcenſis 55. Eius ſtemma, munera obita, vis ab Caluiniſtis vibe potitis illata, morbi inde contracti, ſecuta etiam mors. Tempus ſedis numero 404.

Pontifices Summi

Epiſcopatuum omnium collatio vni ſedi Apoſtolicæ reſeruata 180. Academiarum inſtitutio iuris eſt Pontificij numero 223.

Pōtificum Gratiæ in Cadur. Eccleſiam deriuatæ.

S. Sixtus II. Genulphum in Gallias mittit numero 14. Vrbani II. diploma in fauorem Eccleſiæ Figiacenſis 63. Stephanus II. Figiacum ad conſecrandā Eccleſiam venit 65. Vrbani II. diploma pro reformanda monaſtica diſciplina 70. Paſchalis II. diploma ſuper eadem re 71. Calliſti II. diploma in Epiſcopi & Capituli fauorem 72. Gregorius IX. donationem Comitatus Cadurcenſis à Regibus factam approbat 86. Certis redditibus contra hæreticos Albigenſes ſe tueri Epiſcopo permittit 89. Innocentius III. abſoluit Cadurcenſes à noxa repulſi legati 93. Legati Apoſtolici literæ decretoriæ ſuper diſſidio quodam pro Campana. Innocentius IV. Epiſcopum & eius Eccleſiam eximit à cenſuris Eccleſiaſticis numero, 100. dirimit litem inter Epiſcopum & Conſules 101. Bartholomæum ſibi chariſſimum Cadurcis mittit Epiſcopum 108. Eximit eum à cenſuris Eccleſiaſticis 109. Poteſtatem facit Bartholomæo ſtatuendi de rebus ECCLESIÆ Cathedralis 110.

Probat ſtatuta Bartholomæi pro Eccleſiæ reformatione 118. Executionem commendat Lemouicenſi Epiſcopo 119. Alexander IV confirmat Epiſcopo collationem Canonicatuum 120. Vrbanus probat legem Bartholomæi de coërcendo ambitu ad Canonicatus 121. Aledxandri IV, aſſenſus gratias à Regibus conceſſas confirmãtis. ſtatuta Epiſcopi confirmat 124. Hortatur Bartholomæum vt coniurationes excommunicatiõe diſſoluat 129. Nicolaus IV. Pœnas peccatis debitas remittit conferentibus in Eccleſiæ Cathedralis reſtaurationem. Clemens V. conſentit oppignerationi bonorum factæ à Raymundo Epiſcopo 179. Dat Epiſcopum Cadurcenſibus cum literis cõmẽdatiis ad Regem 179. & 280. Omnes Epiſcopalium bonorum alienationes præteritas reuocat. Ius Hugoni permittit cõferendi Beneficia Nepotibus 182. Eximit Epiſcopũ ab aliorum cenſuris 183. deceſſori Hugonis Beneficia confert, num. 184 concedit Hugoni ius teſtandi, ius conferendi Beneficia 185. Alia multa eidem concedit 186. & ſeq. Ioannes XXII. dat cognatum ſuum Epiſcopũ Cadurc, 194 duas Diœceſes facit in Prouincia Cadurcenſi 198. varia eius diplomata ſuper hac re 199. & ſeq. Cadurcenſibus Academiam & Carthuſianos procurat 210. & ſeq· Vide ſupra Ioannes XXII.

Clemens V. permitit Auguſtinianis aliò tranſmigrare 244. Excommunicat exigentes intributiones à Clero 245. Vrbanus V. Innocentij diploma mittit, approbans ſtatutum Epiſcopi de Annatis fabricæ 247. Dat protectores Cathedralis Eccleſiæ tuendis iuribus 281. Aſſenſus eius ſuper fundatione Collegii Pelegrini 292. Gregorius XI. permittit Auguſtinianis ſedẽ mutare 295. Clemẽtis VII. Antipapæ ſuper extinctione Cãcellariatus diploma 297. Aliud ſuper iure teſtãdi Eccleſiaſticis permiſſo 298. Epiſcopo Frãciſcani Ordinis ius teſtandi concedit 312. Martinus V. Confirmat ſtatuta Guillelmi contrahentis numerum Canonicorum 328. Eugenius IV. Idem confirmat 330 ad Cadurcenſes ſcribit ſuper delectu Epiſcoporum 341. Pius II. Collegiũ Ruthenenſe confirmat 343. Sixtus IV. Academiam ſuum in Patrociniũ recipit. Controuerſias ſedat inter Epiſcopum & Capitulum. Innocentius VIII approbat fundationem Capellaniarum 366. Alexander VI. idem approbat. Eiuſdem reſcriptum pro exactione vectigalium ad Eccleſiam reſarciendam 360.

Pontius

Epiſcopus Cadurcenſis 29. Cuius ſucceſſor. Eius Pietas in Dominicanos. Obitus. Teſtamento donat Eccleſiæ Cadurcenſi villam 98.

Proëpiſcopus

Exemptus ab officio Chori 398. Proëpiſcopi olim iurare ſoliti 353.

Raymundus Toloſæ Comes

Albigẽſibus fauet numero 82. Sacris interdicitur. Crux in eum ſuſcipitur

Vaurenſis Synodus congregatur. Ludouicus Philippi Regis filius in eum armatur. Exauctoratur Eccleſiæ ſententiâ numero 82.84. Armantur in eum multi Antiſtites 83. Eiuſdem ad Deum conuerſi mors & teſtamentum 125.

Raymundus I. de Cornelio

Epiſcop Cadurc.32. Cui ſuffectus. excipit fidem ſpondentium Conſulum 134. varia excipit Homagia 135. Litigantes conciliat. ſubnotat Synodum Bituricenſem, dat Cathedrali Eccleſiæ ius fabricæ in alias Eccleſias 136. ditat Vicanenſem Eccleſiam. Teſtatur de iure Eccleſiæ Cathed. in oblatos pannos.141. litigat cum Conſulibus exitu vario 137. Scolaſticum Cadurcenſem ditat, & ab oneribus eximit 138 vnit Scolaſtriæ Præbendam de conſenſu Capituli 139. ius Sacerdotes ad funebria Sacra nominandi ab Epiſcopo inuaſum Conſulibus ſeruatur 140. Capellaniam S. Stephani de Soubirous quibus conditionibus conferat 141. Indulgentias Cathedralis Eccleſiæ Reſtauratoribus, ſibique teſtamēta condendi ius impetrat 142. Pariagium facit cum Philippo IV. Rege. Eius obitus, liberalitas in Eccleſiam Cathedralem 143.

Raymundus II. Pauchelli

Epiſcopus Cadurc.34. ratio ſucceſſionis numero 156. Eccleſiam de Perrins vnit Capitulo 157. duas Capellanias inſti tuit & quib⁹ oneribus 157. Nobilē de Caſtanerio ſacris obſtrepētem excommunicat 159. Pariagium Philippi IV. cum Raymundo 160. Pariagii totius iura & leges à 160. ad 168. vacantium Eccleſiarum prouentus primo anno ad ius Fabricæ tranſfert. S. Ambroſii Sacellum conſtruit 173. Eo permittente Sacellum in Xenodochio extruitur 174. ſtatuta Vicanēſis Eccleſiæ ſancit ius Abbatis ad ſe, ſucceſſoréſque transfert. Synodus Prouincialis vt ſemel tantùm in anno habeatur ſtatuit. Bona Epiſcopatus oppignerat, conſentiente Clemente V.176. Epiſcopatu ſe abdicat & quorſum 177. Vicarius Raymundo cedenti ſuffectus à Capitulo. fiſcales exactores in bona ſedis Raymundi ſuperſtitis ceſſione vacantis inuolant 178.

Reliquiæ

Irreligiosè habitæ à Caluiniſtis 40. Poſtea miraculo compertæ 44.

Romana Eccleſia

Primatus eius numero 3. ſchiſma Petri Leonis contra Innocentium numero 73. Geraldus Engoliſmenſis Præſul Schiſma promouet 73. Claramōtēſe Concilium damnat Anacletum ſchiſmatis 73.

Ruſticus

Epiſcopus Cadurcenſ. 12. Cuius ſucceſſor Eius honores, Nobilis Proſapia. Regi Dagoberto charus. Intereſt Synodo Remenſi ſedis eius ratio & tempus 38.

Sicardus de monte-acuto

Epiſcop. Cadurc. 33. Eius ſucceſſo Ditat Eccleſiam Cathedralem. Lis illi cum Capitulo 144. æger oppignerat Epiſcopatus bona 151. Ratus ſe morti proximum, iniurias condonat Conſulibus 152. Homagium admittit morbo curato Caſtrum Montiſpeſati exſtruit de nouo. obitus eius 153 S. Blaſio Sacellum conſtruxit. Temporis ratio 155.

Simon Comes Montisfortis

Eius geſta 82. Aduentus Cadurcum 84. Inueſtitur Ducatu Narbonæ & Toloſæ 84.

Simonia.

Epiſcopus de ſimonia tentatus reſpuit 56. Epiſcopus in Nepote ſuo acriter ſimoniam caſtigari petit a Synodo 69.

Stephanus I.

Epiſcopus Cadurcenſ. 23. Cui ſuffectus num. 63. Tēporis ratio 69.

Simeon Stephanus II. *à Popiano*

Epiſcopus Cadurc. 58. Cui ſucceſſit. Q[illegible]ali ſtēmate, poſt varia Eccleſiaſtica munia obita, Senatoris Toloſani gradu repudiato. Eligitur à Clemente VIII. Nominatur ab Hērico IV. inaugaratur Biterris numero 411 Diploma Pontificium 412. Cadurcum ingreditur perhonorificè 413 Sedet omnibus carus, nullo litigio. Sacræ Euchariſtiæ aram commutat Ritus Sacros Rom. Eccl. accommodat numero 414 Societatem IESV aduocari curat quo fine 415. Varios recipit ab hæreſi Caluiniana, etiam Miniſtros deſignatos, 417. Chorographicam Diœceſis tabulam curat & à quo. Reſtituit diruta à Caluinia nis in Aede Principe. Expiat Eccleſiam ab iiſdem profanatam. Epiſcopi Aedes reparat. 418. Patres Capucinos aduocat. fundamēta eorum Cœnobij dedicat Conſecrat Eccleſiam. Vindicat carceres Epiſcopi. Patres Recollectos Moyſſacum inducit 419. Sopit diſſidia inter Ordines Ciuitatis 420. Sodalitium Miſericordiæ confirmat In defunctorum gratiam multa inſtituit 421. Xenodochio proſpicit & vt rationes Xenodochii accuratè ſubducātur 422. Cancellariam Aedi primariæ adiungit. Clerū ære alieno liberat. Reſidet conſtāter, arcet indignos Ordinib[9]. promotor ſcribendæ hiſtoriæ Cadurcorum 422. Sodalitium Deiparæ in Collegio Societatis approbat, eique nomen dat numero 423.

Societas IESV

Recens in Gallia reſtituta aduocatur Cadurcūm Ab Rege obtentâ facultate. quo Cadurcenſium ſtudio numero 415. quibus conditionibus. Prouentus Collegii vndè maximè. Aſſentitur Pontifex Collegio villam contribuit Antonius Carbonellus. Templum vnde profectum. Collegiū aperitur. Qui fructus ſecuti numero 416. In eo ſodalitas Deiparæ numero 423.

Suſtratius

Epiſcopus Cadurc. 7. Tempora ſedis Suſtratij. intereſt Concilio Aurelianenſi II. per ſe, III. per Vicarium. numero 31.

Synodi

Valentina numero 23. Aurelianenſis I. numero 30. Aurelianẽſis *II.* & III. numero 31. Aurelianenſis V. numero 32. Matiſconenſis II. numero 35. Remenſis numero 38. Pontigonenſis 53. Lemouicenſis numero 60. Turonenſis numero 75. Lateranenſis ſub Alexandro 3. numero 73. Bituricẽſis numero 172. Bituricenſis 244. Bituricenſis 409. Vaurenſis 82.

Templarij

Templariorum initia & progreſſus etiam Cadurci fœliciſſimi. Templarij ob ſcelera deleti. ſuffecti Hoſpitalarij numero 213.

S. Theodardus

S. Theodardi genere. Cadurcenſis Archiepiſcopi Narbonenſis vita, geſta & mors, numero 59.

Toloſanus Senatus

Toloſani Senatus edictum de reformanda Religioſa familia 397. Toloſanus Senatus aſſerit ius Epiſcopo in Clericos liberiores 400. Epiſcopus tuetur ſe Senatus placito cõtra chartas Pontificias pro Capitulo obtentas 363.

Vltrogottha Regina

Childeberti vxor, pientiſſima fœmina 36.

S. *Vrſicinus*

Epiſcopus Cadurc. 10. Cui ſuffectus. Lis inter eum & Innocentium Ruthenenſem Epiſcopum à Metropolitano deciſa numero 34. *Intereſt* Concilio Matiſconenſi 2. An & quare excommunicatus num. 35. Sanctitas Vrſicini, feſtus dies, Templum Anni ſedis eius numero 36.

Xenodochium.

Præfectorũ Xenodochij Cadurcenſis pietas numero 174. Eius curam habet Simeon à Popiano, numero 422.

Digitized by Google

Errata.

Pag.	lin.	Err.	Corr.
1	vltima	Apoſtoli,	Apoſtolis.
2	4.	rationibus,	Nationibus
2	5.	Eccleſiam,	Ciuitatem
2	28.	Damaſus,	Damaſum
2	41.	Aopſtoli.	Apoſtoli
3	29	Ommiſſis.	Omiſſi
19	35.	compronam	comprobatam.
24	8.	Gunchramni.	Gunthramni
24	12.	Matiſcenſem	Matiſconenſem
34	20.	Energumero	Energumeno
35	37.	ac	ad
37	4.	Arippianus.	Agrippinus.
43	6.	Archiporum	Archiepiſcoporum
47	31.	couertunt	conuertunt.
48	1.	Poſtorali	Paſtorali.
53	21.	Ommiſſis	Omiſſis
53	28.	pagtem	patrem.
71	3.	expugnendum	expungendum
77	41.	Caiatcenſ.	Cairacenſ.
99	21.	ſupetunt	ſuppetunt.
102	22.	Domiti	Comiti
104	2.	adhrentæ	adhæreant
113	14.	libri	libræ.
121	11.	tolle de-	
133	40.	menſe	menſem.
153	10.	cædi	ædi.
183	4.	idoneæ	idonei.
190	12.	prætxtu	prætextu.
193	27.	magnificam	magnificum.
ead.	33.	effueret	effluèret
199	penult.	quum	quam
203	13.	altas	alias
ead.	marg.	lateri	veteri;
204	3.	noſtri	noſtra.
ead.	19.	dele	cùm
207	9.	ab	ad
ead.	32.	enucleant	enucleent
221	margine	primi	primo
222	40.	inſtituenda	inſtituendæ.
225.	29.	diſſeptationibus	diſcept.
ead.	27.	Canto	cauto
228	1.	fuerint	fecerint
ead.	13.	ſic	ſic.

Pag.	lin.	err.	corr.
ead.	25.	legent	legant.
229	31.	dele ?.	
ead.	38.	eros	quas.
ead.	40.	Ecrnardi	Bernardi
237.	3.	ed	ac.
247.	marg.	mictu	mulcta
249.	marg	Epiſpi	Epiſcopi.
253.		Domini	Dominio
255.	12.	perneni	perueni
256.	13.	abſquæ	abſque.
261.	27.	ingemicen.	ingemiſc.
263.	9.	facta natus	fata nactus
ead.	22.	ceſſuro	ceſſurum
ead.	35.	animus	animi.
268.	22.	cerò	certè.
271.	12.	fortuna	fortunæ
276.	13.	proſpeturis	proſpecturis
282.	35.	Canonicorum	canonicum
288.	26.	vicelicet	videlicet.
396.	29.	ſexarios	ſextarios.
301.	31.	Pontificem	Pontificalem.
305.	7.	vix eis	vix ex eis.
309.	3.	redempio.	redemptio.
ead.	38.	lot	lor.
ead.	40.	toutionem	toutioum.
301.	2.	de ſes	de ſos
318.	31.	quorquot	quot
330.	13.	Podrocorn	Podiocorn.
332.	9.	erectiones	erectione.
333.	8.	Luczch	Luzech.
ead.	26.	acquirri	acquiri.
356.	30.	mobibia	mobilia.
ead.	33.	noſtro	noſtræ
357.	5.	docente	dicente.
363.	31.	despaiſir	deſplaiſir.
369.	22.	loquol	loqual.
369.	24.	præcip.	percip.
277.	7.	dem;	denique.
378.	23:	pare	parte
379.	21.	Regoudum	Regourdum
384.	27.	Sempt.	Septemb.

Digitized by Google

Digitized by Google